This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`



600089937%

M. FABI QUINTILIANI

AD

VICTORIUM MARCELLUM

INSTITUTIONUM

ORATORIARUM

LIBRI DUODECIM.

AD CODICUM LASSBERGIANI TURICENSIS AMBROSIANI FIDEM

RECENSUIT ET ILLUSTRAVIT

HENRICUS MEYERUS

HELVETO-TURICENSIS.

VOL. I.

LIPSIAE,

SUMPTIBUS C. H. F. HARTMANNI

MDCCCXXXIII.

294. e. 14.

294. e. 14.

IOANNI CASPARO ORELLIO

D.

EDITOR.

PRAEFATIO.

Meminerint, quaeso, lectores, huius voluminis codicem iam ante triennium Lipsiam ad bibliopolam missum esse, ne mirentur, si qua tamquam nova relata viderint, quae nunc ab aliis iam occupata sunt. Addenda satis ampla adieci, ne oleum et operam prorsus perdidisse viderer.

Tria praecipua adiumenta in editione ornanda praesto mihi fuerunt: codex Turicensis, codex Lassbergianus, apparatus Zumptianus.

In codice Turicensi denuo conferendo me non, quod aiunt, acta egisse, quicumque rem accuratius inquirere voluerit, intelliget.

Ornamentum autem praeclarissimum codex Lassbergianus est, ab Iosepho Libero Barone de Lassberg, viro prae omnibus, qui antiquitati Germanicae student, excellentissimo, sic dictus, quem mihi liberalissimus studiorum fautor Io. Casp. Orellius, cui hanc editionem inscripsi, suppeditavit. Is codex, nisi postea ex apparatu Zumptiano Ambrosianum quendam, omnium primarium, cognovissemus,

maxima dignus esset laude. In optimis enim lectionibus fere cum Ambrosiano consentit.

Apparatus Zumptianus, quem quintum editionis Spaldingianae volumen continet, propter id ipsum splendidissimus est, quod ex eo codicem Ambrosianum praestantissimum cognovimus.

In Addendis Io. Georgii Baiteri diligentia et eruditio non raro me adiuvit.

Dabam Turici Calendis Aprilibus 1883.

M. FABI QUINTILIANI

AD VICTORIUM MARCELLUM

INSTITUTIONUM ORATORIARUM

LIBRI DUODECIM.

M. Fabi. Hanc genitivi finitionem ex Tur. et Lassb. recepi. Ex Amb. 1. nihil memoratur, etsi non raro in hoc quoque codice ea terminatio nominum exeuntium in *ius* et *ium* invenitur. Ac difficile est accurate definire, quando haec veterum Romanorum genitivi forma in duplicem i mutaretur. Nam in optimis Ciceronis codicibus et in nominibus propriis et in appellativis legitur, ut *Garatonius, summus ille omnium Tullii interpretum*, saepe testatus est. Nigidius Figulus unam tantum genitivi formam novit, ut ex Gellio XIII, 25. apparet. „*Voculatio*, scribit Figulus, *qui poterit servari, si non sciemus in nominibus ut Valeri, utrum interrogandi sint an vocandi? nam interrogandi secunda syllaba superiore tono est quam prima; deinde novissima dejicitur. at in casu vocandi summo tono est prima, deinde gradatim descendunt.*“ — (quo de loco vide Bentleium ad Terent. Andr. II, 1, 20.) Porro in codice Velleji, in libris Livii frequenter hic genitivus reperitur, in codice Pragensi Plinii iunioris saepissime. In codice denique Turicensi Quintiliani ea est nominum propriorum genitivi sola forma, quam prima manus ubique ostendit, etsi a secunda manu plerumque delebatur. Exempla nunc suppeditabo ex prioribus potissimum libris. — 1. Pro. 27. *studi. offici* I, 5, 7. *Corneli* I, 5, 8. VII, 3, 86. *Lucili* I, 7, 19. *Dionisi* I, 10, 48. *Fabi* in inscriptione libri II. et XI. *Valeri* II, 4, 18. *Clodi* II, 4, 35. VII, 2, 45. *Sulpici* II, 15, 8. *Tulli* II, 16, 7. *Antoni* II, 17, 6. *Cluenti* II, 17, 21. *Valgi* III, 5, 17. *judici* III, 6, 64. VII, 2, 9. *Servi Sulpici* III, 8, 5. *Pompei* III, 8, 57. IV, 1, 20. 3, 13. VI, 3, 111. *Arrunti* III, 8, 14. *Spuri Maeli* V, 9, 13. *Manli* V, 9, 13. *Domiti* V, 10, 79. VI, 3, 27. VIII, 5, 3. *Horati* V, 11, 12. *Orati* VIII, 6, 44. *Egnati* V, 13, 35. *Juni* VI, 3, 27. *Laeli* VI, 3, 39. *Fontei* VI, 3, 51. *Fabrici* VI, 3, 40. *Fabi* VI, 3, 61. *Vatini* VI, 3, 68. 84. *Claudi* VI, 3, 81. *Enni* VI, 3, 86. *adversari* IV, 1, 48. 4, 4. V, 1, 6. 4, 8. 13, 54. VII, 1, 59. *parricidi* IV, 2, 73. VII, 2, 17. *venefici* V, 9, 11. V, 11, 39. *medi* pro *medii* (quod falsum est) VI, 3, 109. *praemi* VII, 1, 42. *exili* VII, 1, 58. *Naevi* VII, 2, 24. *adulteri* VII, 2, 52. *sacrilegi* VII, 3, 21. *Salusti* VIII, 3, 82. 89. *Ligari* VIII, 5, 13. IX, 2, 28. Cetera in altero dabo volumine.

Quintiliani. In scribendo nomine Turicensem et Lassberg. sum secutus (de Amb. 1. autem nihil refertur), etsi plures ut inter recentiores Frotscherus et Sarpius alteram figuram *Quinctiliani* praeferebant. Spalding autem observavit, in nullo hujus auctoris codice *Quinctilianum* esse scriptum. In inscriptionibus graecis et latinis utraque forma invenitur. nam in Boeckhii Corpore Inscriptt. p. 649 *Τίτον Τίτον Κοΐγκτιον* et pag. 862 *Τίτος Κοΐνκτιος* legitur, in opere autem Muratorii pag. 508. 1. est *Caerellius Quintilianus* sine c scriptus quater, et apud Orellium nostrum, Virum clarissimum, Tom. 1. p. 383. *L. Nonius Quintilianus.* Varro de Ling. l. VI. p. 185. Quintium *Κοΐντιον.* In libro sexto Institutionum Prooem. 9. in omnibus codd. et in ipso Amb. 1. *Quintiliani* legitur et IX, 2, 50. *Quincto Ligario* mendose exhibetur.

ad Victorium Marcellum. Addidi haec tria verba ex auctoritate Turic., qui in pluribus librorum inscriptionibus, et Lassbergiani, qui in omnibus fere ea habet, ut in fine lib. secundi: *M. Fabi Quintiliani ad Victorium Marcellum Institutionum oratoriarum lib. II. explicit.* Notandum autem est, hunc Victorium Marcellum a Quin-

tiliano semper Marcellum Victorium, cognomine nomini praemisso, appellari.

Institutionum oratoriarum. Haec vera esse operis inscriptio videtur, ut ex titulis librorum singulorum quos postea recensebo, et ex testimoniis ceterorum auctorum patet. Enumerabo autem omnes deinceps titulos, qui in Turicensi tum in initio librorum tum in fine extant.

Mar. Fabii Quintil. Institutionis Oratoriae lib. incip. primus.

M. Fabi Q. Institutionum Oratoriarum ad Victorium lib. I. expli. Incipit lib. II.

M. F. Q. lib. secundus expl. Incipit lib. III.

M. F. Q. lib. III. expl. Incipit IIII.

M. F. Q. Institutionum Oratoriarum lib. IIII. expl. Incipit lib. V.

M. F. Q. Institutionum Oratoriarum lib. V. expl. Incipit lib. VI.

M. Fabii Q. Institutionum Oratoriarum lib. VI. explicit. Incipit lib. VII.

M. F. Q. Institutionum Oratoriarum lib. VII. explicit. Incipit VIII.

M. F. Quintiliani Institutionum Oratoriarum ad Victorium lib. VIII. explicit. Incipit VIIII liber.

A libro decimo abest inscriptio.

M. F. Quintiliani Institutioni Oratoriar. ad Victorium Marcellus l. X. explic. Incip. lib. XI.

M. Fabi Quintiliani Instituti. Oratoriarum ad Victorium Marcellum liber XI finit. Incipit liber XII.

Libri hi duodecim de institutione oratoria Quintiliani ad M. Victorium scripti ad Monasterium divi Galli Constanciensis djocesis pertinent. (haec a secunda manu scripta.)

Eodem nomine opus Quintiliani laudatur et a Cassiodoro in Compendio Rhetoricae pag. 372. ed. Capper. *Quintilianus etiam doctor egregius, qui post fluvios Tullianos singulariter valuit implere, quae docuit, virum bonum dicendi peritum a prima aetate suscipiens, per cunctas artes ac disciplinas nobilium litterarum erudiendum esse monstravit, quem merito ad defendendum totius civitatis vota requirerent. Libros autem duos Ciceronis de arte rhetorica et Quintiliani duodecim Institutionum judicavimus esse jungendos* — et ab Iulio Victore, cujus Artem Rhetoricam Ang. Majus edidit Romae anno 1823. Sic enim ille pag. 103.: *Supervacuum Quintilianus existimat in libro nono institutionum etiam illud genus dicendi, quod figuris finitimum est.* Atque Priscianus L. I. pag. 547. Putsch.: *Sicut etiam Bruges*, inquit, *et Belenam antiquissimi dicebant teste Quintiliano, qui hoc ostendit in primo Institutionum oratoriarum.* Petrarcha in Epistolis pag. 336. Lugduni 1601.: *Quintilianus acutissimus anxioque doctissimus vir in libro oratoriarum Institutionum post multa de Cicerone deque illius eloquentiae principatu graviter dicta concludens, quare, ait, non inmerito ab omnibus actatis suae regnare in judiciis est* (leg. *dictus est*), *apud posteros vero id consecutus, ut Cicero iam non hominis nomen sed eloquentiae habeatur. Hunc igitur spectemus, hoc propositum nobis sit exemplum, ille se profecisse sciat, cui Cicero valde placebit.* Exemplum denique simillimum habes inter antiquos rhetores a Pithoeo editos *Sulpitii Victoris ad M. Silonem generum Institutiones Oratoriae.* — Spalding dederat *M. Fabii Quintiliani de Institutione Oratoria libri duodecim.*

M. FABIUS QUINTILIANUS
TRYPHONI SUO
SALUTEM.

Efflagitasti cotidiano convicio, ut libros, quos ad Marcellum meum de institutione oratoria scripseram, iam emittere inciperem: nam ipse eos nondum opinabar satis maturuisse, quibus componendis ut scis paulo plus quam biennium tot alioquin negotiis

Trypkoni suo Amb. 1. Deest in Turic. haec epistolae inscriptio. secunda manus operi praeposuit *Quintilianus Marco Victorio.* — Lassb. dat *M. F. Quintilianus Trifoni salutem lege feliciter et jocunde.* — om. *suo* Spald.

efflagitasti IV, 5, 10. *festinat enim judex ad id, quod potentissimum est, et velut obligatum promisso patronum, si est patientior, tacitus appellat, si vel occupatus, vel in aliqua potestate vel etiam si moribus incompositus, cum convicio efflagitat.*

cotidiano Amb. 1. consentiente Obrechto. *cottidiano* Tur. Lassb. *quotidiano* Spald. — Turic. utramque formam habet *cotidiano* et *cottidiano.* 1, 5, 14 *cottidie.* 1, 7, 6 *cottidie.* 1, 2, 22 *cottidie.* 1, 12, 7 *cottidie.* 2, 1, 1 *cottidie.* 2, 2, 8 *cotidianam.* 2, 4, 9 *cottidianam.* 4, 2, 37 *cotidiani.* 4, 2, 58 *cotidianis.* 6, 3, 4 *cottidiano.* 6, 3, 14 *cottidiano.* 6, 3, 27 *cottidiano.* 6, 3, 76 *cottidie.* In cod. Lassb. tres invenimus formas *quottidie, cottidie, cotidie.* Bentleius in Terentio *cotidianus* et *cotidie* ubique expressit. De pronuntiatione vocabulorum, in quibus est *qu*, multum ambigitur. pronuntiabant alii u litteram post *q*, ab aliis non exprimebatur, ut hodie quoque in aliis Italiae partibus mos est alius. Conf. Beier ad Fragmenta Cicer. pag. 68.

opinabar satis Amb. 1. cum Obrechto. T. L. *satis opinabar* Spald. nullo codice auctore.

maturuisse maturavisse T. prob. Gernh. in Addendis ad Vol. II. *ut scis* T. L. *uti scis* Sp.

alioquin Amb. 1. T. L. *alioqui* Sp. Mirum est, quod in Turicensi in primo, secundo et tertio libro a librario semper *alioquin* scribitur, in quarto autem plerumque *alioqui*. In Lassb. *alioquin* constanter legitur. — 2 da man. Tur. dat *aliorum.*

tiliano semper Marcellum Victorium, cognomine nomini praemisso, appellari.

Institutionum oratoriarum. Haec vera esse operis inscriptio videtur, ut ex titulis librorum singulorum quos postea recensebo, et ex testimoniis ceterorum auctorum patet. Enumerabo autem omnes deinceps titulos, qui in Turicensi tum in initio librorum tum in fine extant.

Mar. Fabii Quintil. Institutionis Oratoriae lib. incip. primus.

M. Fabi Q. Institutionum Oratoriarum ad Victorium lib. I. expli. Incipit lib. II.

M. F. Q. lib. secundus expl. Incipit lib. III.

M. F. Q. lib. III. expl. Incipit IIII.

M. F. Q. Institutionum Oratoriarum lib. IIII. expl. Incipit lib. V.

M. F. Q. Institutionum Oratoriarum lib. V. expl. Incipit lib. VI.

M. Fabii Q. Institutionum Oratoriarum lib. VI. explicit. Incipit lib. VII.

M. F. Q. Institutionum Oratoriarum lib. VII. explicit. Incipit VIII.

M. F. Quintiliani Institutionum Oratoriarum ad Victorium lib. VIII. explicit. Incipit VIIII liber.

A libro decimo abest inscriptio.

M. F. Quintiliani Institutioni Oratoriar. ad Victorium Marcellum l. X. explic. Incip. lib. XI.

M. Fabi Quintiliani Instituti. Oratoriarum ad Victorium Marcellum liber XI finit. Incipit liber XII.

Libri hi duodecim de institutione oratoria Quintiliani ad M. Victorium scripti ad Monasterium divi Galli Constanciensis djocesis pertinent. (haec a secunda manu scripta.)

Eodem nomine opus Quintiliani laudatur et a Cassiodoro in Compendio Rhetoricae pag. 372. ed. Capper. *Quintilianus etiam doctor egregius, qui post fluvios Tullianos singulariter valuit implere, quae docuit, virum bonum dicendi peritum a prima aetate suscipiens, per cunctas artes ac disciplinas nobilium litterarum erudiendum esse monstravit, quem merito ad defendendum totius civitatis vota requirerent. Libros autem duos Ciceronis de arte rhetorica et Quintiliani duodecim Institutionum judicavimus esse jungendos* — et ab Iulio Victore, cujus Artem Rhetoricam Ang. Majus edidit Romae anno 1823. Sic enim ille pag. 103.: *Supervacuum Quintilianus existimat in libro nono institutionum etiam illud genus dicendi, quod figuris finitimum est.* Atque Priscianus L. I. pag. 547. Putsch.: *Sicut etiam Bruges*, inquit, *et Belenam antiquissimi dicebant teste Quintiliano, qui hoc ostendit in primo Institutionum oratoriarum.* Petrarcha in Epistolis pag. 836. Lugduni 1601.: *Quintilianus acutissimus anxioque doctissimus vir in libro oratoriarum Institutionum post multa de Cicerone deque illius eloquentiae principatu graviter dicta concludens, quare, ait, non inmerito ab omnibus aetatis suae regnare in judiciis est* (leg. *dictus est*), *apud posteros vero id consecutus, ut Cicero iam non hominis nomen sed eloquentiae habeatur. Hunc igitur spectemus, hoc propositum nobis sit exemplum, ille se profecisse sciat, cui Cicero valde placebit.* Exemplum denique simillimum habes inter antiquos rhetores a Pithoeo editos *Sulpitii Victoris ad M. Silonem generum Institutiones Oratoriae.* — Spalding dederat *M. Fabii Quintiliani de Institutione Oratoria libri duodecim.*

M. FABIUS QUINTILIANUS
TRYPHONI SUO
SALUTEM.

Efflagitasti cotidiano convicio, ut libros, quos ad Marcellum meum de institutione oratoria scripseram, iam emittere inciperem: nam ipse eos nondum opinabar satis maturuisse, quibus componendis ut scis paulo plus quam biennium tot alioquin negotiis

Tryphoni suo Amb. 1. Deest in Turic. haec epistolae inscriptio. secunda manus operi praeposuit *Quintilianus Marco Victorio.* — Lassb. dat *M. F. Quintilianus Trifoni salutem lege feliciter et jocunde.* — om. *suo* Spald.

efflagitasti IV, 5, 10. *festinat enim judex ad id, quod potentissimum est, et velut obligatum promisso patronum, si est patientior, tacitus appellat, si vel occupatus, vel in aliqua potestate vel etiam si moribus incompositus, cum convicio efflagitat.*

cotidiano Amb. 1. consentiente Obrechto. *cottidiano* Tur. Lassb. *quotidiano* Spald. — Turic. utramque formam habet *cotidiano* et *cottidiano.* 1, 5, 14 *cottidie.* 1, 7, 6 *cottidie.* 1, 2, 22 *cottidie.* 1, 12, 7 *cottidie.* 2, 1, 1 *cottidie.* 2, 2, 8 *cotidianam.* 2, 4, 9 *cottidianam.* 4, 2, 37 *cotidiani.* 4, 2, 58 *cotidianis.* 6, 3, 4 *cottidiano.* 6, 3, 14 *cottidiano.* 6, 3, 27 *cottidiano.* 6, 3, 76 *cottidie.* In cod. Lassb. tres invenimus formas *quottidie, cottidie, cotidie.* Bentleius in Terentio *cotidianus* et *cotidie* ubique expressit. De pronuntiatione vocabulorum, in quibus est *qu*, multum ambigitur. pronuntiabant alii u litteram post *q*, ab aliis non exprimebatur, ut hodie quoque in aliis Italiae partibus mos est alius. Conf. Beier ad Fragmenta Cicer. pag. 68.

opinabar satis Amb. 1. cum Obrechto. T. L. *satis opinabar* Spald. nullo codice auctore.

maturuisse maturavisse T. prob. Gernh. in Addendis ad Vol. II. *ut scis* T. L. *uti scis* Sp.

alioquin Amb. 1. T. L. *alioqui* Sp. Mirum est, quod in Turicensi in primo, secundo et tertio libro a librario semper *alioquin* scribitur, in quarto autem plerumque *alioqui.* In Lassb. *alioquin* constanter legitur. — 2 da man. Tur. dat *aliorum.*

districtus inpendi: quod tempus non tam stilo quam inquisitioni instituti operis prope infiniti et legendis
2 auctoribus, qui sunt innumerabiles, datum est. Usus deinde Horati consilio, qui in Arte poetica suadet, ne praecipitetur editio *nonumque prematur in annum*, dabam iis otium, ut refrigerato inventionis amore diligentius repetitos tanquam lector perpen-
3 derem. Sed si tanto opere efflagitantur quam tu adfirmas, permittamus vela ventis et oram solventibus bene precemur. Multum autem in tua quoque fide ac diligentia positum est, ut in manus hominum quam emendatissimi veniant.

districtus Zumpt ex Turic. *distractus* refert, quod falsum est.

inpendi impendi Sp. Orthographiam, quam ex Turic. et Lassb. restitui, Bentleius quoque in Horatio suo summa cum diligentia recepit.

instituti institi operis prope institi T. 1 m. *instituti o. p. institui* 2 m. *institi o. p. infiniti* L. 1 m.

datum datus est usus T.

2. *Horati oratii* T. *Horatii* L. Spald. *orati* 8, 6, 44. — De arte poet. 388.

prematur i. e. retineatur novem annos, non prodeat in lucem ante nonum annum.

3. *tanto opere* sic scripsi. *tanti opere* T. 1 m. *tantopere* 2 m T. L. Spald. conf. 8, 3, 33.

adfirmas affirmas Sp.

oram auram T. L. Cf. 4, 2, 41. *in portum veni, navem prospexi, quanti veheret interrogavi, de pretio convenit, conscendi, sublatae sunt anchorae, solvimus oram, profecti sumus.*

M. FABI QUINTILIANI
AD VICTORIUM MARCELLUM
INSTITUTIONUM ORATORIARUM
LIBER PRIMUS.

Prooemium.

Post inpetratam studiis meis quietem, quae per viginti annos erudiendis juvenibus inpenderam, cum a me quidam familiariter postularent, ut aliquid de ratione dicendi componerem, diu sum equidem reluctatus: quod auctores utriusque linguae clarissimos non ignorabam multa quae ad hoc opus pertinerent diligentissime scripta posteris reliquisse. Sed qua 2
ego ex causa faciliorem mihi veniam meae deprecationis arbitrabar fore, hac accendebantur illi magis: quod inter diversas opiniones priorum et quasdam etiam inter se contrarias difficilis esset electio, ut mihi si non inveniendi nova at certe judicandi de veteribus injungere laborem non injuste viderentur. Quamvis autem non tam me vinceret praestandi 3
quod exigebatur fiducia quam negandi verecundia,

Liber Primus I. Prooemium. II. quemadmodum prima elementa tradenda sunt? III. utilius (utrum utilius 2 m.) domi an in scolis eruditantur. IIII. qua ratione in parvis ingenia dinoscantur et quae (qua Amb. 1.) tractanda sint. V. de grammatice. VI. de officio grammatici. VII. an oratori futuro necessaria sit plurium artium scientia. VIII. De musice (musica 2 m.). VIIII. De geometria. X. de prima pronuntiationis et gestus institutione. XI. an plura eodem tempore doceri prima aetas possit. T.

inpetratam *impetratam* Sp.
equidem *quidem* Lassb.
quae *quam* Tur. et Lassb.
quod *coquod* 2 m T.
pertinerent *pertinent* T.
2. *deprecationis* *trepidationis* 2 m T.
diversas *divisas* T.

latius se tamen aperiente materia plus quam inponebatur oneris sponte suscepi; simul ut pleniore obsequio demererer amantissimos mei, simul ne vulgarem viam ingressus alienis demum vestigiis insiste-
4 rem. Nam ceteri fere, qui artem orandi litteris tradiderunt, ita sunt exorsi, quasi perfectis omni alio genere doctrinae summam eloquentiae manum inponerent: sive contemnentes tamquam parva quae prius discimus studia, sive non ad suum pertinere officium opinati, quando divisae professionum vices essent, seu, quod proximum vero, nullam ingenii sperantes gratiam circa res etiamsi necessarias procul tamen ab ostentatione positas: ut operum fastigia spectan-
5 tur, latent fundamenta. Ego, cum existimem nihil arti oratoriae alienum, sine quo fieri non posse oratorem fatendum est, nec ad ullius rei summam nisi praecedentibus initiis perveniri, ad minora illa, sed quae si neglegas, non sit majoribus locus, demittere

3. *aperiente apariente* 1 m T.
inponebatur imponeb. Sp.
pleniore pleniori Sp. Consentit cum T. etiam Lassb. consentit constans huius terminationis usus apud Quintilianum. ablativus enim comparativorum semper in *re* exit.
demererer de me mererer T.
4. *litteris literis* Sp.
ita sunt om. *sunt* 1 m Lassb.
summam eloquentiae sic scripsi. *summā ineloquentiae* T. L. *in* quod hic apparet, *m* littera esse videtur, qua terminatur antecedens vox. nam ex talibus repetitionibus multi sunt orti errores. Alii ut Spald. esse compendium pro *inde* putabant, ita ut scriberent *summam inde eloquentiae manum.* at supervacuum et inconcinnum est vocabulum. Wolffius Burmanni probat conjecturam: *summam eloquentia manum imponeret*, quae ipsa quidem grata lectio, necessaria tamen non est. Consentit mecum Censor lenensis (L. Z. 1825. n. 72. pag. 90.), cum Spald. vero Gernhard. Abest *in* a Paris 1. m. sec. Voss. 3. Obrecht *in eloquentia.* A. non memoratur.
contemnentes contempnentes T.
seu sive Lassb. Conf. 1, 5, 41. 4 Pro. 6.
latent fundamenta fundamenta latent Lassb.
5. *existimem nihil* T. Amb. 1. *nihil existimem* L. Sp.
non posse fieri oratorem non posse Sp. Consentit cum Tur. Lassb. Amb. 1.
minora majora 1 m. Lassb.
neglegas negligas Sp. Illam formam ubique exhibet T. et Lassb.

me non recusabo, nec aliter quam si mihi tradatur educandus orator, studia ejus formare ab infantia incipiam. Quod opus, Marcelle Victori, tibi dica- 6
mus: quem cum amicissimum nobis tum eximio litterarum amore flagrantem non propter haec modo (quamquam sint magna) dignissimum hoc mutuae inter nos caritatis pignore judicabamus, sed quod erudiendo nato tuo, cujus prima aetas manifestum

6. *Marcelle marce Victor* Tur. *Marce Victori* Lamb. *amicissimum amitissimum* l m. T. *quamquam sint* T. L. Amb. 1. Conf. infra § 18. 1, 3, 14. 2, 17, 12. 4, 2, 32. 6, 3, 10. Recepi ex Tur. *quamquam* ut *tamquam*, *numquam*, *quemquam*, non *quanquam*, *tanquam*, *nunquam*. Nam cur corrumpamus hoc vocabulum, quod et ab optimis codd. plene scribitur, et plene incorrupteque pronuntiatur? Alia vero ratio est in *quendam quondam*, *quantus*, *tantus*, *quorundam*, in quibus propter naturam *t* vel *d* litterae *m* in *n* mutatur. — *quanquam sunt* Sp. *nato tuo* sic T. L. Sp. Ex Amb. 1. affertur *Getae tuo*, quod in praefatione pag. XII. admodum probavit Zumptius. Etsi vero codex ille plurimum apud me valet, in hoc tamen loco eum sequi dubitavi. altera enim lectio *nato tuo* non ex interpolatione nata videtur, cum librarii *filio tuo* dixissent. *Getae* ex docta adnotatione illata est, neque veritatem nominis confirmare possumus. In Silvis enim Statii Marcelli Victorii filius appellatur *Gallus* (IV, 4, 20.). — Neque miror, quod Quintilianus *natum* dixerit pro filio, etsi a Cicerone numquam id est factum, ut J. J. Ochsnerus in Eclogis Ciceronis pag. 201. docuit. Multa enim, quae antea poetarum tantum erant, nunc in sermone pedestri recepta fuerunt. Etiam Livius *viros natosque* dixit pro maritis et *filiis*. lib. 5. c. 40. Communicavit mecum vir clarissimus, J. J. Ochsnerus litteras quasdam ineditas Io. Gasp. Hagenbuchii ad Pet. Burmannum scriptas, quarum hoc est argumentum: „*Iam diu fama fuit, Te, vir celeberrime, luci publicae esse restituturum Quintilianum, novo prorsus habitu eoque ornatissimo tua cura indutum, quem summo cum desiderio harum lautitiarum amatores expectant, quare mittendam rati sumus editionem Quintiliani Aldinam, in cuius margine nonnunquam variae allinuntur lectiones, si forte usui Tibi esse possit. Praefixa est Erasmi epistola quaedam M.scta, quae an inter editas occurrat, ignoramus, nec curate inquirere vacavit. Dum haec ad Te ableganda instituimus, forte fortuna in nonnullas observatiunculas incidimus, alia nonnulla nostris in scriniis scrutati, quas jam olim, cum aliquando hunc auctorem evolvimus, in schedulas conjecimus. Eae vero non magni sunt momenti, in prima certe adolescentia natae: huc nihilominus eas appingere fuit visum, exasciatae licet prorsus non sint. Facilius enim veniam dabis, cum adeo praematurae sint, et inscriptae aetate, qua nil solidi expectari potest: quas nunc accipe et εὑφήμει. Quintil. Inst. Or. Prooem. lib. 1. quod erudiendo nato tuo. in nota ad h. l. reponit Pithoeus pro nato Getae ex Mss. quod vidit Raph. Regius. Sed quod ibidem praemittitur, prorsus*

jam ingenii lumen ostendit, non inutiles fore libri videbantur, quos ab ipsis dicendi velut incunabulis per omnes, quae modo aliquid oratori futuro conferant, artes ad summam ejus operis perducere desti-
7 nabamus; atque eo magis, quod duo jam sub nomine meo libri ferebantur artis rhetoricae neque editi a me neque in hoc comparati. Namque alterum sermonem per biduum habitum pueri, quibus id praestabatur, exceperant, alterum pluribus sane diebus, quantum notando consequi potuerant, interceptum boni juvenes sed nimium amantes mei te-
8 merario editionis honore vulgaverant. Quare in his quoque libris erunt eadem aliqua, multa mutata,

non esse credibile, Quintilianum latini sermonis observatorem severum vocem istam natus pro filio (quae omnino poetarum sit, non oratorum) usurpasse, id vero non tolerandum videtur, cum vel ipse Cicero aliique natum pro filio dixerint, nec poetis tantum usitata vox sit, ut obvia lexica docent." Hactenus ille: cetera suo quaeque loco. Nunc, cum iterum perpendo has varietates, legendum puto *Gallo tuo*, quod in Turic. corrumpebatur in *nato tuo*, in Amb. vero in *Getae tuo*.

jam ingenii Lassb. Amb. 1. *manifestum iter ingenii lumen* T. 1 m. *iter ad ingenii lumen* 2 m. T. Sp. *manifestum ingenii lumen ostendit* probavit Gernh.

ab i. d. v. incunabulis Simile consilium Plinius major habuit in libris tribus Studiosi, quibus oratorem ab incunabulis instituit et perfecit, ut alter Plinius dicit in Ep. 3, 5, 5.

dicendi discendi L. Amb. 1.

7. *quod duo quod u* o L. Conf. 3, 6, 68. *Ex iis etiam statibus, quos speciales vocabam, removi translationem, frequenter quidem testatus, et in ipsis etiam illis sermonibus me nolente vulgatis hoc tamen complexus, vix in ulla controversia translationis statum posse reperiri, ut non et alius in eodem recte dici videretur.*

rhetoricae rethoricae T. ut solet.

sermonem-habitum T. 1 m. L. Amb. 1. *sermone-habito* Turic. 2 m. Sp.

id praestabatur om. *id.* L. Sensum explicavit Censor Ienensis L. Z. 1825. n. 72. p. 91. Permiserat librariis Quintilianus, ut sermonem quem tum habebat, exciperent; alterum autem librum tachygraphorum notis usi invito Quintiliano exceperant juvenes quidam, neque tamen totum excipere poterant.

potuerant poterant Sp. Consentit cum Tur. Lassb. Amb. 1.

interceptum intercoeptum T.

boni bini Tur. Lassb. Amb. 1.

temerario temeratio 1 m. T.

plurima adjecta, omnia vero compositiora et quam nos poterimus elaborata.

Oratorem autem instituimus illum perfectum, qui 9
esse nisi vir bonus non potest: ideoque non dicendi modo eximiam in eo facultatem, sed omnes animi virtutes exigimus. Neque enim hoc concesserim, ra- 10
tionem rectae honestaeque vitae (ut quidam putaverunt) ad philosophos relegandam, quum vir ille vere civilis et publicarum privatarumque rerum administrationi adcommodatus, qui regere consiliis urbes, fundare legibus, emendare judiciis possit, non alius sit profecto quam orator. Quare, tametsi me fateor 11
usurum quibusdam, quae philosophorum libris continentur, tamen ea jure vereque contenderim esse operis nostri, proprieque ad artem oratoriam pertinere. An, si frequentissime de justitia fortitudine 12
temperantia ceterisque similibus disserendum est, adeo ut vix ulla possit causa reperiri, in quam non aliqua quaestio ex his incidat; eaque omnia inventione atque elocutione sunt explicanda: dubitabitur, ubicunque vis ingenii et copia dicendi postulatur, ibi partes oratoris esse praecipuas? Fueruntque haec, 13

10. *ad philos. a* 1 m. T.
adcommodatus accommodatus Sp.

12. *disserendum est*, — *sunt* restitui locum ex L. — Turic. magna ex parte conspirat. *an si de justitia f. t. c. similibus scd disserendum est adco ut vex ulla possit causa repperiri i. q. n. a. q. c. h. incidat, eaque omnia inventione atque elocutione sunt explicanda* T. 1 m. *an si — similibus sit disserendum, et adeo, ut vix ulla — — caque omina i. a. c. sint explicanda* 2 m. et Spald. Ex Amb. 1. memoratur *disserendum est adeo* et *ex his incidat quaestio*, sed habere videtur *sint explicanda.*

reperiri repperiri T. Interdum, etsi raro, haec forma in codice legitur, et *repperio, repperias;* in illis autem temporibus quae a perfecto *repperi* derivantur, constanter duplicata *p.* scribitur; et recte quidem, cum perfectum verbi *repperi* ex reduplicatione sit natum, ut *pario peperi* sic *reperio, repeperi* vel *repperi.* Hanc vero rectam esse formam, ex prosodia patet: nam *re* in ceteris temporibus ut *reperio* brevis est, in perfecto longa sillaba. Quare *reperio, reperiebam, repperi, repperam* scribendum est, ut Buttmannus docuit in Schneideri Lat. Gramm. I, 2. p. 595 — 601.

ut Cicero apertissime colligit, quemadmodum juncta natura sic officio quoque copulata, ut iidem sapientes atque eloquentes haberentur. Scidit deinde se studium atque inertia factum est, ut artes esse plures viderentur. Nam ut primum lingua esse coepit in quaestu institutumque eloquentiae bonis male uti, curam morum, qui diserti habebantur, reliquerunt.
14 Ea vero destituta infirmioribus ingeniis velut praedae fuit. Inde quidam contempto bene dicendi labore ad formandos animos statuendasque vitae leges regressi partem quidem potiorem (si dividi posset) retinuerunt, nomen tamen sibi insolentissimum adrogaverunt, ut soli sapientiae studiosi vocarentur; quod neque summi imperatores neque in consiliis rerum maximarum ac totius administratione reipublicae praeclarissime versati sibi umquam vindicare sunt ausi.

13. *Cicero* De Orat. III, 15 et 16.
officio quoque quoque officio Lassb.
iidem idem T. numquam in nostro codice *iidem* vel *iisdem* legitur sed *idem* et *isdem*.

14. *Ea vero destituta* i. e. Cura morum ab oratoribus destituta. Wolffius autem *eloquentiam* pro subjecto sententiae habet, quod falsum esse ex ipso Quintiliano probamus. Proocm. 17. *Sed ea et sciet optime et eloquetur orator, qui si fuisset aliquando perfectus, non a philosophorum scholis virtutis praecepta peterentur. nunc necesse est ad eos aliquando auctores recurrere, qui desertam, ut dixi, partem oratoriae artis, meliorem praesertim occupaverunt.* — 1, 10, 11. *Siquidem, ut diximus, haec quoque pars, quae ab oratoribus relicta, a philosophis est occupata, nostri operis fuit.* — 2, 21, 13. *Cur igitur oratorem, quem a bono viro non separo, in eadem materia versari mirer? cum praesertim primo libro iam ostenderim, philosophos omissam hanc ab oratoribus partem occupasse, quae rhetorices propria semper fuisset, ut illi potius in nostra materia versentur.*

contempto contemto Sp. De hac, quam ex codice Tur. recepi, orthographia disputat F. A. Wolfius ad Tusculan. I. § 89. in editione Orellii. Etiam in Gallorum lingua eadem valet res: scribunt enim *impromptu* ut latini *in promptu est*.
labore laborem 1 m. T.
leges legis 1 m. T.
insolentissimum insoluentissimum 1 m. T.
publicae om. 1 m. T. *rei* $\overline{p}$ *clarissime* Amb. 1.
umquam unquam Sp. Alteram recepi formam, cum ex *ullumquam* ut *numquam* ex *nullumquam* sit contractum.

Facere enim optima quam promittere maluerunt. Ac 15
veterum quidem sapientiae professorum multos et honesta praecepisse et, ut praeceperint, etiam vixisse, facile concesserim: nostris vero temporibus sub hoc nomine maxima in plerisque vitia latuerunt. Non enim virtute ac studiis, ut haberentur philosophi, laborabant, sed vultum et tristitiam et dissentientem a ceteris habitum pessimis moribus praetendebant. Haec autem quae velut propria philosophiae asse- 16
runtur, passim tractamus omnes. Quis enim non de justo aequo ac bono modo non et vir pessimus loquitur? quis non etiam rusticorum aliqua de causis naturalibus quaerit? nam verborum proprietas ac differentia omnibus, qui sermonem curae habent, debet esse communis. Sed ea et sciet optime et 17
eloquetur orator: qui si fuisset aliquando perfectus, non a philosophorum scholis virtutis praecepta peterentur. Nunc necesse est ad eos aliquando aucto-

15. *praeceperint* Amb. 1. *praecepерunt* T. L. Spald.
maxima maxime implerisque Tur. 1 m. Lassb.
tristitiam tristiciam T. — Idem Seneca narrat in Epist. 5.
a ceteris acceteris T.

16. *modo non et* De lectione et de interpretatione hujus loci multum dubitatum est. Spald. hunc esse sensum receptae putabat: *omnes de justo etc. loquuntur, utinam ne pessimi quique etiam facerent.* At in hac ratione aliter verba struxisset Quintilianus, cum omnino *modo ne* desideraretur. Sarpius in Analectis p. 11. constituit hanc lectionem: *Quid enim? non de justo aequo ac bono modo non et vir pessimus loquitur?* quam recepit scripturam Gernhard. Postea vero idem Sarpius (len. L. Z. 1825. p. 92.) vulgatam defendit hac interpretatione: *de justo aequo et bono omnes fere ac propemodum et viros pessimos loqui.* Hanc equidem probo lectionem et interpretationem, nam *modo non* respondet graeco ὅσον οὐ et valet *prope, fere.* Aliter autem intellexit vocab. *modo* Gesnerus in Thesauro s. v., qui locum sic laudat: *nunc autem, quae velut propria philosophiae asseruntur, passim tractamus omnes. Quis enim modo de justo aequo ac bono, non et vir pessimus loquitur?* hic apertissime Fabius *nunc* et *modo* pro eodem usurpavit." — Sed auctoritatem huius lect. satis infirmavit Lochmann in programm. 1788.

differentia differencia T.
17. *eloquetur loquetur* Lassb. Amb. 1. a 1 m.
scholis scolis T.

res recurrere, qui desertam, ut dixi, partem oratoriae artis meliorem praesertim occupaverunt, et velut nostrum reposcere, non ut nos illorum utamur inventis, sed ut illos alienis usos esse doceamus. 18 Sit igitur orator vir talis, qualis vere sapiens appellari possit, nec moribus modo perfectus (nam id mea quidem opinione, quamquam sint qui dissentiant, satis non est) sed etiam scientia et omni facultate 19 dicendi, qualis adhuc fortasse nemo fuerit: sed non ideo minus nobis ad summam tendendum est, quod fecerunt plerique veterum, qui, etsi nondum quemquam sapientem repertum putabant, praecepta tamen 20 sapientiae tradiderunt. Nam est certe aliquid consummata eloquentia, neque ad eam pervenire natura humani ingenii prohibet. Quod si non contingat, altius tamen ibunt, qui ad summa nitentur, quam qui praesumpta desperatione quo velint evadendi protinus circa ima substiterint.

desertam *desertum* 1 m. T.
ut dixi § 14.
velut *veluti* Sp. Illud dat T. L. Amb. 1.
utamur *ut amor* 1 m. T.
18. *appellari* Tur. *apellari*. Sunt multa in codice vitia, quae ex mala librarii pronuntiatione sunt nata, ut *repperias*, *reppellitur*, *consumatus*, *Appollodorus*, *oppinio*, *adsummitur*, *surrippere*, *ommittamus*, *contempnunt*, *peccunia*, *occuli* (ut Itali hodie *occhi*), *accumine*, *habundantia*, *pocculo*, *pecculatus*, *accutior*, *accriora*, *oportune*. Similiter in codice Institutionum Gaji saepe *conubium* legitur non *connubium*.
quamquam sint Spaldingii adnotationem correxit Goerenz ad Cicer. de Legg. p. 238. Conf. § 6.
19. *adhuc f. n. fortasse nemo adhuc* Amb. 1.
ad summam T. L. *ad summa* Amb. 1. Sp. prob. Zumpt. Conf. supra § 6. et 1, 1, 23. — *summam* dicimus das Ganze.
tendendum *tentendum* 1 m. T.
sapientiae *sapienciae* T.
20. *consummata* *consumata* T.
praesumpta *praesumta* Sp.
quo velint Cicer. Orator. 1 *in quo vereor, ne, si id quod vis effecero, eumque oratorem quem quaeris expressero, tardem studia multorum, qui desperatione debilitati experiri id nolint, quod se assequi posse diffidant.*
substiterint *subsisterint* 1 m. T. *substeterint* Lassb.

Quo magis impetranda erit venia, si ne minora 21
quidem illa verum operi, quod instituimus, necessaria praeteribo. Nam liber primus ea, quae sunt ante officium rhetoris, continebit. Secundo prima apud rhetorem elementa et quae de ipsa rhetorices substantia quaeruntur, tractabimus. Quinque deinceps 22
inventioni (nam huic et dispositio subjungitur), quatuor elocutioni (in cujus partem memoria ac pronunciatio veniunt) dabuntur. Unus accedet, in quo nobis orator ipse informandus est, et qui mores ejus, quae in suscipiendis discendis agendis causis ratio, quod eloquentiae genus, quis agendi debeat esse finis, quae post finem studia, quantum nostra valebit infirmitas, disseremus.

His omnibus admiscebitur, ut quisque locus 23
postulabit, docendi ratio, quae non eorum modo

21. *rhetoris rethoris* T. et sic constanter.
rhetorices hanc recepi formam ex L. et Amb. 1., qua Quintilianus constanter est usus. haec enim substantiva sic declinantur: *rhetorice, rhetorices, rhetoricae, rhetoricen, ex rhetorice.* itidem *grammatice, musice.* similiter *Atalantes* 5, 9, 12. *Berenice* casu ablativo 4, 1, 19. — *rhetoricae* T. Sp.
22. *deinceps deinde* Lassb.
huic et et huic et Lassb.
memoria memoriae 1 m. T.
et — disseremus sic scripsi. *ut — disseremus* codd. omnes et ipse Amb. 1. *ut — disseramus* conj. Regius quem secuti sunt editt. Spald. voluit *ubi — disseremus.* Sarpius (loco laudato) defendit *ut — disseremus* eo, ut vocab. *ut* hic *exempli gratia* valeat. at, si Quintilianus ita scripsisset, certe inelegantur id fecisset.
mores ejus mores ejus sint 2 m. T.
ratio ratio sit 2 m. T.
valebit inf. inf. valebit Lassb.
23. *admiscebitur* 3, 1, 3. *in ceteris enim libris admiscere temptavimus aliquid nitoris, non jactandi ingeni gratia (namque in id eligi materia poterat uberior), sed ut hoc ipso alliceremus magis juventutem ad cognitionem eorum, quae necessaria studiis arbitrabamur, si ducti jucunditate aliqua lectionis libentius discerent ea, quorum ne jejuna atque arida traditio averteret animos, et aures praesertim tam delicatas raderet, verebamur.*
docendi Tur. L. Amb. 1. prob. Sarpe l. l. et Zumpt. *dicendi* ex conj. Regii Spald. Sensus est: Docebo autem rem non nude et sine arte, sed cum ornatu et nitore.

scientia, quibus solis quidam nomen artis dederunt, studiosos instruat et (ut sic dixerim) jus ipsum rhetorices interpretetur, sed alere facundiam, vires au-
24 gere eloquentiae possit. Nam plerumque nudae illae Artes nimia subtilitatis affectatione frangunt atque concidunt quicquid est in oratione generosius, et omnem sucum ingenii bibunt et ossa detegunt: quae ut esse et adstringi nervis suis debent, sic corpore
25 operienda sunt. Ideoque nos non particulam illam sicut plerique, sed quicquid utile ad instituendum oratorem putabamus, in hos duodecim libros contulimus breviter omnia demonstraturi. Nam si, quantum de quaque re dici potest, persequamur, finis
26 operis non reperietur. Illud tamen in primis testandum est, nihil praecepta atque artes valere nisi ad-

solis om. T.
nomen artis *artis nomen* L.
studiosos *studiosus* T. 1 m.
jus ipsum rhetorices 5, 14, 32. *Quis umquam sic dixit orator? Nonne apud ipsum Demosthenem paucissima hujus juris vel artis reperiuntur?* II, 13, 5. *Interim nolo, se juvenes satis instructos, si quem ex his, qui breves plerumque circumferuntur, artis libellum edidicerint, et velut decretis technicorum tutos putent.* Verte: das Technische in der Rhetorik, die Kunstausdrücke.

24. *nudae Artes* quales hodie multae extant ut Rhetorica ad Herennium et in corpore rhetorum latinorum a Pithoeo editorum.
subtilitatis *subtilitas* 1 m. T.
quicquid T. *quidquid* Sp.
omnem sucum *omne insucum* 1 m. T. *succum* Sp. Illa magis est probata scriptura. derivatur enim a *sugo* vocabulum. atque vis ipsa ac natura vocis, ut producatur, postulat.
adstringi T. *astringi* Sp.
corpore operienda 5, 12, 6. *Quaedam argumenta ponere satis non est, adiuvanda sunt: — ita et firmiora erunt ipsa et plus habebunt decoris, si non nudos et velut carne spoliatos artus ostenderint.*

25. *demonstraturi* recepi e T. 1 m. (etsi corrupte legitur *demonstrari*) L. A. *demonstrando* T. 2 m. Sp. Illam lectionem veram esse, ex sequenti apparet. Sensus est: Demonstrabo omnia breviter: aliter enim opus numquam absolvam. Si autem dicit *demonstrando* i. e. demonstravi omnia breviter, non convenit futurum *reperietur*. tum enim posuisset: nam si omnia persequerer, finis operis repertus non esset.
persequamur T. L. Amb. 1. Sp. *prosequamur* Gesner. Gernh.
26. *in primis* *inprimus* 1 m. T.

iuvante natura. Quapropter ei, cui deerit ingenium, non magis haec scripta sint quam de agrorum cultu sterilibus terris. Sunt et alia ingenita quaedam ad- 27
iumenta vox latus patiens laboris valetudo constantia decor; quae si modica optigerunt, possunt ratione ampliari, sed nonnunquam ita desunt, ut bona etiam ingenii studiique corrumpant: sicut et haec ipsa sine doctore perito, studio pertinaci, scribendi legendi dicendi multa et continua exercitatione per se nihil prosunt.

scripta sint A. *sunt* T. L. Sp.

27. *ingenita inge . . . . quique adiwantē* 1 m. *inge . . . quidem quae adiwant* 2 m T. *ingenita cuique adiumenta* Lassb. Amb. 1. — Turic. lectionem non accurate retulit Zumpt.

valetudo valitudo. II, 3, 9 *valetudo* 1 m. *valitudo* 2 m T. II, 16, 6. *valetudinis* 1 m T. *valitudinis* 2 m. II, 17, 9. *valetudo.* VI. Pro. 11. *valitudinem.* VI, 3, 77. *valitudinis.*

constantia Gesner, Spalding, Wolfius immerito in hoc haeserunt nomine. Gesnerus coniecit *valitudo constans*, non *valetudinis constantia*, ut Spald. refert. Spald. tentavit *valetudo, statura, decor*: constantiam enim non esse inter ingenita adiumenta. Quid autem? nonne videmus pueros esse alios natura timidos et fugaces, alios vero naturali quadam fiducia et animi praestantia praeditos? Verte angeborne Unerschrockenheit. Conf. 12, 5, 1. *haec sunt, quae me redditurum promiseram, instrumenta non artis, ut quidam putaverunt, sed ipsius oratoris. — Sed plurimum ex his valet animi praestantia, quam nec metus frangat, nec acclamatio terreat, nec audientium auctoritas ultra debitam reverentiam tardet. — Sunt et naturalia, ut supra dixi, quae tamen et cura iuvantur, instrumenta vox, latus, decor.*

optigerunt obtigerunt Sp. Equidem Quintilianum illam scribendi rationem esse secutum credo, cum *sic scribendum quidque* iudicaret, *quomodo sonet* (I, 7, 30.). Dicit enim: *Quaeri solet, in scribendo praepositionce sonum, quem iunctae efficiunt, an quem separatae observare conveniat, ut cum dico obtinuit* (*secundam enim b litteram ratio poscit, aures magis audiunt p, et immunis* (*illud enim quod veritas exigit, sequentis syllabae sono victum, m gemina usurpatur*:) (I, 7, 7.) In Tur. semper legitur *optinere, optigerunt, optulerat, optutu, opstant, optundi, suptilitas, supterfugi.* Atque ea non huius solum codicis lex est, sed multa similia in sermone latino sunt recepta, ut *scriptus* non *scribtus*, ut natura exigit.

ingenii studiique ingenii studique 1 m T.

sicut et om. *et* A.

Quemadmodum prima elementa tradenda sint.

I. Igitur nato filio pater spem de illo primum quam optimam capiat: ita diligentior a principiis fiet. Falsa enim est querela, paucissimis hominibus vim percipiendi, quae tradantur, esse concessam, plerosque vero laborem ac tempora tarditate ingenii perdere. Nam contra plures reperias et faciles in excogitando et ad discendum promptos. Quippe id est homini naturale ac sicut aves ad volatum, equi ad cursum, ad saevitiam ferae gignuntur: ita nobis propria est mentis agitatio atque sol-
2 lertia; unde origo animi caelestis creditur. Hebetes vero et indociles non magis secundum naturam hominis eduntur quam prodigiosa corpora et monstris insignia, sed hi pauci admodum. Fuerit argumen-

I. CAP. I.

fiet fiat Lasch.
reperias repperias T.
promptos promtos Sp.
caelestis coelestis Sp.
2. *naturam hominis* T. L. Amb. 1. *naturam homines* Sp.
prodigiosa paradigiosa 1 m T.
monstris. Sarpius in Analect. p. 14. proposuit *monstrorum insignia* aut *membris insignia.* postea vero recte defendit vulgatam lect. in Ien. L. Z. 1825. p. 94. Ceterum simplicissima nec tamen necessaria erat mutatio *monstra insignia* Valentini Slothouweri in Animadverss. critt. in veteres auctores classicos in Actis litter. Societatis Rheno-Traiectinae T. 3. p. 111 — 193, quas nullus adhuc editorum in usum attulit. Vid. ibid. p. 126. Sensus est: Multo maior hominum est numerus, qui natura bene constituti et bona indole sunt praediti, quam qui stupiditate ingenii atque misero corporis habitu insignes. Cuius rei argumentum vel hoc praeterea est, quod pueri plurima promittere solent. Sic enim illud explico: *Fuerit argumentum.*
hi hii T.
pauci admodum. Vis huius particulae facillime explicari potest, si comparamus nostrum *dermassen.*
fuerit a. sic T. L., quod coniectura Regius est assecutus probante Spalding. *fuerint. Argumentum* T. 2 m. Gernhard. *fuerunt. Argumentum* Amb. 1. Sarpius in Anal. p. 15. Ea inconcinna est structura. Equidem desidero verbum ante *Argumentum.* argumentum enim, quod adiicit, per se leve est, quare addit: *fuerit arg.* i. e. *Vel hoc fortasse argumentum eius rei esse potest,* quod etc.

tum, quod in pueris elucet spes plurimorum, quae cum emoritur aetate, manifestum est, non naturam defecisse sed curam. Praestat tamen ingenio alius 3
alium. Concedo, sed ut plus efficiat aut minus, nemo tamen reperitur, qui sit studio nihil consecutus. Hoc qui perviderit, protinus ut erit parens factus, acrem quam maxime curam spei futuri oratoris inpendat.

Ante omnia ne sit vitiosus sermo nutricibus, 4
quas, si fieri posset, sapientes Chrysippus optavit, certe quantum res pateretur, optimas eligi voluit. Et morum quidem in his haud dubie prior ratio est: recte tamen etiam loquantur. Has primum audiet 5
puer, harum verba effingere imitando conabitur. Et natura tenacissimi sumus eorum, quae rudibus animis percepimus: ut sapor, quo nova inbuas, durat nec lanarum colores, quibus simplex ille candor mutatus

cum em. dum Sp. errore typogr. edit. Gesner.

3. *sed ut sed plus efficiet aut minus nemo reperitur* T. 1 m Amb. 1. *sed p. efficiat — nemo tamen r.* T. 2 m. *sed p. efficiet — nemo tamen r.* L. Sensus est: Superat alium alius. sed quamvis plus perficiat alius alio aut minus, omnes tamen studio et exercitatione multum consequuntur.

hoc qui p. p. hoc quippe protinus T. L.

acrem acrem quam maxime datur curam Lamb.

4. *Chrysippus chrisippus* T.

voluit volunt Lamb.

morum uorum 1 m T.

5. *animis* Tur. et Lamb. *annis* Sp. et Gernh. I, 1, 36. *Prosequitur haec memoria in senectutem et inpressa animo rudi usque ad mores proficiet.*

quo nova inbuas „*Durior est ellipsis haec, et excidisse videtur v a s a. Haud dubie enim allusum est ad illud Horatii* [*Epl. I, 2, 69.*] *vulgatissimum:*

quo semel est inbuta recens, servabit odorem
Testa diu.“ Hagenbuchius.

mutatus vix abstinui, quin corrigerem *nec lanarum colores, quibus simplex ille candor m e d i c a t u s est, elui possunt.* Simile est illud Horatii in Carm. 3, 5, 28.

neque amissos colores
L a n a refert m e d i c a t a fuco.

medicatus facilius certe multo in *mutatus* corrumpi poterat quam *fucatus* in *mutatus*, quod coniecit Wakefield ad Lucret. VI, 1078 atque Cramer ad Scholiasten Iuvenalis p. 95. Sed recte moneor,

est, elui possunt. Et haec ipsa magis pertinaciter haerent, quo deteriora sunt. Nam bona facile mutantur in peius: num quando in bonum verteris vitia? Non assuescat ergo, ne dum infans quidem est, sermoni qui dediscendus sit.

6 In parentibus vero quam plurimum esse eruditionis optaverim. nec de patribus tantum loquor: nam Gracchorum eloquentiae multum contulisse accepimus Corneliam matrem, cuius doctissimus sermo in posteros quoque est epistolis traditus: et Laelia C. filia reddidisse in loquendo paternam elegantiam dicitur: et Hortensiae Q. filiae oratio apud Triumviros habita legitur non tantum in sexus honorem. 7 Nec tamen ii, quibus discere ipsis non contigit, minorem curam docendi liberos habeant, sed sint propter hoc ipsum ad cetera magis diligentes.

nullum esse hic mutationi locum. nam ut Quintilianus in praecedenti Horatii versum, ad quem adludit, pedestri accommodavit sermoni, sic in his quoque verbis paululum commutata est oratio poetae. ... *quo* Tur. et Lassb. Amb. 1. *quae* 2 m T. Sp. Atque haec ipsa, quae rudibus animis percepimus, eo magis pertinaciter inhaerent, quo deteriora sunt.

num quando recepi ex Almelov. probante Lochmanno, Geroh. Zumpt. *nam quando* T. L. *nunquam* Voss. 2. quod Spaldingio placuit, *nunc quando* codex Regius ap. Dussault. Spald. Sarpe. Amb. 1. habet a 1 m. *quando*, a 2 m. *nam quando*.

6. *eruditionis eruditiores* Lassb.

optaverim. nec sic recepi ex Amb. 1. *optaverim. verum nec* ceteri codd. et edd. Spaldingius primus hanc vocem delendam putavit, improbante quidem Sarpio.

Graechorum gracorum T.

accepimus acce primus 1 m T.

est epistolis epistolis est Lassb.

Laeliae C. filia sic scripsi. *leliae filia* T. *Laelii filia* L. Sp. *lelia* om. *filia* Amb. 1.

et Hortensiae Q. filiae sic scripsi. *hortensiae qe filiae* Amb. 1. *hortensii q filiae* T. *hortensii quae filiae* L. *et Quinti Hortensii filiae* Spalding.

7. *nec ne tamen hii* T.

ad cetera magis sensus est: Parentes ii, qui ipsi non diligenter sunt educati, liberis non modo non minorem curam impendere, sed et in eligendis nutricibus et in ceteris, quae ad puerorum institutionem pertinent, tanto maiorem adhibere debent diligentiam.

De pueris, inter quos educabitur ille huic spei destinatus, idem quod de nutricibus dictum sit.

De paedagogis hoc amplius, ut aut sint eru- 8
diti plane, quam primam esse curam velim, aut se non esse eruditos sciant. Nihil est peius iis, qui paulum aliquid ultra primas litteras progressi falsam sibi scientiae persuasionem induerunt. Nam et cedere praecipiendi partibus indignantur et velut iure quodam potestatis, quo fere hoc hominum genus intumescit, imperiosi atque interim saevientes stultitiam suam perdocent. Nec minus error eorum no- 9
cet moribus. Siquidem Leonides Alexandri paedagogus, ut a Babylonio Diogene traditur, quibusdam eum vitiis imbuit, quae robustum quoque et iam maximum regem ab illa institutione puerili sunt persecuta.

Si cui multa videor exigere, cogitet oratorem 10
institui, rem arduam, etiam cum ei formando nihil defuerit; praeterea plura ac difficiliora superesse. Nam et studio perpetuo et praestantissimis praeceptoribus et plurimis disciplinis opus est. Quapropter 11

de pueris Spald. vere de servis intelligit, Sarpe male de pueris ingenuis. hic enim ubique de illis est sermo, ut de nutricibus et deinde de paedagogis.

8. *paedagogis pedagoris* T.
nihil est T. L. *nihil peius est* Amb. 1. *nihil enim peius est iis* Sp.
partibus T. (qui *percipiendi partibus* dat) L. A. Contemserunt oditores hanc lectionem praeferentes *peritis*, quod etiam a Spald. propagabatur. *Partibus* ablativus est. Recusant enim partes relinquere praeceptoris. Partibus cedere dicitur ut cedere possessione.
potestatis potestates 1 m T.
quo Tur. Lassb. Amb. 1. ni fallor. *qua* Sp. — Iure quodam se esse praeditos opinantur saeviendi et superbiendi.
hominum humanum T.

9. *Leonides* Zumpt laudat Sainte-Croix Examen des historiens d'Alexandre le Grand. pag. 194.
paedagogus pedagorus T.
cum cum 1 m T.
prosecuta Tur. Lassb. Amb. 1. *prosecuta* Sp.

10. *plurimis d.* Amb. 1. *pluribus d.* T. L. Spald.

praecipienda sunt optima: quae si quis gravabitur, non rationi defuerint sed homini.

Si tamen non continget, quales maxime velim nutrices, pueros, paedagogos habere; at unus certe sit assiduus loquendi non inperitus, qui, si qua erunt

11. *gravabitur* 4, 5, 8. *Praeter haec in omni partitione est utique aliquid potentissimum, quod cum audivit iudex, cetera tamquam supervacua gravari solet.*

defuerint Amb. 1. Florent. *defuerit* T. L. Spald. Gernh. Lünemann. Hic locus multum vexavit viros doctos. Spald. intelligit *aliquid* ad verbum *defuerit*. „Tum culpa erit hominis h. e. eius qui gravabitur, non disciplinae rationis.“ At primum inelegantor dicere *aliquid non rationi defuerit*: nam si tale quid vellet, dixisset *nihil defuerit*. Deinde in tali sententiarum nexu subiectum ad *defuerit* non omitti poterat, quod ibi tantum omittitur, ubi in nullam incidimus ambiguitatem, nostro autem loco maxime ambigua esset ratio, cum praecedat *si quis*. Sarpius Ien. L. Z. 1825. p. 97. locum mutavit *non orationi defuerit sed homini* i. e. „qui haec praecepta non sequitur, is non solum orationem (die Bildung der Redegeschicklichkeit) sed etiam hominem (die allgemeine Menschenbildung) negliget.“ Si vera esset haec sententia, *oratori* non *orationi*, ut ipse postea vidit, scribendum fuit. At dura profecto et contorta est haec interpretatio. Lochmannus legendum putabat *non rationi defuerit sed oneri*, quod Badius iam coniecerat. Gernhard sic vertit verba: so versündiget er (qui gravatur) sich nicht an der Theorie der Erziehung, sondern an dem zu erziehenden Menschen. Nihilominus altera lectio *defuerint sc. optima* magis placet hoc sensu: ars oratoria optima et summa praecipit: quamvis enim en quis fortasse non continget, in disciplina tamen omnia coniuncta esse debent. ars oratoria perfecta esse debet, quamvis discentes numquam fere perfecti erunt oratores. Ich schreibe das höchste und beste vor: und wenn gleich mancher diese höchsten Forderungen nicht erfüllen kann, so sollen sie wenigstens nicht in der Theorie fehlen, sondern bloss im einzelnen Menschen, so sollen sie wenigstens in der Theorie vorhanden seyn.

paedagogos habere Amb. 1. *habere; pedagogus* T. L. Spald. qui tamen Badii lectionem probabat: *velim habere nutrices, pueros, paedagogos: at unus* (cf. praefat. Vol. I. p. LXXII.) Lünemannus in notis scripserat: *si tamen non continget habere, quales maxime velim, nutrices, pueros, paedagogos; at unus certe sit assiduus* sc. *amicus*. Gernhard Sarpium secutus in Anal. p. 16 dedit: *pueros habere paedagogosque: at* etc. Idem Sarpius postea Ien. L. Z. 1825. p. 98. nomen *paedagogus* a glossatore ad vocab. *unus* adiectum putabat, cuius opinionis est particeps Haud in Tursellino suo, opere ingeniosissimo Tom. I. p. 442. — De nutricibus egit § 3., de pueris § 7., de paedagogis § 8. Conf. 1, 2, 5.

sit assiduus i. e. assistat. 1, 11, 14. *Cum legere orationes oportebit, cum virtutes earum iam sentiet, tum mihi diligens aliquis ac peritus assistat.*

loquendi T. L. Amb. 1. *dicendi* Sp.

ab his praesente alumno dicta vitiose, corrigat protinus nec insidere illi sinat, dum tamen intelligatur id, quod prius dixi, bonum esse, hoc remedium.

A sermone graeco puerum incipere malo, quia 12
latinum, qui pluribus in usu est, vel nobis nolentibus perbibet, simul quia disciplinis quoque graecis prius instituendus est, unde et nostrae fluxerunt. Non tamen hoc adeo superstitiose fieri velim, ut diu 13
tantum graece loquatur aut discat sicut plerisque

id, *quod* intellige nutrices, pueros, paedagogos sapientes. *hoc* amicum assiduum, qui corrigat vitia illorum. — *remedium hoc* L.

12. *a sermone* Tur. Lassb. Amb. 1. *a graeco sermone* Sp. *puerum puero* T.

qui pluribus — „*Diu omnia nobis*, scribit Hegenbuchius, *hic sana salvaque videbantur, minimeque suspecta, quippe nemo unquam de elegantia constructionum dubitavit textumque sollicitare conatus est, nisi quod Pareus, indignus ille criticorum sectator, legit in usum est, cuiusmodi nugis se vexans, maiora ac difficiliora intacta reliquit. Nullus tamen interpretum hunc nodum solvit cur nimirum Quintilianus dicat; Latinum pluribus in usu esse; cum tamen omnibus fuerit vernaculus. Praecentissimum sanandi remedium erit, si nobiscum leges: A sermone graeco puerum incipere malo, qui pluribus in usu est, quia latinus vel nobis nolentibus se perhibet. Vides ab ineptis librariis haec confusa esse, omniaque hac emendatione clara et liquida esse. Vult Quintilianus puerum incipere a sermone graeco, tum quia pluribus in usu est — ita enim vulgatus erat, ut hodie Gallicus — tum etiam quia latino non obest, qui vel nobis nolentibus se perhibet.*“ — Explicavit Sarpius *Latinum*, *qui pluribus in usu est* das alltägliche Latein. Equidem vertam: weil er das Lateinische, das er öfter hört als das Griechische, von selbst erlernt. Graeca primum lingua erudiatur, quia latinum sermonem, qui tanquam vernaculus magis in usu est quam graecus, sponte discet. Coniecerat autem vir doctus amicus *qui popularibus in usu est*.

latinum — *perbibet* Amb. 1. Sp. *latinum* — *perhibet* T. *latinus* — *se perhibet* praeferebat Sarpius. — *quia latinum quam pluribus in usu est, vel nobis nolentibus perbibet* Lassb.

instituendus Spald. ad VIII, 6, 2 scribit: „I, 1, 12 *instruendus* legendum erat vel auctoribus aliquot apud Burm. Mss.“ Quum nulla apud Burm. in h. l. adnotata sit varietas, haec Spald. verba ad I, 1, 15 referenda censet Zumpt.

unde inde T.

13. *fieri velim* T. L. Amb. 1. *velim fieri* Sp.

tantum graece l. Amb. 1. *tantum loquatur graece* T. L. Sp.

moris est. Hoc enim accidunt et oris plurima vitia in peregrinum sonum corrupti et sermonis; cui cum graecae figurae assidua consuetudine haeserunt, in diversa quoque loquendi ratione pertinacissime durant.
14 Nón longe itaque latina subsequi debent et cito pariter ire. Ita fiet, ut, cum aequali cura linguam utramque tueri coeperimus, neutra alteri officiat.
15 Quidam litteris instituendos, qui minores septem annis essent, non putaverunt, quod illa primum aetas et intellectum disciplinarum capere et laborem pati possit. In qua sententia Hesiodum esse plurimi tradunt, qui ante Grammaticum Aristophanen fue-

hoc enim accid. Amb. 1. *hoc enim accedunt* T. L. *hinc enim accidunt* ex emendat. Regii Sp.

oris plurima vitia — et sermonis i. e. qui alienam linguam multos annos loqui consuevit, etiam suam peregrino more effingere coepit, et litteras et vocabula suae linguae non vernaculo modo formar. Quum ergo in hoc loco de expressione tantum litterarum et vocum sit sermo, non de structura verborum, Spaldingius fallitur, qui sequentia verba *Graecae figurae* de structura verborum ad Graecum morem facta explicat. multo enim melius hoc de loco Ernesti egit in Lex. Technol. Lat. s. v. *figura* pag. 170. „*In hoc Quintiliani loco figurae dicuntur, modi oris conformandi illi, quos peculiaris Graecae linguae forma et ratio postulat: Bildung und Einrichtung der Organen und des Mundes nach der Griechischen Form, welche durch die eigene Manier der Aussprache bestimmt wird. Sic et nos figuras Gallicas, Italicas, Germanicas distinguere possumus.* —“

14. *coeperimus coepimus* T. L.

15. *illa primum — pati possit* T. L. prob. Gernh. Amb. 1. lectionem Obrechti tueri videtur: *quod illa prima aetas et intellectum disciplinarum capere, et laborem pati non possit*, prob. Sarpio. In utraque autem lectione sensus idem enuntiatur. Si legas nobiscum *illa primum aetas*, hoc de aetate septem annorum intelliges et *primum* alio adverbio *demum* explicabis. In altera lect. *illa prima aetas* eos significat, qui infra annos septem nati sunt. Spald. dedit *illa primum aetas — p. posset* ob antecedens *putaverunt*. Sed *possit* non mutandum est, cum a verbo *instituendos esse* regatur, non a *putaverunt*. Sententia enim illorum haec est: Non sunt instituendi litteris pueri, qui minores septem annis sunt, quod illa primum aetas et intellectum disciplinarum capere, et laborem pati potest.

Aristophanen Haec accusativi forma ubique in Turicensi apparet. In aetate Quintiliani prior grammaticae latinae ratio omnino mutata est: priores enim ut Cicero graecas formas fere omnes in latinum transferebant colorem, posteriores vero maximum Graecarum finitionum numerum recipiebant. Sic *Empedoclen* I, 4, 4. *Coloten* II, 13, 13. *Ulixen* II, 13, 18. *Polycraten* II, 17, 4. *Demaden*

runt. Nam primus is ὑποθήκας, in quo libro scriptum hoc invenitur, negavit esse huius poetae. Sed 16
alii quoque auctores, inter quos Eratosthenes, idem praeceperunt; melius autem, qui nullum tempus vacare cura volunt ut Chrysippus. Nam is, quamvis nutricibus triennium dederit, tamen ab illis quoque iam formandam quam optimis institutis mentem infantium iudicat. Cur autem non pertineat ad litte- 17
ras aetas, quae ad mores iam pertinet? Neque ignoro toto illo, de quo loquor, tempore vix tantum effici, quantum conferre unus postea possit annus: sed tamen mihi, qui dissenserunt, videntur non tam discentibus in hac parte quam docentibus pepercisse. Quid melius alioquin facient, ex quo 18
loqui poterunt? Faciant enim aliquid necesse est. Aut cur hoc quantulumcunque est usque ad septem

II, 17, 12. *Aeschinen* II, 17, 12. *Socraten* II, 17, 4. III, 1, 9 et 11. *Aristotelen* III, 6, 60. *Plisthenen* III, 7, 19. *Demosthenen* III, 8, 5. V, 13, 42. V, 14, 32. VI, 3, 22. Graeci et Σωκράτην et Σωκράτη dixerunt. Consentit cum Turic. Lassb.

fuerunt fuerint 1 m T.

primus is T. *is primus* L. Sp.

ὑποθήκας Censor Halensis 1804. n. 121. p. 159. hoc de carmine adnotavit: die ὑποθῆκαι enthielten vielleicht einen Cyclus von gnomischen Lehrgedichten, wovon die Hesiodischen Tage und Werke einen Theil ausmachten.

16. *praeceperunt perceperunt* 1 m T.

formandam Tur. Lassb. Amb. 1. *informandam* 2 m T. Sp.

infantium non mutavi hanc genitivi formam, etsi Tur. et Lassb. *infantum* dant. (Amb. 1. *infantis.*) Observavi enim, nominum in *ns* exeus genitivos plerumque apud nostrum terminari in *ium*. *parentium* I, 2, 5. II, 4, 16. at *parentum* I, 2, 25. *sapientium* I, 10, 15. II, 17, 28. III, 7, 2. V, 11, 38. *vigilantium* VI, 2, 30. Epici autem poetae saepe genitivum in *um* metri legibus coacti praetulerunt. Equidem constans esse cupio, neque uno in loco hanc, in altero aliam eiusdem nominis formam fero. Omnia nomina, quae eidem rationi sunt subiecta, eandem habeant legem. Spaldingius constantiam non secutus est; hoc quidem loco *infantium* receperat, at I, 2, 5. *parentum*. Itidem ap. Quint. legitur *docentium*, *discentium*, *consonantium*, *sequentium*, *nascentium*, *profitentium*, *audientium*.

17. *qui dissenserunt* Amb. 1. *qui id senserunt* T. L. ceteri codd. Sp.

18. *alioquin alioquin quid melius* T. 2 m.

annos lucrum fastidiamus? Nam certe quamlibet parvum sit, quod contulerit aetas prior, maiora tamen aliqua discet puer ipso illo anno, quo minora didi-
19 cisset. Hoc per singulos annos prorogatum in summam proficit, et quantum in infantia praesumptum est temporis, adolescentiae adquiritur. Idem etiam de sequentibus annis praeceptum sit: ne, quod cuique discendum est, sero discere incipiat. Non ergo perdamus primum statim tempus, atque eo minus, quod initia literarum sola memoria constant, quae non modo iam est in parvis, sed tum etiam tenacissima est.

20 Nec sum adeo aetatum inprudens, ut instandum protinus teneris acerbe putem, exigendamque plane operam. Nam id in primis cavere oportebit, ne studia qui amare nondum potest oderit, et amaritudinem semel perceptam etiam ultra rudes annos reformidet. Lusus hic sit, et rogetur et laudetur et nunquam non scisse se gaudeat, aliquando

fastidiamus fastidiamur L.
parvum parum Amb. 1. L.
ipso illo Amb. 1. *illo ipso* T. L. *eo ipso* Sp.
anno anno septimo 2 m T.
19. *hoc per* ꝙ *hoc per* 2 m T.
et quantum equantum 1 m T.
20. *aetatum aetatium* Tur. Lassb. — Hanc formam librariis tribuo, cum nulla sit ratio, cur in *ium* genitivus nominis *aetas* terminetur. Nullus autem codex ne optimus quidem erroribus caret. Idem de forma *civitatium* iudicandum est, quae in Turicensi II, 4, 33. II, 16, 4. V, 10, 25 legitur. nam I, 2, 2 *civitatum* exhibetur. Quanquam *civitatium* etiam in codice antiquissimo librorum Ciceronis De Rep. 1, 34. extat. at haec forma non minus corrupta est, quam si in codd. quibusdam *hominis* pro *homines* scriptum est. negligentia sunt librarii, non ex latino sermone arcessitae. Vitiose enim legitur in Turic. I, 9, 1. *aetatis — capientis* pro *aetates capientes*, in Prooem. VI, 5. *aetati ea* pro *aetate ea*.
protinus Tur. Lassb. Amb. 1. *teneris protinus* Sp.
plane Tur. Lassb. Amb. 1. prob. Gernh. Addend. Comparandum est nostrum geradezu — *plenam* Sp.
laudetur laudetur 1 m. *luutetur* 2 m T. (sic)
scisse se gaudeat fecisse L. Obrecht, A. non memoratur. *fecisse se gaudet* T. Simile quiddam Cicero habet de finib. V, 18. *Videmusne, ut pueri ne verberibus quidem a contemplandis rebus per-*

ipso nolente doceatur alius, cui invideat, contendat interim et saepius vincere se putet, et praemiis etiam quae capit illa aetas evocetur.

Parva docemus oratorem instituendum professi; 21
sed est sua etiam studiis infantia, et ut corporum mox fortissimorum educatio a lacte cunisque initium ducit, ita futurus eloquentissimus edidit aliquando vagitum et loqui primum incerta voce temptavit et haesit circa formas litterarum. Nec si quid discere satis non est, ideo nec necesse est. Quodsi nemo 22
reprehendit patrem, qui haec non negligenda in suo filio putet, cur improbetur, si quis ea, quae domi suae recte faceret, in publicum promit? Atque eo magis, quod minora etiam facilius minores percipiunt, et ut corpora ad quosdam membrorum flexus formari nisi tenera non possunt, sic animos quoque ad pleraque duriores robur ipsum facit. An Phi- 23

quirendisque deterreantur? ut pulsi requirant et aliquid scire se gaudeant?

contendat om. T.
interim interdum 2 m T.
putet putat 1 m T.
et praemiis Tur. Lassb. om. *et* Sp.

21. *oratorem* Tur. Lassb. Amb. 1. *instituendum oratorem* Sp.
sed est sedem 1 m T.
mox fortissimorum Tur. Lassb. Amb. 1. *mox etiam fort.* Sp.
temptavit sic constanter in cod. nostro et Lassb. *tentavit* Sp. „*Hoc in omni genere Mss. animadverti, tam veterrimis mille et ducentorum annorum quam recentioribus vel Temptare scribi vel rarius Temtare, numquam quod hodie scribitur Tentare.*“ Bentleius ad Terent. Phorm. 3, 3, 19.

22. *reprehendit reprachendit* T.
faceret T. L. Amb. 1. *fecerat* T. 2 m. Bodleianus prob. Sarpio Ien. L. Z. *fecerit* coni. Spald. prob. Gersh. Lünemann. confirmatur a Regg. Paris. Cum autem optimi codices dent *faceret*, id non mutandum puto: nam alius sensus scriptori tribuitur, si scripseris *fecerit*. dico enim *faceret*, cum non diiudico, utrum quis aliquid fecerit an non, dico *fecerit*, cum enuntio, aliquem quid fecisse. Verte: Warum soll Missbilligung Statt finden, wenn jemand das, was er zu Hause füglich thun dürfte, öffentlich thut? graece vertas ἐποίει ἄν.
membrorum membrorum flexis 1 m. *flexus* 2 m T.
pleraque plerumque T.

lippus Macedonum rex Alexandro filio suo prima litterarum elementa tradi ab Aristotele summo eius aetatis philosopho voluisset, aut ille suscepisset hoc officium, si non studiorum initia et a perfectissimo quoque optime tractari et pertinere ad summam cre-
24 didisset? Fingamus igitur Alexandrum dari nobis inpositum gremio dignum tanta cura infantem (quamquam suus cuique dignus est), pudeatne me in ipsis statim elementis etiam brevia docendi monstrare compendia?

Neque enim mihi illud saltem placet, quod fieri in plurimis video, ut litterarum nomina et contextum
25 prius quam formas parvuli discant. Obstat hoc agnitioni earum, non intendentibus mox animum ad ipsos ductus, dum antecedentem memoriam sequuntur. Quae causa est praecipientibus, ut etiam, cum satis adfixisse eas pueris recto illo, quo primum scribi solent, contextu videntur, retroagant rursus et varia

23. *Aristotele aristotile* T.
quoque perfectissimo horum optime T. L. *perf. horum optimo* Amb. 1. Latet fortasse vitium.
credidisset sic codd. omnes. nec mutandum duco, cum etiam singularis verbi ad utrumque exemplum pertineat. *credidissent* coni. Spalding probante Lünemann et Hand in Tursellino 1. p. 539. Sed fortasse praestat, in parenthesin includere haec verba *aut — suscepisset* tanquam obiter a Quintiliano adiecta, ita ut *credidisset* ad *Philippum* tantum pertineat.

24. *brevia — compendia* pudeatne me ostendere, quomodo melius in elementis ipsis, quam vulgo fit, pueri instituantur? Verte: Sollte ich mich schämen, selbst für den Elementarunterricht einige wiewohl geringfügige Verbesserungen der Lehrmethode anzugeben?
illud ullus T. 1 m. L.
contextum seriem et ordinem alphabeticum.

25. *mox* cum formae litterarum monstrantur, cum initia scribendi docentur.
antecedentem nomina litterarum memoria tenet, ante quam formas earum cognitas habet. — Sarpe in Annal. pag. 17. coniecerat: *dum antecedentem memoria sequuntur*, quam opinionem rursus postea contra Buttmannum in Epistola ad Buttmannum p. 12. defendere studuit. Vid. Spald. ad 10, 7, 10.
recto — contextu i. e. [illegible] litterarum ordine.

permutatione turbent, donec litteras, qui instituuntur, facie norint non ordine. Quapropter optime sicut hominum pariter et habitus et nomina edocebuntur. Sed quod in litteris obest, in syllabis non 26
nocebit. Non excludo autem, id quod est notum, irritandae ad discendum infantiae gratia, eburneas etiam litterarum formas in lusum offerre, vel si quid aliud, quo magis illa aetas gaudeat, inveniri potest, quod tractare intueri nominare iucundum sit.

Cum vero iam ductus sequi coeperit, non in- 27
utile erit eas tabellae quam optime insculpi, ut per illos velut sulcos ducatur stilus. Nam neque errabit, quemadmodum in ceris (continebitur enim utrimque marginibus neque extra praescriptum egredi poterit), et celerius ac saepius sequendo certa vestigia

turbent T. *perturbent* Sp. Illud placet aurium causa, ne repetatur *per*.

norint norunt T. 1 m.

26. *quod in litteris obest*. In litteris enim et nomen et forma eodem simul tempore cognoscenda sunt. In syllabis autem percipiendis nihil nocet, si pueri illas ediscent, antequam earum faciem cognoscant. Verte: das Buchstabiren lässt sich nur aus der Anschauung der Buchstaben erlernen, das Syllabiren ist dann nachher auch ohne diese möglich.

id quod est notum Coniecit ingeniose Heindorf ad Cicer. de N. D. II, 28. *id quod est inventum* etc. — *et quod est notum* T. 2 m.

eburneas etiam eburnea sed iam T.

in lusum in lusu Lassb.

vel et vel T. *et si quid* Amb. 1. prob. Gemb. in Add.

27. *insculpi insculpi quam optime* Lassb.

velut vel Lassb.

utrimque utrique 1 m *utrisque* 2 m T. — *utrinque* Sp.

poterit T. L. Amb. 1. *poterit egredi* Sp. — Propagavi parenthesin usque ad *poterit*, iubente Schützio in praefat. Buttmanni ad Vol. IV. pag. X. ed. Spald. et ipso Spaldingio ad V, 14, 30. — Sarpius autem tum post *marginibus* parenthesin imposuit, tum particulae *et* vim adversativae *sed* tribuit. At haec interpretandi ratio, quam hic et multi alii viri docti maxime probant, perversa semper mihi visa est. ea enim confundit mentem puerorum, cum audiunt significationes prorsus sibi oppositas idem habere vocabulum, atque copulam simplicem *et* significare simul *quoque*, *porro*, *autem*, *sed*, *at*, *contra*, *atque*; aut *que* valere *sed*, *etiam*, *praeterea*, *tum*, *porro*. Nulla autem vox significationem, quae innata est, umquam deserit.

certa „Salmasius in not. ad h. l. pro *certa* legit *rasa*. sed bene se habet lectio vulgata: *certa* id est sulcata, ultra quae eva-

firmabit articulos, neque egebit adiutorio manum
28 suam manu superinposita regentis. Non est aliena
res, quae fere ab honestis negligi solet, cura bene

geri non possis. Mutat dein ultima illa Salmasius hoc modo: neque egebit adiutorio manus suam superimposita regentis. Sed propius omnino ad veterem scripturam accedit, si unicam mutes litterulam neque egebit adiutoris manum suam manu superimposita regentis.“ Hagenbuchius.

firmabit T. L. Amb. 1. *formabit* Sp. defendente Sarpio. Illud probavit etiam Schützius in praef. Buttmanni ad Vol. IV. ed. Spald. pag. XI. *firmabit articulos* non multum interest, utrum *firmabit* an *formabit* legeris. Illius vero lectionis hic est sensus: ita firmabit manum, ut nos amplius erret in adumbrandis litteraram formis. Cum eosdem litterarum ductus diu manus imitatur, hac re formatur atque firmatur.

manum suam manus sua 2 m T.

superinposita coniunxi in unum vocabulum, iubente Handio ad Statii Silv. p. 33. — *super imposita* codd. Sp.

28. *fere ferre* 1 m T.

ab honestis i. e. a nobilibus et divitibus. Honesto opponitur *humilis* II, 1, 42. Verte: die Vornehmen. Cum veteres plerumque amanuenses haberent, multi, ut videtur, non curabant, ut ipsi pulchre scriberent et expedite. Quare Quintilianus hanc rem gravissimam esse monet. nam qui scribendo sudat, cogitatione etiam turbatur et impeditur; qui vero confuse scribere solet, cogitata sua puero dictare cogitur, id quod saepe odiosum est. — Sed alium omnino sensum tribuit Sarpius (Ien. L. Z. 1821. p. 245. et in novissimo libello de Tachygraphia p. 6.) huic sententiae: *Non est aliena res, quae fere ab honestis negligi solet, cura bene ac velociter scribendi.* Primum vero in tota periodo anacoluthon esse videt, id quod iam in Anal. p. 17 observarat, cui sic interpungendo sit occurrendum: *Nam cum sit in studiis praecipuum, quoque solo verus ille profectus et altis radicibus nixus paretur, scribere ipsum — tardior stilus cogitationem moratur, rudis et confusus intellectu caret: unde sequitur alter dictandi quae transferenda sunt labor —: quare cum semper et ubique, tum praecipue in epistolis secretis et familiaribus delectabit ne hoc quidem neglectum reliquisse.* Deinde omnia haec de Tachygraphia intelligenda esse contendit. „Cura, inquit bene ac velociter scribendi ist nicht wie Capperonnier erklärt, *καλλιγραφία καὶ ταχυγραφία*: denn von der Uebung in der Kalligraphie d. i. in der Geschicklichkeit, die Muskeln zu schreiben, hat Q. schon vorher geredet, und offenbar enthält das folgende die Gründe, weshalb die Tachygraphie eingeübt werden solle. Die Fertigkeit im Schreiben der schwerfälligen Muskeln konnte wahrlich nie so bedeutend seyn, dass sie als Beförderungsmittel der Fortschritte in den Studien angepriesen zu werden verdiente. Ueberdiess wird *bene scribere* nachmals durch die Wörter *rudis et confusus stilus* und *velociter scribere* durch das entgegengesetzte *tardior stilus* erklärt. *Syllabis nullum compendium est* hat keinen andern Sinn als Sylben dürfen in der Tachygraphie dem Anfänger nicht erlassen werden. Die Tachygraphie ist nähmlich ursprünglich eine

ac velociter scribendi. Nam cum sit in studiis praecipuum, quoque solo verus ille profectus et altis radicibus nixus paretur, scribere; ipsam tardior stilus cogitationem moratur, rudis et confusus intellectu caret: unde sequitur alter dictandi, quae transferenda sunt, labor. Quare cum semper et ubique tum prae- 29
cipue in epistolis secretis et familiaribus delectabit ne hoc quidem neglectum reliquisse.

Syllabis nullum compendium est: perdiscendae 30
omnes nec, ut fit plerumque, difficillima quaeque earum differenda, ut in nominibus scribendis depre-

Sylbenschrift, im Gegensatze der Buchstabenschrift, Kalligraphie, und allmählich vermischte sie sich mit Siglen und Wortschrift.“ Equidem non intelligo, quomodo haec ad nostra verba ullo modo pertineant. Quintilianus antea disputaverat, quo modo litterarum nomina et formas facillime parvuli discant, tum quomodo scribere incipiat puer, mox sequitur, qua ratione instituenda sit lectio syllabarum et vocabulorum. Quare non video, quomodo puer, qui nondum legere didicerit, quique vix litterarum formas imitetur stilo, iam in tachygraphia, quae difficillima est, instrui possit; neque unquam ea pars publicae institutionis esse poterat, neque in scholis pueris tradi. Aberravit, opinor, a sensu Sarpius explicando *Syllabis nullum compendium est.* Sensus est: Syllabis nullum docendi compendium est. alii grammatici non totam hanc rem tractare solebant, Quintilianus autem praecipit, ut universa ratio, quae sit certa inter se litterarum connexio, et quae litterae cum quibus coniungi possint, doceatur. Verte: Das Syllabiren lässt sich im Unterrichte nicht abkürzen. der Lehrer muss alle Zusammensetzungen von Buchstaben, wodurch Sylben entstehen, den Schülern nachweisen, er darf keine ersparen, bis man im Schreiben ganzer Wörter darauf stösst.

quoque i. e. et quo. Hoc adieci, ne haereant discentes.

nixus nexus T.

scribere; ipsam A. Cura scribendi res est gravissima; qui eam negligit, ipsam cogitationem moratur confundit, impedit, perturbat. — *Scribere ipsum* T. L. Spald., ad quod intelligebatur *puerum.*

stilus stili cogitationem 1 m. *stili cogitatione* 2 m T.

caret intellectus haeret Amb. 1. Illud valet *non intelligitur.*

quae transferenda sunt Amb. 1. Lasb. Sarpius de Tachygraphia p. 7. — *quae extransferenda sunt* T. 1 m. *q. ex his tr. s.* T. 2 m. Sp.

29. *delectabit delectabat* 1 m T. *delectabit nec hoc* L.

30. *in nominibus scribendis* primum puer litteras scribit, tum syllabas, postea nomina. Conf. §. 34. *dum scribere nomina puer coeperit.*

deprehendantur sc. syllabae. — *deprehenduntur* T. 1 m.

31 hendantur. Quin imo ne primae quidem memoriae temere credendum: repetere et diu inculcare fuerit utilius, et in lectione quoque non properare ad continuandam eam vel accelerandam, nisi cum inoffensa atque indubitata litterarum inter se coniunctio subpeditare sine ulla cogitandi saltem mora poterit. Tunc ipsis syllabis verba complecti, et his sermo-
2 nem connectere incipiat. Incredibile est, quantum morae lectioni festinatione adiciatur. Hinc enim accidit dubitatio, intermissio, repetitio plus quam possunt audentibus, deinde cum errarunt, etiam iis quae
33 iam sciunt diffidentibus. Certa sit ergo inprimis lectio, deinde coniuncta, et diu lentior, donec exer-
34 citatione contingat emendata velocitas. Nam prospicere in dextrum (quod omnes praecipiunt) et providere, non rationis modo sed usus quoque est:

31. *quin imo qui nimio* T.
inculcare inculare T.
coniunctio coniuntio Tur. *inter se litterarum coniunctio* Lassb. *subpeditare suppeditare* Sp.
saltem saltim Lassb. I, 10, 35 in Turic. bis *saltim*.
verba complecti cum syllabas legere didicerit, plures syllabas in unum vocabulum coniungere poterit.
sermonem connectere Verte: Wörter an einander reihen, Sätze bilden — *conectere* T.

32. *adiciatur adiiciatur* Spald. Recepi e Turicensi et Lassb. illam orthographiam, quae a consuetudine Romanorum valde erat probata: nam plerique ita scribebant et pronuntiabant *conicio, adicio, obicio, abicio, eicio, reicio, proicio.* vid. Schneider Lat. Elementarlehre I. 1. p. 287 sq. Atque codices antiquissimi ubique hanc exhibent formam. Conf. Garatonius ad Ciceronis orat. pro Fonteio c. 16: Notum est, inquit, Florentinos Virgilii et Pandectarum codices aliosque optimos habere perscriptum *obicere, deicere et similia.*
audentibus audientibus 2 m T.
iis his T.

33. *certa — lectio* ex opposito facile intelligitur, quomodo hic vocab. *certus* sit accipiendum. *certus* i. e. distinctus, discretus, secretus. Verte: Man spreche erst Sylbe für Sylbe aus, dann lese man die Sylben zusammen. Syllabatim primum legant pueri, deinde coniungant syllabas et integra pronuntient vocabula.
inprimis imprimis Sp.

34. *non rationis modo* non sufficit, ut id scias, sed multa exercitatione opus est.

quoniam sequentia intuenti priora dicenda sunt et quod difficillimum est, dividenda intentio animi, ut aliud voce aliud oculis agatur. Illud non poenitebit curasse, cum scribere nomina puer (quemadmodum moris est) coeperit, ne hanc operam in vocabulis vulgaribus et forte occurrentibus perdat. Protinus enim potest interpretationem linguae secretioris, quas Graeci γλώσσας vocant, dum aliud agitur, ediscere et inter prima elementa consequi rem postea proprium tempus desideraturam. Et quoniam circa res adhuc tenues moramur, ii quoque versus, qui ad imitationem scribendi proponentur, non otiosas velim sententias habeant sed honestum aliquid monentes. Prosequitur haec memoria in senectutem, et inpressa animo rudi usque ad mores proficiet. Etiam dicta clarorum virorum et electos ex poetis maxime (namque eorum cognitio parvis gratior est) locos ediscere inter lusum licet. Nam et maxime necessaria est oratori (sicut suo loco dicam) memoria: et ea praecipue firmatur atque alitur exercita-

priora dicenda 1 m. T.
oculis oculis T.
cum scribere dum scribere Gesn. et Spald. errore typograph.
35. *potest* om. L.
interpretationem interpretatione T. 2 m.
secretioris secrecioris id est quam greci glossas vocant T. 1 m. *id est quas* T. 2 m. L. Quae sit lingua secretior, ipse explicat 1, 8, 15. *Circa glossemata etiam, id est voces minus usitatas non ultima eius professionis diligentia est.* γλῶσσα et γλώσσημα idem valet. *secretior est* a vulgi sensu remotior.
adhuc tenues T. L. Amb. 1. *adhuc circa res tenues* Sp.
versus Verte die Sätze.
imitationem imittationem T.
36. *usque ad mores* Verte und dringt bis ins Gemüth hinein. Similiter 1, 11, 3. *frequens imitatio transit in mores.* Sarpium *usque* explicantem *per totam vitam* refutavit Buttmannus Praef. Vol. IV. pag. XII.
cognitio parvis Amb. 1. *parvis cognitio* T. L. Sp.
gratior gracior T.
locos quos 2 m T.
necessaria necesseria T.
suo loco infra lib. XI. cap. 2.
alitur aliter 1 m T.

tione, et in iis, de quibus nunc loquimur, aetatibus, quae nihilum ipsae generare ex se queunt, prope sola est, quae iuvari cura docentium possit. 37 Nec alienum fuerit exigere ab his aetatibus, quo sit absolutius os et expressior sermo, ut nomina quaedam versusque affectatae difficultatis ex pluribus et asperrime coeuntibus inter se syllabis catenatos et veluti confragosos quam citatissime volvant: χαλινοί Graece vocantur. Res modica dictu: sed qua tamen omissa multa linguae vitia, nisi primis eximuntur annis, inemendabili in posterum pravitate durantur.

Utilius domi an in scholis erudiantur.

II. Sed nobis iam paulatim adcrescere puer et exire de gremio, et discere serio incipiat. Hoc igitur potissimum loco tractanda quaestio est, utiliusne

iis his T.

nihil dum ipsae nihil 2 m. T.

generare ex se Tur. Lassb. Amb. 1. *ex se generare* Spald.

iuvari cura Amb. 1. Sp. *iuvare curâ* T. 1 m. *iuvare curam* T. 2 m. L. Conf. 12, 5, 5. *Sunt et naturalia, ut supra dixi, quae tamen et cura iuvantur, instrumenta.*

37. *quo sit absolutius os* i. e. quo sit rotundior pronuntiatio, damit die Artikulation voller und reiner sey.

expressior sermo i. e. elocutio talis, qua omnia verba distincte enuntiantur et audiuntur. v. Ern. Lex. Technol. Lat. v. *expressus.*

coeuntibus coentibus T. 1 m.

veluti T. L. *velut* Sp.

confragosos Ern. Lex. Techn. Lat. v. *confragosus.*

citatissime citissime Lassb.

χαλινοί Amb. 1. *χαλεινοι* T. *χαλεποί* Sp. — *χαλινοί sunt frena vel vincula oris,* Mundwürger. *χαλεποί* nimis vulgare est vocabulum. *χαλινοί* verissima est lectio, etsi vocabulum hoc sensu in nullo alio auctore invenitur, ut Schaeferus vir humanissimus, quem consului, testatus est.

vitia viva 1 m T.

eximuntur eximantur 2 m T.

CAP. II.

1. *adcrescere accrescere* Spald.

et discere T. L. Amb. 1. *ac discere* Spald.

hoc igitur pot. om. igitur T.

sit domi atque intra privatos parietes studentem continere, an frequentiae scholarum et velut publicis praeceptoribus tradere. Quod quidem cum iis, a 2
quibus clarissimarum civitatum mores sunt instituti, tum eminentissimis auctoribus video placuisse.

Non est tamen dissimulandum, esse nonnullos, qui ab hoc prope publico more privata quadam persuasione dissentiant. Hi duas praecipue rationes sequi videntur: unam, quod moribus magis consulant, fugiendo turbam hominum eius aetatis, quae sit ad vitia maxime prona; unde causas turpium factorum saepe extitisse utinam falso iactaretur: alteram, quod, quisquis futurus est ille praeceptor, liberalius tempora sua inpensurus uni videtur quam si eadem in plures partiatur. Prior causa prorsus 3
gravis. Nam si studiis quidem scholas prodesse, moribus autem nocere constaret, potior mihi ratio vivendi honeste quam vel optime dicendi videretur. Sed mea quidem sententia iuncta ista atque indiscreta sunt. Neque enim esse oratorem nisi bonum virum iudico et fieri, etiamsi potest, nolo. De hac re igitur prius.

Corrumpi mores in scholis putant: nam et cor- 4
rumpuntur interim, sed domi quoque, et sunt multa

studentem studentes Lassb.
scholarum stholarum 1 m T.
velut velud T.
publicis puplisis T. ut mox § 2. *puplico*, ex duriore pronuntiatione ortum.
2. *iis his* Lassb.
prope quoque Lassb.
praecipue praecipuas Tur. Lassb.
consulant consultant T.
turbam turbas Lassb.
3. *vivendi videndi* T.
dicendi dissendi 2 m T.
potest Tur. Lassb. Amb. 1. *posset* Sp.
nolo volo Tur. Lassb. Amb. 1. Explica totum: et fieri oratorem nisi bonum virum, etiam si potest, nolo.
4. *corrumpuntur corrumpantur* 2 m T.
et sunt Tur. Lassb. *assunt* 2 m T. Amb. 1. ni fallor. Illud

eius rei exempla tam laesae herçule quam conservatae sanctissime utrobique opinionis. Natura cuiusque totum curaque distat. Da mentem ad peiora facilem, da neglegentiam formandi custodiendique in aetate prima pudoris, non minorem flagitiis occasionem secreta praebuerint. Nam et potest turpis domesticus esse praeceptor, nec tutior inter servos malos quam ingenuos parum modestos conversatio est. At si bona ipsius indoles, si non caeca ac sopita parentium socordia est, et praeceptorem eligere sanctissimum quemque, (cuius rei praecipua prudentibus cura est) et disciplinam, quae maxime severa fuerit, licet, et nihilominus amicum gravem virum aut fidelem libertum lateri filii sui adiungere, cuius adsiduus comitatus etiam illos meliores faciat, qui timebuntur.

6 Facile erat huius metus remedium. Utinam liberorum nostrorum mores non ipsi perderemus. Infantiam statim deliciis solvimus. Mollis illa educatio, quam indulgentiam vocamus, nervos omnis mentis et corporis frangit. Quid non adultus concu-

probavit Spaldingius in praef. T. 1. pag. 73. — *et adsunt* Gernhard.

tam laesae hercule om. *laesae* T. Amb. 1. *tam perditae hercle* L. 1 m. *tam laesae hercle* Sp.

utrobique utrubique 1 m T.

curaque scil. parentium.

flagitiis flagiciis T.

secreta i. e. solitudo et infrequentia; disciplina domestica.

potest t. d. esse p. Amb. 1. *p. t. esse dom. ille p.* T. L. *et esse potest t. d. ille p.* Spald.

5. *parentium* Tur. Lassb. *parentum* Amb. 1. (ni fallor) Spald.

cura est est cura Lassb.

maxime maxima Lassb.

adsiduus assiduus Spald.

qui timebuntur intell. paedagogos. hi enim a pueris metuuntur, quia imperiosi sunt atque interim saeviunt, ut supra dixit 1, 1, 8.

6. *infantiam inf. solvimus statim deliciis* Lassb.

omnis omnes Spald. Hoc est primum huius terminationis exemplum. 1, 5, 41. *omnis.*

mentis Tur. et Lassb. Amb. 1. *et mentis* Spald.

adultus adulter Lassb.

piscet, qui in purpuris repit? Nondum prima verba exprimit, iam coccum intelligit, iam conchylium poscit. Ante palatum eorum quam mores instituimus. 7 In lecticis crescunt: si terram attigerunt, e manibus utrinque sustinentium pendent. Gaudemus, si quid licentius dixerint. Verba ne Alexandrinis quidem permittenda deliciis risu et osculo excipimus. Nec mirum: nos docuimus, ex nobis audierunt. Nostras 8 amicas, nostros concubinos vident, omne convivium obscenis canticis strepit, pudenda dictu spectantur. Fit ex his consuetudo, deinde natura. Discunt haec

iam coccum intelligit sic Tur. et Lassb. — *et iam coccum intelligit* ex Guelf. et Aldin. defendunt Spalding. Sarpe, Wolfflus. — *iam locum* Amb. 1. a 2 m. abrasis vocibus originariis. Si prior lectio vera est, hoc dicit Quintilianus. Educatione corrumpimus quam maxime liberos nostros; nam si velimus, eos omnibus virtutibus aliquando esse praeditos, iam in infantia ad id consuescamus, simplices ut sint et pancis contenti. nunc autem pretiosissimas infantes gestiunt vestes, et cognoscunt iam omnia purpurae genera, unde luxuria et cupiditas in puerili scritur animo. Tum magis curamus, ut palatum deliciis corrumpamus, quam ut bonus fiat aliquando orator. Iam puer intelligit, quid inter coccum et conchylium intersit, iam puer conchylium mavult. conchylium autem multo pluris habebatur apud veteres. Ex conchylio Tyriae vestes erant factae, coccineo autem purpura in Sardinia plerumque colebatur, et inde a mercatoribus pro Tyria purpura vendebatur. Alteri autem lectioni hunc tribuunt sensum: nondum verba prima exprimit, et iam novit, quis domi sit coquus, aliquamque cum eo consuetudinem contraxit. Iam conchylium i. e. cibum quendam poscit. putant enim magis esse credibile, fore ut poscat puer cibum, quam vestem. recte fortasse hoc dixeris: at qualis est hic cibus quem poscit? *conchylium* mehercule nunquam puer poposcit. conchylia enim non sunt, ut Wolfflus temere explicat, pisces delicatiores (et ne hoc quidem intelligere possem, cur puer ipsos pisces praeoptaret, nam pisces infantibus non grati esse solent), sed conchylium ad ostreas, conchas, murices, echinosque pertinet. Quis autem unquam infantium tale quid amavit, quis non id respuit? neque in Italia ego umquam pueros conchylia edere vidi. Zumpt *coquum* praefert, Gernh. et Lünem. *coccum* legunt, *conchylium* autem de cibo intelligunt.

7. *quam mores* T. A. prob. Gernh. Add. *quam os* L. Spald. Haec lectio mea quidem sententia argutior esse videtur.
attigerunt T. L. Amb. 1. *attigerint* Sp. mox *utrumque* Tur.
audierunt audiunt Amb. 1.

8. *deinde inde* Voss. 3. et Bernensis probante Sarpio in Anal. p. 21. et Gernh.

miseri, antequam sciant vitia esse: inde soluti ac fluentes non accipiunt ex scholis mala ista, sed in scholas afferunt.

9 Verum in studiis magis vacabit unus uni. Ante omnia nihil prohibet esse illum nescio quem unum etiam cum eo, qui in scholis eruditur. Sed etiamsi iungi utrumque non posset, lumen tamen illud conventus honestissimi tenebris ac solitudini praetulissem. Nam optimus quisque praeceptor frequentia gaudet, 10 ac maiore se theatro dignum putat. At fere minores ex conscientia suae infirmitatis haerere singulis, et officio fungi quodammodo paedagogorum non 11 indignantur. Sed praestet alicui vel gratia vel pecunia vel amicitia, ut doctissimum atque incomparabilem magistrum domi habeat: num tamen ille totum in uno diem consumpturus est? aut potest esse ulla tam perpetua discentis intentio, quae non ut visus oculorum optutu continuo fatigetur, cum praesertim multo plus secreti temporis studia desiderent?

ex scholis T. Amb. 1. *e scholis* Spald.

9. *vacabit vaccabit* T.

nihil prohibet nimirum iungi iubet publicam cum privata institutione, qua re nihil cogitari potest salutarius. Gesner.

illum nescio T. L. Amb. 1. prob. Gernh. *istum n.* Sp.

posset possit Lassb. Amb. 1.

optimus optimis 1 m T.

10. *at fere vero* 2 m T.

minores minores opponuntur optimis praeceptoribus. *die schlechtern Lehrer.*

11. *vel pecunia v. a.* Tur. Lassb. Amb. 1. *vel amicitia vel pecunia* Spald.

amicitia amicicia T.

num non Tur. Lassb. Amb. 1. quod Gernh. Add. probabat mutato deinde *aut* in *an* ex fide Campan.

optutu continuo optutu Lassb. *obtutu* Spald. Recepi illam formam, cum ubique *b* ante *t* in *p* sit mutata in Turic.

secreti temporis Tur. Lassb. Amb. 1. om. *temporis* Sp. Sarpius lec. L. Z. 1825. 74. p. 104. inde ab illis: *cum praesertim* etc. novam periodum sic interpungendo incipit: *Cum praesertim multo plus secreti studia desiderent: — neque enim scribenti, ediscenti et cogitanti praeceptor assistit; quorum aliquid agentibus cuiuscunque interventus impedimento est, lectio quoque non omnis, nec semper, praeeunte vel interpretante eget: quando enim tot auctorum notitia contin-*

Neque enim scribenti ediscenti cogitanti praeceptor 12
adsistit: quorum aliquid agentibus cuiuscumque interventus impedimento est. Lectio quoque non omnis, nec semper praeeunte vel interpretante eget. Quando enim tot auctorum notitiam contingeret? modicum ergo tempus est, quo in totum diem velut opus 13
ordinetur, ideoque per plures ire possunt etiam, quae singulis tradenda sunt. Pleraque vero hanc conditionem habent, ut eadem voce ad omnis simul perferantur. Taceo de partitionibus et declamationibus rhetorum: quibus certe quantuscunque numerus adhibeatur, tamen unusquisque totum feret. Non 14
enim vox illa praeceptoris ut coena minus pluribus sufficit, sed ut sol universis idem lucis calorisque largitur. Grammaticus quoque si de loquendi ratione

geret? — ergo modicum tempus est, quo in totum diem velut opus ordinetur. „*Ideoque per plures ire possunt, etiam quae singulis tradenda sunt?*“ *Pleraque vero* etc. „*At enim praelectioni — obstat.*“ *Sit inconmodum* etc. Discipulus plus temporis solus esse debet, quam cum magistro. Verte freye Zeit.

12. *cogitanti et cogitanti* Spald. consentit enim Tur. Lasb
notitiam contingeret sc. puer. T. Amb. 1 *notitiam continget* L. *notitia contingeret* Sp.
modicum ergo Tur. Lasb., fort. Amb. 1. *ergo modicum* Spald.

13. *per plures ire* etc. Inconcinne in duo opposita membra haec distinxit Sarpius. argumentatur sic Quint. Cum non in uno totum diem consumat praeceptor, pluribus etiam simul discipulis facile vacabit, quia, quae docentur, omnibus eadem voce tradi possunt. — Antea in Analectis p. 22. transponere voluit duas sententias, quae ab *Ideoque* etc. et ab *Pleraque vero* etc. incipiunt, improbante Gernhard.
omnis T. *omnes* Sp.
partitionibus particionibus T. cf. Ern. Lex. Rhet. v. *partitio*. p. 279. „*Partitiones vero etiam κατ' ἐξοχήν dici solebant Rhetorum vel disputationes vel libri, in quibus disciplinam de quaestionibus, statibus et argumentis, eorumque capitibus tractandis exponebant, verbo ex Graecorum consuetudine expresso, qui τέχνην διαιρετικὴν illam et διαιρέσεις appellabant, ut copiosius demonstravimus in lex. gr. techn. ad voc. διαίρεσις. Iam patet, quo sensu Quintil. I, 2, 13. partitiones et declamationes Rhetorum velut affines sibi coniunxerit. Interpretes ad h. l. incerti, quid statuant, vagantur.*“ —
totum feret sc. numerum. *feret* h. e. sustinebit, par erit omnibus.

14. *coena cena* Tur. est graecum δόλνη.
si de loquendi ratione Tur. Lasb. Amb. 1. *de ratione loquendi si* Spald.

disserat, si quaestiones explicet, historias exponat,
15 poemata enarret: tot illa discent, quot audient. At
enim emendationi praelectionique numerus obstat.
Sit incommodum, (nam quid fere undique placet?)
mox illud comparabimus commodis.

Nec ego tamen eo mitti puerum volo, ubi ne-
glegatur. Sed neque praeceptor bonus maiore se
turba, quam ut sustinere eam possit, oneraverit, et
in primis ea habenda cura est, ut is omni modo fiat
nobis familiariter amicus, nec officium in docendo
16 spectet sed adfectum. Ita numquam erimus in turba.
Nec sane quisquam litteris saltem leviter inbutus eum,
in quo studium ingeniumque perspexerit, non in
suam quoque gloriam peculiariter fovebit. Sed ut
fugiendae sint magnae scholae (cui ne ipsi quidem
rei assentior, si ad aliquem merito concurritur), non
tamen hoc eo valet, ut fugiendae sint omnino scho-
lae. Aliud est enim vitare eas, aliud eligere.
17 Et si refutavimus quae contra dicuntur, iam ex-
18 plicemus quid ipsi sequamur. Ante omnia futurus

si quaestiones T. L. fort. Amb. 1. om. *si* Spald.

15. *at enim* similiter Graeci dicunt *ἀλλὰ γάρ*. At melius unus tantum puer a magistro instituetur quam plures: emendationi enim numerus obstat.

comparabimus incommodum commodis paritur, ex commodis nascitur. Sed nescio cur magis placebit *compensabimus*, ad quod particula *mox* praesertim ducit.

ea habenda om. *ea* Amb. 1.
ut is his l m T.
adfectum T. *affectum* Spald.

16. *ita numquam ita neque* Guelf. prob. Sp. in Addendis.
inbutus T. *imbutus* Spald.
sed ut sed et ut l m Tur. Lassb.
ne ipsi L. fort. Amb. 1. *ipse* T.
eo valet valet eo Lassb.
aliud eligere i. aliud est, eligere optimam.

18. *futurus orator* C. I. Victor in Arte Rhetorica quam Ang. Malus edidit, similia attulit p. 118. *Orator cui semper in multa celebritate vivendum est, assuescere exercitatione maxime debet iam ab adolescentia, non reformidare homines, neque illo labore solitario delitescere.* p. 119: *Excitanda ea (fiducia) et attollenda semper est,*

orator, cui in maxima celebritate et in media reipublicae luce vivendum est, adsuescat iam a tenero non reformidare homines, neque illa solitaria et velut umbratili vita pallescere. Excitanda mens et adtollenda semper est, quae in huiusmodi secretis aut languescit, et quendam velut in opaco situm ducit, aut contra tumescit inani persuasione: necesse est enim nimium tribuat sibi, qui se nemini comparat. Deinde cum proferenda sunt studia, caligat in sole 19
et omnia nova offendit, ut qui solus didicerit, quod inter multos faciendum est. Mitto amicitias, quae 20
ad senectutem usque firmissime durant religiosa quadam necessitudine inbutae. Neque enim est sanctius sacris isdem quam studiis initiari. Sensum ipsum, qui communis dicitur, ubi discet, cum se a congressu, qui non hominibus solum sed mutis quoque animalibus naturalis est, segregarit? Adde quod domi 21

quae in eiusmodi secretis languesceret. Deinde cum proferenda sunt studia, caligat in sole et omnia nova offendit, et quod solus exercuerit, inter multos facere non possit.

media r. p. luce media rei p vivendum 1 m T. *medio rei p. viv.* 2 *m* T.
umbratili umbra tibi 1 m T. *umbratica* Amb. 1.
adtollenda attollenda Spald.
in huiusmodi secretis in tenebris ac solitudine.
languescit langescit 1 m T.
nimium t. sibi T. L. Amb. 1. *sibi nimium tribuat* Spald.

19. *offendit offendunt* 2 m T.
ut qui velut qui 2 m T.

20. *firmissime* T. L. *firmissimae* Sp. Illud praefero, cum sensus sit: amicitiae tales, quia religiosa quadam necessitudine sacratae sunt, firmissime durant.
inbutae munitae ex cod. Palatino cum Gebhardo recepit Sarpe in Anal. p. 24.
sanctius santius 1 m T.
isdem T. *iisdem* Spald.
Sensum ipsum, qui communis dicitur conf. Heindorf ad Horat. Sat. 1, 3, 66., qui Spaldingium postea disputationem suam ad nostram locum improbasse narrat. — Verte: der gemeine Menschenverstand.
mutis animalibus haec locutio apud Quintilianum et Senecam maxime trita est. Ex Seneca exempla collegit Ochsnerus in Eclogis Ciceronis p. 177.

ea sola discere potest, quae ipsi praecipientur; in schola etiam quae aliis. Audiet multa cotidie probari, multa corrigi: proderit alicuius obiurgata desidia, proderit laudata industria: excitabitur laude aemulatio, turpe ducet cedere pari, pulcrum superasse maiores. Accendunt omnia haec animos, et licet ipsa vitium sit ambitio, frequenter tamen causa virtutum est. Non inutilem scio servatum esse a praeceptoribus meis morem, qui, cum pueros in classes distribuerent, ordinem dicendi secundum vires ingenii dabant, et ita superiore loco quisque declamabat, ut praecedere profectu videbatur. Huius rei iudicia praebebantur: ea nobis ingens palmae contentio: ducere vero classem multo pulcherrimum. Nec de hoc semel decretum erat: tricesimus dies reddebat victo certaminis potestatem. Ita nec superior successu curam remittebat, et dolor victum ad depellendam ignominiam concitabat. Id nobis acriores ad studia dicendi faces subdidisse quam exhortationem docentium, paedagogorum custodiam, vota parentium, quantum animi mei coniectura colligere

21. *aliis alius* 2 m T.

22. *pulcrum pulchrum* Spald. mox § 24. *pulcherrimum.*

maiores inditiores 1 m. *indoctiores* 2 m T. non *doctiores*, ut Zumpt e Tur. adtulit.

licet — est Spald. haec Christiano cuidam tribuit, praesertim cum ab *Alcuino* de arte rhet. p. 379 Pith. eadem referantur. Haec ratio levis est. nam hic auctor ceterique grammatici et rhetores multas sententias ex Cicerone et ex Quintiliano sumere solent. Atque I. Victor quoque, qui totum hoc Quintiliani caput vel commentatur vel ad verbum suum in usum contulit, ea laudat pag. 118. *Nam licet ipsa vitium ambitio, frequenter tamen causa virtutum est.*

ambitio ambicio T. Eodem sensu *ambitiosus* legitur 6, 4, 6.

23. *distribuerent* Tur. Lassb. Amb. 1. *distribuerant* Sp.

24. *palmae palma* T.

ducere classem v. Lipsii Saturnal. T. 3. p. 912.

tricesimus tricessimus T.

depellendam Amb. 1. L. Sp. Gernh. Zumpt. *repellendam* Tur. prob. Sarpio in Annal. p. 23. — ignominiam depello, repello accusationem.

25. *exhortationem* T. L. Obrecht. A. non memoratur. *exhortationes* Sp.

possum, contenderim. Sed sicut firmiores in litteris 26
profectus alit aemulatio, ita incipientibus atque adhuc
teneris condiscipulorum quam praeceptoris iucundior
hoc ipso quod facilior imitatio est. Vix enim se
prima elementa ad spem tollere effingendae, quam
summam putant, eloquentiae audebunt, proxima am-
plectentur magis ut vites arboribus adplicitae infe-
riores prius adprehendendo ramos in cacumina eva-
dunt. Quod adeo verum est, ut ipsius etiam ma- 27
gistri, si tamen ambitiosis utilia praeferet, hoc opus
sit, cum adhuc rudia tractabit ingenia, non statim
onerare infirmitatem discentium, sed temperare vires
suas et ad intellectum audientis descendere. Nam 28
ut vascula oris angusti superfusam humoris copiam
respuunt, sensim autem influentibus vel etiam instil-
latis complentur: sic animi puerorum quantum exci-
pere possint videndum est. Nam maiora intellectu
velut parum apertos ad percipiendum animos non

26. *praeceptoris praeceptoribus* T. Repetitur haec sententia 2, 3, 10. *Non excidit mihi, scripsisse me in libro priore, cum potiorem in scholis eruditionem esse quam domi dicerem, libentius se prima studia teneros profectus ad imitationem condiscipulorum, quae facilior esset, erigere.*

iucundior iocundior T.

prima elementa Spalding maluit *emolumenta* ex coniectura. Sed illa metonymia a Quintiliano non abhorret. Elementa sunt elementarii pueri, die Elementarschüler. Sic *profectus* adolescentes dicuntur, qui in litteris iam profecerunt, ut ex nostro loco apparet. *Altissimam eruditionem* vocat 1, 4, 6. sapientissimos homines. Porro 1, 12, 14. *aetas, quae discit* i. e. anni ad institutionem idonei. 2, 1, 3. *aetas altioribus iam disciplinis debita* i. e. adolescentes, qui iam altiora percipere possunt. 1, 8, 6. *elegea, quae amant.* i. e. carmina amatoria.

amplectentur Amb. 1. *amplectuntur* T. L. Sp.

adplicitae applicitae Spald.

adprehendendo apprehendendo Spald.

27. *magistri magistro* 1 m T.

28. *humoris humores* 1 m T.

instillatis instillantis L. Hanc imaginem imitatus est Lactantius de Opificio c. 8. *influentibus* scil. humoribus, quod ex antecedenti *humoris copiam* duci potest.

possint possunt Amb. 1.

29 subibunt. Utile igitur habere, quos imitari primum, mox vincere velit. Ita paulatim et superiorum spes erit. His adicio, praeceptores ipsos non idem mentis ac spiritus in dicendo posse concipere singulis tantum praesentibus, quod illa celebritate audientium
30 instinctos. Maxima enim pars eloquentiae constat animo. Hunc adfici, hunc concipere imagines rerum et transformari quodammodo ad naturam eorum, de quibus loquimur, necesse est. Is porro, quo generosior celsiorque est, hoc maioribus velut organis commovetur, ideoque et laude crescit et impetu augetur et aliquid magnum agere gaudet.
31 Est quaedam tacita dedignatio, vim dicendi tantis comparatam laboribus ad unum auditorem demittere: pudet supra modum sermonis adtolli. Et sane concipiat quis mente vel declamantis habitum vel orantis vocem incessum pronuntiationem, illum denique animi et corporis motum, sudorem, ut alia praeteream, et fatigationem audiente uno; nonne quid-

29. *utile igitur* Tur. Lassb. Amb. 1. *utile est igitur* 2 m T. *utile igitur est* Spald.

velit T. L. Amb. 1. *velis* Spald. Illud probavit Lochmannus, Spaldingius (in nota sua), Sarpius. Gernh.

quod — instinctos 9, 2, 25. *Calvus Vatinio: Perfrica frontem, et dic te digniorem qui praetor fieres quam Catonem.* 1, 10, 34. *In geometria partem fatentur esse utilem teneris aetatibus — sed prodesse eam non ut ceteras artes, cum perceptae sint, sed cum discatur existimant.* Conf. Ochsneri adnotatio ad Cicer. Eclog. p. 398.

30. *loquimur loquitur* Tur. Lassb.

velut organis vel organis Lassb. — simplex erat *causis, rationibus.*

31. *supra modum sermonis* i. sermonis vulgaris, cotidiani. oratio autem distat a sermone. — *super* T. 2 m.

et sane concipiat et concipiat quis mente sane Lassb.

incessum das Auftreten des Redners.

pronuntiationem Ern. Lex. Techn. s. v. p. 309. „*Graecorum ὑποφορὰ s. ὑπόκρισις, oratoria pronuntiatio est vocis, vultus, gestus moderatio cum venustate.* Ciceroni de Invent. 1. 7. *pronuntiatio est ex rerum et verborum dignitate vocis et corporis moderatio.*

dam pati furori simile videatur? Non esset in rebus humanis eloquentia, si tantum cum singulis loqueremur.

Qua ratione in parvis ingenia dignoscantur, et qua tractanda sint.

III. Tradito sibi puero docendi peritus ingenium eius in primis naturamque perspiciat. Ingenii signum in parvis praecipuum memoria est. Eius duplex virtus facile percipere et fideliter continere. Proximum imitatio: nam id quoque est docilis naturae, sic tamen, ut ea, quae discit, effingat, non habitum forte et ingressum et si quid in peius notabile est. Non dabit mihi spem bonae indolis, qui hoc imi- 2
tandi studio petet, ut rideatur. Nam probus quo-

simile videatur simile ille videatur coni. Sp., quod Sarpius improbavit in Annal. p. 26.
loqueremur loqueretur Tur. Lassb. Amb. 1. a 2 m.

CAP. III.

1. *docendi peritus peritus docendi* Lassb.
perspiciat Obrecht fort. Amb. 1. Sp. *prospiciet* T. L.
ut ea, quae discit, effingat „*accurate exprimat, ut nihil recedat ab formula quasi praescripta. v. g. pracit praeceptor litterae scribendae rationem et quasi tractum, tradit pronuntiationem et quasi cantum periodi alicuius, ostendit, quo gestu aliquid agendum sit: quo quis ista felicius adsequetur et effinget, tanto plus imitando valere illum intelligemus.*“ Gesner. — Hanc si adnotationem considerasset Sarpius, non corrupisset locum his coniecturis: *ut ea, quae didicit, effingat* vel *ut ea, quae difficilia sunt, effingat.*
non habitum forte Sarpius *forte* explicat *fortasse. forte* a multis quidem viris doctis pro *fortasse* hodie usurpatur, ab antiquis numquam. *non — forte* i. nicht etwa, nicht nach zufälligen Umständen, non temere, nicht blindlings. I, 1, 34. *ne hanc operam in vocabulis vulgaribus et forte occurrentibus perdat.*
ingressum Sic Tur. Lassb. fort. Amb. 1. plurimique alii codd. Miror, quod Spald. alteram lectionem *incessum* eo defendat, ut *ingressus* raro apud nostrum pro *incessu*, et plerumque pro *initio* sit positum. haec enim ratio parum probat. Retractavit autem iudicium suum ad lib. XI, 3, 66.

2. *dabit habit* 1 m. *habet* 2 m T.
rideatur irrideatur 2 m T.

que in primis erit ille vere ingeniosus; alioquin non peius duxerim tardi esse ingenii quam mali. Probus autem ab illo segni et iacente plurimum aberit. 3 Hic meus, quae tradentur, non difficulter accipiet; quaedam etiam interrogabit; sequetur tamen magis quam praecurret. Illud ingeniorum velut praecox 4 genus non temere umquam pervenit ad frugem. Hi sunt, qui parva facile faciunt et audacia provecti, quidquid possunt, illud statim ostendunt. Possunt autem id demum, quod in proximo est: verba continuant ac vultu interrito nulla tardati verecundia 5 proferunt. Non multum praestant, sed cito. Non subest vera vis nec penitus immissis radicibus nititur, ut quae summo solo sparsa sunt semina, celerius se effundunt, et imitatae spicas herbulae inanibus aristis ante

erit erat 1 m T. *errat et ille* 2 m.

3. *hic meus, quae hic me usque* 1 m T.
praecurret procurret 1 m T. L.
ingeniorum ingeniosorum T. 2 m.
genus ingenium T. 2 m.
pervenit ad frugem. Affert totum locum Io. Sarisberiensis Metalog. II. 8. p. 799: *Hoc est quod in libro de institutione oratoris, praecoquum dicitur, et non temere pervenit ad frugem. — Laudatur in pueris, sed in senibus contemnitur, et culpatur: pueri enim ex hoc facile parva faciunt, et audacia provecti, quicquid possunt statim ostendunt, possunt autem id demum quod in proximo est. Verba continuant et, continuant, haec vultu interrito, nulla tardati verecundia proferunt. Non multum praestant, sed cito, non subest vera vis, nec penitus immissis radicibus nititur. Ut quae solo summo sparsa sunt semina, celerius se effundunt, et imitatae spicas herbulae, inanibus aristis ante messem flavescunt: et ingenia, quae subtilitatem aut copiam affectant, deducta gravitate, placent haec annis comparata, deinde stat profectus, admiratio decrescit.*

4. *hi sunt alii sunt* 2 m T.
quidquid possunt, illud statim sic recepi e Lassb. *quicquid illud sunt statim ostendunt* Tur. *quidquid illic possunt statim ostendunt* Obrecht. Sp. Lünem. Gernh. *quidquid possunt, illico ostendunt* coniecit Gesnerus. Amb. 1. tacetur. Delet Gernhard Add.
verba continuant ac sic recepi ex Lassb. et a 2 m Tur. *qui ac non hac* dat ut Zumpt refert. — *v. c. hac* Tur. 1 m. *verba continuant: haec* Sp. Sensus est: *diu continue loquuntur illi imperterriti.*
interrito interito 1 m T. *interdum* 2 m.
proferunt perfertur 1 m T.
5. *se effundunt* i. e. proveniunt. — *fundunt* Amb. 1.

messem flavescunt. Placent haec annis comparata; deinde stat profectus, admiratio decrescit.

Haec cum animadverterit, perspiciat deinceps, 6 quonam modo tractandus sit discentis animus. Sunt quidam, nisi institeris, remissi: quidam imperia indignantur: quosdam continet metus, quosdam debilitat: alios continuatio extundit, in aliis plus impetus facit. Mihi ille detur puer, quem laus excitet, quem 7 gloria iuvet, qui victus fleat. Hic erit alendus ambitu, hunc mordebit obiurgatio, hunc honor excitabit, in hoc desidiam nunquam verebor.

Danda est tamen omnibus aliqua remissio, non 8 solum, quia nulla res est, quae perferre possit continuum laborem, atque ea quoque, quae sensu et anima carent, ut servare vim suam possint, velut quiete alterna retenduntur, sed quod studium discendi voluntate, quae cogi non potest, constat. Itaque et 9 virium plus afferunt ad discendum renovati ac recentes et acriorem animum, qui fere necessitatibus repugnat. Nec me offenderit lusus in pueris: est 10 et hoc signum alacritatis; neque illum tristem sem-

6. *perspiciat deinceps* sic Lassb. Amb. 1. *praespiciat* Tur. Spald. Gerah. Add. — *perspiciat* i. investiget, consideret.

continuatio extundit „Pulcherrima et plane viva imago petita a sculptore, qui innumeris scalpri ictibus e rudi marmore deum aliquem extundit.“ Spald. — Vulgare erat *excolit*, *perficit*, *erudit*, *expolit*. — *continuati* T. 1 m.

7. *hic erit alius erit* 2 m T.

8. *atque ea quoque* atque adeo res inanimatae, ut arcus, laxentur, non semper intendantur, quasi requie eodem modo, quo homo, egeant.

quiete alterna Tur. Lassb. Amb. 1. *alterna quiete* Spald.

retenduntur tueri videtur Amb. 1. qui *retinentur* habet a 2 m. abrasis litteris originariis. *retinentur* Tur. Lassb. „Hoc, inquit Leohmannus', praefert Burmannus τῷ *retenduntur* et recte. Habent illud Bodleianus, Voss. 2. Almelov. Andr. Venet. Col. Par. Contra Gesnerus hoc alterum maluit propter illud *velut*, translationis indicem; at hoc magis ad *alterna quiete* quam ad verbum *retinentur* referendum videtur. Respexisse videtur Fabius illud Ovidii (Epist. 4, 89.). *Quod caret alterna requie, durabile non est.*“

perque demissum sperare possim erectae circa studia mentis fore, cum in hoc quoque maxime naturali
11 aetatibus illis impetu iaceat. Modus tamen sit remissionibus, ne aut odium studiorum faciant negatae aut otii consuetudinem nimiae. Sunt etiam nonnulli acuendis puerorum ingeniis non inutiles lusus, cum positis invicem cuiuscunque generis quaestiunculis
12 aemulantur. Mores quoque se inter ludendum simplicius detegunt, modo nulla videatur aetas tam infirma, quae non protinus quid rectum pravumque sit discat, tum vel maxime formanda, cum simulandi nescia est et praecipientibus facillime cedit. Frangas enim citius quam corrigas, quae in pravum in-
13 duruerunt. Protinus ergo, ne quid cupide, ne quid inprobe, ne quid inpotenter faciat, monendus est puer; habendumque in animo semper illud Virgilianum: *Adeo in teneris consuescere multum est.*
14 Caedi vero discipulos, quamlibet et receptum sit et Chrysippus non improbet, minime velim, primum quia deforme atque servile est et certe, quod convenit,

10. *possim* Tur. Lassb. *possum* Sp. Illud placet ob praecedens *offenderit.*
circa studia om. *circa* T.
naturali naturalia T.
impetu iaceat utpote iaceant 2 m T. *impetu iaceant* Lassb.

11. *sunt sint* 2 m T.
cum positis compositis 2 m T.
cuiuscunque generis correxi vitium, quod in ceteris latebat codicibus, e Lassb. ceteri enim codd. et edd. *cuiusque generis.*

12. *pravumque parvumque* T.
facillime fallacissime T.
induruerunt induerunt Lassb.

13. *inpotenter* effrenate, intemperanter, inmodice.
Virgilianum Georg. 2, 272.

14. *discipulos* Sic Lassb. Amb. 1. *discipulis* Tur. *discentes* Sp.
quamlibet et rec. Amb. 1. *quam et receptum* T. 1 m. *quamquam vel praeceptum sit* T. 2 m. *quamquam et receptum* L. Sp. Zumpt volebat *quamlibet receptum sit.*
quod convenit i. e. quod nemo negabit. — Spald. aut *certe* aut *quod convenit* supervacuum putabat inprobante quidem Sarpio Anal. pag. 28.

si aetatem mutes, iniuriae; deinde quod, si cui tam est mens inliberalis, ut obiurgatione non corrigatur, is etiam ad plagas ut pessima quaeque mancipia derabitur; postremo quod nec opus erit quidem hac castigatione, si adsiduus studiorum exactor adstiterit. Nunc fere neglegentia paedagogorum sic emendari videtur, ut pueri non facere, quae recta sunt, cogantur, sed cur non fecerint, puniantur. Denique cum parvulum verberibus coegeris, quid iuveni facias, cui nec adhiberi potest hic metus et maiora discenda sunt? Adde quod multa vapulantibus dictu deformia et mox verecundiae futura saepe dolore vel metu

15

16

iniuriae L. T. *iniuria* Sp. — Similiter 1, 6, 20 *abrogata retinere insolentiae cuiusdam est et frivolae in parvis iactantiae.* 1, 4, 6. 1, 5, 35.

tam est mens est tam mens Amb. 1.

inliberalis illiberalis Spald.

nec opus erit quidem Sic Tur. optime; simile exemplum habes in Senecae epist. 3. *Admones me, ne omnia cum eo ad te pertinentia communicem, quia nec soleo ipse quidem hoc facere.* — *ne opus erit quidem* Amb. 1. Sp. quod vitiosum est. *ne opus quidem erit* Lassb. est correctio librarii.

15. *nunc fere* Amb. 1. L. Sp. *vfere* 1 m. *vero* 2 m T. — Sarpe in Anal. p. 52.

neglegentia paedagogorum cum tam neglegentes hodie sint paedagogi, ut non caveant puerorum vitia, nec severa disciplina errores antevertant, poenis ii postea, quum iam malis moribus imbuti sunt, emendari debent. *neglegentia* est nominativus. Bonus enim praeceptor cavebit vitia, quare non opus erit poenis: poenae ergo et verbera malum produnt paedagogum.

cur non fecerint T. L. Obrecht. verisim. A. et Gernh., qui primus de restituenda lectione monuit allatis duobus exemplis Horat. Ep. 1, 8, 9. Plin. Ep. 8, 5, 16. — *cum n. fec.* Sp. *cur* est ideo quod.

puniantur offendimur hac inconstantia, cum *punire* et *poena*, non *poenire* et *poena* vel *punire* et *pima* scribatur, at consuetudo eam permisit. Ut *coeraverunt* antiqui dixere pro *curaverunt*, *moerus* pro *muro*, sic *Poenus* et *Punicus*, *poeniceus* et *puniceus*, *poena* et *punire* et *inpune* eandem habent auctoritatem. Cato dixit *inpoene* apud Frontonem p. 151. ed. 2da Maii.

iuveni inveni 1 m T.

facias facies Gothanus.

16. *adde quod addequo* 1 m T. *adde quam* L.

deformia deforma 1 m T.

metu moetu Lassb.

acciderunt: qui pudor frangit animum et abicit at-
17 que ipsius lucis fugam et taedium dictat. Iam si minor in deligendis custodum vel praeceptorum moribus fuit cura, pudet dicere, in quae probra nefandi homines isto caedendi iure abutantur, quam det aliis quoque nonnumquam occasionem hic miserorum metus. Non morabor in parte hac: nimium est quod intellegitur. Quare hoc dixisse satis est: in aetatem infirmam et iniuriae obnoxiam nemini
18 debet nimium licere. Nunc quibus instituendus sit artibus puer, qui sic formabitur ut fieri possit orator, et quae in quaque aetate inchoanda, dicere ingrediar.

De Grammatice.

IV. Primus in eo, qui scribendi legendique adeptus erit facultatem, grammaticis est locus. Nec refert, de Graeco an de Latino loquar; quamquam
2 Graecum esse priorem placet. Utrique eadem via est. Haec igitur professio, cum brevissime in duas

acciderunt Tur. Lassb. Amb. 1. *accidunt* Spald. Illud etiam Sarpius in Anal. p. 29. probavit.
frangit Amb. 1. *refrangit* T. L. *refringit* Sp.
abicit abiicit Spald.
17. *vel praeceptorum* sic Lassb. Amb. 1. *vel et praecept.* Tur. *et praecept.* Sp.
pudet dicere dicere pudet Lassb.
intellegitur intellegetur Lassb.
infirmam firmam Lassb.
debet Tur. Lassb. verisimil. Amb. 1. et ceteri codd. *debere* ex coni. Badii Spald. Illud probat Sarpe in Anal. pag. 30. Gernh. Zumpt.
18. *sit artibus est artibus* Tur. Lassb.
puer Tur. Lassb. om. Amb. 1. Sp.
ut fieri ut si fieri T.
ingrediar adgrediar Lassb.

CAP. IV.

1. De grammatice. T.
legendique Tur. Lassb. Amb. 1. *legendi scribendique* Spald.

partes dividatur *recte loquendi* scientiam et *poetarum enarrationem;* plus habet in recessu quam fronte promittat. Nam et *scribendi ratio* coniuncta cum 3
loquendo est, et enarrationem praecedet *emendata lectio*, et mixtum his omnibus *iudicium* est: quo quidem ita severe sunt usi veteres grammatici, ut non versus modo censoria quadam virgula notare, et libros, qui falso viderentur inscripti, tamquam subditos summovere familia permiserint sibi, sed auctores alios in ordinem redegerint, alios omnino exemerint numero. Nec poetas legisse satis est: 4
excutiendum omne scriptorum genus non propter historias modo sed verba, quae frequenter ius ab auctoribus sumunt. Tum neque citra musicen grammatice potest esse perfecta, cum ei de metris rhythmisque dicendum sit: nec si rationem siderum

2. *recte loquendi scientiam* i. e. grammaticam.
poetarum enarrationem i. e. poetarum interpretationem. Poetae enim maxime in scholis apud veteres legebantur. *narrationem* T.
quam fronte *quam prima fronte* Goth. probante Gesnero.
promittat Tur. Lassb. Amb. 1. prob. Zumpt. *promittit* Sp.

3. *nam et scribendi ratio* grammatici non solum est docere, quomodo latine loquamur, sed etiam quomodo recte scribamus: de orthographia ergo praeceptor etiam praecepta dabit.
praecedet Tur. Lassb. *praecedit* Spald.
emendata lectio conf. 1, 8, 1. *Superest lectio: in qua puer ut sciat, ubi suspendere spiritum debeat, quo loco versum distinguere, ubi claudatur sensus, unde incipiat, quando adtollenda vel submittenda sit vox, quo quidque flexu, quid lentius, celerius, concitatius, lenius dicendum, demonstrari nisi in opere ipso non potest. Unum est igitur, quod in hac parte praecipiam: ut omnia ista facere possit, intelligat.* Verte: Anleitung, ein Gedicht richtig zu lesen.
iudicium Verte: die höhere Kritik.
quo quod T.
subditos T. L. *subito* Amb. 1. *subditicios* Spald.
familia familiae 2 m T. *familiariter* Lassb.
alios — exemerint numero v. Ruhnk. hist. Oratt. graec. p. 96.

4. *ius — sumunt* i. e. auctoritatem — sumunt.
neque citra T. L. *neque extra* Amb. 1. *nec citra* Sp.
rhythmisque *rhydmisque* 1 m T.
sidcrum *syderum* T.

ignoret, poetas intelleget, qui (ut al'a omittam) totiens ortu occasuque signorum in declarandis temporibus utuntur; nec ignara philosophiae cum propter plurimos in omnibus fere carminibus locos ex intima naturalium quaestionum subtilitate repetitos tum vel propter Empedoclen in Graecis Varronem ac Lucretium in Latinis, qui praecepta sapientiae versibus tradiderunt. Eloquentia quoque non mediocri est opus, ut de unaquaque earum, quas demonstravimus, rerum dicat proprie et copiose. Quo minus sunt ferendi, qui hanc artem ut tenuem atque ieiunam cavillantur: quae nisi oratoris futuri fundamenta fideliter iecit, quicquid superstruxeris, corruet; necessaria pueris, iucunda senibus, dulcis secretorum comes, et quae vel sola omni studiorum genere plus habeat operis quam ostentationis.

intelleget recepi e Lassb. *intelligat* Tur. Sp.

alia omittam L. 2 m. Amb. 1. *aliam omittam* L. 1 m. *alio mittam* T. 1 m. *alios mittam* T. 2 m. *alia mittam* Sp.

totiens tolies Spald.

occasu ocasu T.

naturalium quaestionum Tur. Lassb. Amb. 1. *quaest. nat.* Sp.

Empedoclen Amb. 1. T. 2 m. *Empedoclena* T. 1 m. L. 1 m. *empedoclea* L. 2 m. *Empedoclem* Sp.

Varronem Carmen aliquod Varronis, *de philosophia* inscriptum, extitisse, ut Spalding in adnotatione dixit, refutavit Eichstädt in Praefat. ad Lucretium pag. 96.

5. *atque i.* T. Amb. 1. L. *ac* Spald.

nisi visi 1 m T.

iecit Tur. Lassb. Amb. 1. *iecerit* Sp.

secretorum comes i. e. de'retiri e delle villeggiature. Forcellini.

omni studiorum genere Spalding inseruit *in* praepositionem, quod satis est probabile et Amb. 1. confirmatur: attamen multi sunt loci, ubi sententiae vis est ea, ut praepositione non egeamus. nam si ablativus sine praepositione ponitur, totam universe complectimur rem; si praepositio *in* adest, rem in partes dividimus. Atque facile intellegitur, multis in locis utramque habere locum rationem. Quare utrumque apud Quintilianum legimus. Pro. 1, 4. *nam ceteri — ita sunt exorsi, quasi perfectis omni alio genere doctrinae summam eloquentiae manum inponerent.* 3, 1, 14. *Isocratis praestantissimi discipuli fuerunt in omni studiorum genere.* — Sarpius in Anal. p. 31. mire hoc explicat Spaldingii confutando opinionem, *omne nonnumquam esse omne aliud hoc illoque excepto, denique multum*, quod explicationis genus ineptum mihi videtur;

Ne quis igitur tamquam parva fastidiat gram- 6
matices elementa, non quia magnae sit operae, consonantes a vocalibus discernere ipsasque eas in semivocalium numerum mutarumque partiri, sed quia interiora velut sacri huius adeuntibus apparebit multa rerum subtilitas, quae non modo acuere ingenia puerilia sed exercere altissimam quoque eruditionem ac scientiam possit. An cuiuslibet auris est exigere 7

tum autem locum obscuritate laborare putat, „*propterea quod cum comparative plus constructum sit et omni studiorum genere et quam ostentationis.*“ Atqui verba *omni studiorum genere* non ad *plus* pertinere sed potius ad vocab. *sola* quivis alius sponte intellexerit, illamque viri opinionem Buttmannus perstrinxit in Praefatione ad Tom. IV. edit. Spald. p. XIII., nec meliora docuit Sarpius in Epistola ad Buttmann. p. 14.

6. *grammatices elementa.* post haec inscriptio inscribitur: *De litteris.* T. Amb. 1. Adfert totum locum Io. Sarisberiensis Metalog. I. 25. pag. 785: Ne quis tamquam parva fastidiat grammatices elementa: non quia magnae sit operae discernere à vocalibus consonantes, easque ipsas, in semivocalium numerum, mutarumque partiri, sed quia interiora velut sacri huius adeuntibus, apparebit rerum multa subtilitas, quae non modo acuere ingenia puerilia sed exercere altissimam quoque eruditionem, ac scientiam, possit. Quo minus ferendi sunt, qui hanc artem, ut tenuem atque ieiunam, cavillantur. Quae, nisi oratori futuro fundamenta fideliter iecerit, quicquid superstruxeris, corruet. Haec est igitur liberalium artium prima, necessaria pueris, iocunda senibus, dulcis secretorum comes; et quae sola, in omni studiorum genere, plus habeat operis, quam ostentationis.

ipsasque eas sc. consonantes. Conf. Priscian. lib. I. pag. 14.: *Vocales dicuntur, quae per se voces efficiunt, vel sine quibus vox literalis proferri non potest, unde et nomen hoc praecipue sibi defendunt. Ceterae enim, quae cum his proferuntur, consonantes appellantur. Sunt igitur vocales numero quinque a e i o u. Utimur autem etiam y vocali Graecorum causa nominum. Consonantium autem aliae sunt semivocales, aliae mutae. Semivocales sunt, ut plerisque latinorum placuit, septem f l m n r s x. — Semivocales sunt appellatae, quae plenam vocem non habent, ut semideos et semiviros appellamus. — Somivocales ab e incipientes et in se terminantes absque x, quae ab i incipit per anastrophen graeci nominis ξ. Mutae autem a se incipientes et in vocalem e desinentes, exceptis q et k, quarum altera in u, altera in a finitur, sua conficiunt nomina. — Sunt mutae, ut quibusdam videtur, numero novem b c d g h k p q t.*

7. *cuiuslibet* cuiuslicet T.

exigere litterarum litterarum exigere Lassb. — Priscian. I. p. 11. *Sunt figurae literarum quibus nos utimur XXIII. Ipsae vero*

litterarum sonos? (non hercule magis quam nervorum) aut grammatici saltem omnes in hanc descendent rerum tenuitatem: desintne aliquae nobis necessariae litterarum, non cum Graeca scribimus (tum enim ab isdem duas mutuamur) sed proprie in La-
8 tinis? ut in his *Seruus et Vulgus* Aeolicum digammon desideratur, ut medius est quidam U et I litterae sonus: non enim sic *optimum* dicimus ut

pronuntiationes earum multo ampliores. Quippe cum singulae vocales denos invcniantur sonos habentes vel plures, ut puto a litera brevis quatuor habet soni differentias, cum habet aspirationem, et acuitur, vel gravatur; et rursus cum sine aspiratione acuitur vel gravatur ut habeo, habemus, abeo, abimus. Longa vero eadem sex modis sonat: cum habet aspirationem et acuitur vel gravatur vel circumflectitur ut hamis, hamorum, hamus. Et rursus cum sine aspiratione et acuitur vel gravatur vel circumflectitur ut arae, ararum, ara. cett.

aut Tur. Lassb. Amb. 1. prob. Zumpt. *at* Sp.

in hanc d. descendent in hanc Lassb.

litterarum Tur. Lassb. fort. Amb. 1. *literae* Spald. Illud probavit etiam Boissonade in Eunapium T. I. p. 444.

isdem iisdem T.

duas mutuamur Similis est locus in Oratore Ciceronis c. 48, 160. „*Vi patefecerunt Bruges non Phryges ipsius antiqui declarant libri. nec enim Graecam literam adhibebant, nunc autem etiam duas.*“ In utroque loco dubitatum est, utrum y et z sint intellegendae, an *v* et *φ*. Tum, cum *Oratorem* edidi, postremam sum secutus rationem, nunc mutavi sententiam. Duae tantum litterae apud Latinos graecum habent sonum et figuram, *v* et *ζ*, ceterae omnes sunt latinae, atque *φ* inter latinas est recepta, neque amplius graecam habet formam: exprimitur enim aut per *b* aut per *f* aut per *ph*. *mutuamur* autem id, quod ipsi non possidemus; possident autem latini litteras omnes Graecorum praeter *v* et *ζ*: ergo nullam aliam mutuari possunt graecis nominibus scribendis, nisi has duas. Donatus p. 1737 Putsch.: „*y et z remanent, quas literas propter graeca nomina assumpsimus.*“

8. *Aeolicum digammon* sic Tur. Lassb. Amb. 1. *digamma* Sp. Dicitur graece *δίγαμμα* et *δίγαμμον* scil. *στοιχεῖον*; dicitur etiam *digammos littera* apud Terentianum Maurum. — 12, 10, 29. „*Aeolicae quoque litterae, qua servum cervumque dicimus, etiamsi forma a nobis repudiata est, vis tamen nos ipsa persequitur.*“ — Quintilianus minus dicit ambiguam fore pronuntiationem in vocabulo *seruus*, si *serfus* scriberetur. Donat. p. 1736. *Huic u etiam digammon ascribi solet, cum sibi ipsi praeponitur ut servus, vulgus.*

ut medius est etc. T. Hac de re copiose disputavit Schneider Lat. Gramm. I. 1. p. 18 sqq. — medius sonus maxime graecae vocali *v* respondet. — *ut melius* L. *et medius* Sp.

optimum — opimum sic coni. Regius. *optimum — optimum* T.

opimum; et *Here* neque E plane neque I auditur: an rursus aliae redundent praeter illam adspirationis, 9 quae si necessaria est, etiam contrariam sibi poscit et K, quae et ipsa quorundam nominum nota est, Q, cuius similis effectus speciesque, nisi quod paulum a nostris obliquatur, cappa, apud Graecos nunc

1 m. L. *optimum — optumum* T. 2 m. Obrecht dat *optumum — optimum.* Amb. 1. non memoratur.

et here T. L. Amb. 1. *et in here* coni. Philander. Sp. *e plane plane e* Lassb.

9. *adspirationis, quae* T. L. Amb. 1. *aspirationis notam, quae* Sp. Non necessariam esse h contendit, cum ne lenis quidem spiritus a Latinis significari soleat. nam uterque spiritus et asper et lenis significandus esset, aut nullus, cum uterque audiatur. — In margine Tur. legitur *dasian F psilen ϝ.* H. Ernstius Observatt. in Thesauro I. Meermanni T. I. pag. 121. sic ex duobus Mss. constituit locum: *An rursus aliae redundent praeter illam adspirationis notam F, quae si necessaria est, etiam contrariam sibi poscit ϝ. et Q., quae et ipsa quorundam nominum nota est; et K, cuius similis effectus speciesque* etc.

contrariam contraria Lassb.

et K T. L. Amb. 1. et ceteri omnes. Coniecerat Capperonnier *ut K* prob. Gesner et Spald. Melius autem Zumpt propter voculas *et ipsa* veterem scripturam *et K* (i. e. praeter H. litteram et K) restituit, postea *et* ante *Q* delet, cum natum sit ex proximo *est.*

K, quae et ipsa K plane ut *h* nonnisi nota certorum nominum est; ut K pro Calumnia, caput, Calendae scribebatur. — conf. Schneid. L. G. 1. 1. p. 291. — K quidem inter antiquas Romanorum litteras erat, sed c in locum eius deinde migravit, ita ut *K* non amplius in usu esset, nisi ut tria a *Ka* incipientia nomina significarentur. Quint. 1, 7, 10. *nam K quidem in nullis verbis utendum puto, nisi quae significat, etiam ut sola ponatur. Hoc eo non omisi, quod quidam eam, quotiens a sequatur, necessariam credunt: cum sit c littera, quae ad omnes vim suam vocales perferat.*

Q, cuius et Q. codd. littera q redundat inter latinas ut coppa inter graecas. nisi sequente u non in usu est apud Romanos. Nigidius Figulus numquam hac littera utebatur, cum c ubique effectum eius habeat. Scaurus de Orthogr. p. 2253. Coppa (Ϙ vel ϙ) non amplius adhibetur nisi tamquam γράμμα ἐπίσημον. notat 90.

similis effectus speciesque T. L. (*similes effectus speciesque*) Amb. 1. — *effectu specieque* nullo codice auctore Sp. nec opus est mutatione: illud *Kappa* appositio est.

cappa T. L. Amb. 1. et ceteri codd. Plures Viri Docti emendant *coppa*, cum sit certum, cappa et coppa nullam habere inter se cognationem, et cappa ex caph Hebraeorum, coppa ex Koph ortam esse. Vid. Interpretes Luciani T. VIII. p. 365 ed. Bipont. Schneider Lat. Gr. I. 1. p. 322. Cum autem Buttmannus doceret, (A. G. Spr. p. 10. et in Add. p. 377.) coppa a multis cappa quoque appellari, non temere coniecturam Virorum Doctorum recipere volui.

tantum in numero manet; et nostrarum ultima, qua tam carere potuimus, quam psi non quaerimus. Atque etiam in ipsis vocalibus grammatici est videre, an aliquas pro consonantibus usus acceperit, quia *Jam* sicut *iam* scribitur et *Vos* ut *Uos*. At quae ut vocales iunguntur aut *unam* longam faciunt ut veteres scripserunt, qui geminatione earum velut apice

ultima T. L. Amb. 1. *ultima x* Sp. — Caruissent sane facile Latini hac littera, cum nihil aliud significet nisi *cs*, aeque ac *psi*. Nigidius Figulus numquam ea usus est. Conf. Schneid. l. l. p. 374. *Ultima nostrarum* h. e. latinarum est *x*, quia y et z sunt graecae.

tam carere p. quam psi Hanc egregiam emendationem, quam nemo adhuc editorum attulit, Petro Pithoeo debemus in Schultingii Iurisprudentia Ante-Iustinianea p. 748. — *qua tam carere potuimus quam si non quaesissemus* Tur. Lasb. Amb. 1. *qua tam carere potuimus quam si non quacrimus* Bernensis. *qua tamen carere potuimus, si non quaesissemus* Spald. et ceteri editores, nullo sensu. Nunc a Gernh. receptá est Pithoei emendatio.

10 *grammatici est grammatice* om. *est.* T.

jam sicut iam scribitur et vos ut uos i. e. usus duas vocales pro consonantibus accipit, i enim consonans est in vocabulo *iam*, et u consonans est in vocab. *uos*. Recepi emendationem Censorii Spald. edit. in Nova germana biblioth. Vol. II. pag. 533. — *quia iam sicut tam scribitur et quos ut eos* T. *quia iam sicut tam s. et quos ut cos* L. Amb. 1. *quia iam sicut tam s. et vos ut eos* Almeiov. Spald., qua in lectione non intelligo, quid sit *cos*. Sarpius quoque lect. *Vos ut Cos* defendit, novam explicandi viam ingressus in libello de Tachygraphia pag. 31. Hoc in loco Quintilianum litterae I cuneatae usum pro iod et litterae U rotundatae pro vau improbasse ait. hoc enim significare eum: „*atque in vocalium figuris, de quibus nunc loquimur, grammatici est videre, an utiliter et necessario acceperimus figuras I et U pro consonantibus iod et vau. Equidem illud minime probarim, cum hac scribendi ratione facile commutentur iam et tam, vos et cos.*“ similliman esse dicit litteram I et T, et C et U. — At ex sequentibus facile patet, non de scribendi aliqua ratione disputare Fabium, sed de usu vocalium pro consonantibus.

at quae ut vocales at litterae, quae ut vocales (i. e. non ita, ut sit una vocalis, altera vim habeat consonantis, ut in vocabulo *iam*) in unam syllabam coagmentantur: (id enim significare vocem *iunguntur* h. l. apparet attendenti,) faciunt aut *unam* (vocalem) ut *veemens*, aut *duas* (vocales) ut *aut*. Nam tres vocales numquam iunguntur, ita ut sint in una syllaba, nisi forte aliqua earum fungatur officio consonantis ut *vae*. Spalding in praefatione T. I. p. 74. Conf. 1, 7, 14. *Semivocales non geminare diu fuit usitatissimi moris, atque e contrario usque ad Auium et ultra porrectas syllabas geminis, ut dixi, vocalibus scripserunt.* Pro *at quae* Turic. *atque.* et Amb. 1.

utebantur, aut *duas;* nisi quis putat etiam ex tribus vocalibus syllabam fieri, si non aliquae officio consonantium fungantur. Quaeret hoc etiam, quomodo 11
duabus demum vocalibus in se ipsas coeundi natura sit, cum consonantium nulla nisi alteram frangat. Atqui lit-

scripserunt T. L. Amb. 1. *scripsere* Sp.
geminatione geminationem T. 1 m.
putat putet T. 2 m.
fieri, si non T. Amb. 1. Almelov. Flor. prob. Sarpio in Anal. p. 25. — *fieri, quod nequit fieri, si non* T. 2 m. *fieri; quod nequit, si non* L. Sp. Verte: Thöricht wäre es zu glauben, dass eine Sylbe drey Vokale haben könnte, ohne dass einer oder zwey die Stelle von Konsonanten versehen würde. *Illud quod nequit fieri* est adnotatio librarii.

11. *hoc etiam* T. L. Amb. 1. *etiam hoc* Sp.
quomodo duabus demum In hoc difficillimo loco multum me adiuvit G. Hermanni, praeceptoris olim carissimi, humanitas, qui per litteras mecum hanc explicationem communicavit: „Der Sinn dieser Stelle scheint mir so genommen werden zu müssen: er wird auch fragen, wie nur ganze Vokale die Eigenschaft haben, mit einander selbst in eine Sylbe oder einen Laut vereinigt werden zu können, da doch von den Konsonanten keiner sich selbst, sondern nur immer einen andern modificirt. Der eigne Ausdruck frangere soll wohl eigentlich bedeuten die Kraft schwächen. Dieses geschieht, wenn in einer Sylbe statt eines Konsonanten zu Anfang zwey stehen, und daher beide die Stelle eines einzigen vertreten. Diess geschieht nun allemal mit verschiedenen cl, fr, tr, u. s. w. Wenn dagegen zwey wie ll, mm, nn, rr zusammen kommen, so gehört der erste allemal der vorhergehenden Sylbe an, und der folgende ist mithin non fructus, d. h. er allein mit seiner ganzen Kraft fängt die nächste Sylbe an.“ —
nisi alteram in se alteram coni. Slothouwer in Actis Societ. Trai. III. p. 126. Verte: Es können nur zwey gleiche *Vokale* in eine Sylbe und einen Laut vereinigt werden; zwey gleiche *Konsonanten* können das nicht, es müssen zwey ungleiche seyn.
atqui litttra i sibi insidit Verte: So steht i neben einem andern i in der gleichen Sylbe. Sic ana in sylluba bis littera i ponitur ut in vocabulo *coniicit*, quod proprie esset *coniacit*, et u in vocabulo *sulgus*, hodie enim sic scribitur, non *solgus*, ut antiqui dixerunt; sed, quando hoc fit, pvinla i vel u consonantis loco est. Donatus p. 1735. *Litterarum duae, i et u, transeant plerumque in consonantium potestatem, cum ipsae aut inter se geminantur, aut cum aliis vocalibus iunguntur ut Iuno, vates.* — *i sibi insidit* ein i steht neben dem andern, i tritt mit sich selbst zusammen, i sibi ipsi praeponitur, i bis deinceps ponitur. — Quintilianus ergo *coniicit* i gemina scripsit, non una i, ut alii scriptores loquebantur et scribebant. vide Schneider L. G. I. 1. p. 287. sq. et Garaton. ad Ciceronis orat. pro Fonteio c. 16. — Spalding totum enuntiationem sic explicavit: *Vocales duae possunt coire in se ipsas h. e. bis poni,*

tera I sibi insidit; *coniicit* enim est ab illo *iacit*, et U quomodo nunc scribitur *Uulgus* et *Seruus*. Sciat etiam Ciceroni placuisse *Aiio Maiiamque* geminata I scribere; quod si est, etiam iungetur ut
12 consonans. Quare discat puer, quid in litteris proprium, quid commune, quae cum quibus cognatio: nec miretur, cur ex *Scamno* fiat *Scabillum* aut a *Pinna* (quod est acutum) securis utrinque habens aciem *Bipennis*, ne illorum sequatur errorem,

ita ut simul pronuncientur: consonantes omnes aliam solum consonantem, a se diversam, frangunt. Atqui (ita enim continuat argumentationem) litera i coit in se, bis ponitur deinceps et tamen simul pronunciatur. Hoc tanquam exemplo docet verbo coniicit.

littera i litteram i T. Amb. 1.

insidit insidet T. 2 m.

coniicit sic Tur. *quoque.*

Aiio Maiiamque Cicero dixit, nam *quotiens duabus vocalibus interiecta i litera est, duarum consonantium obtinet vicem*, ut Velius Longus docet p. 2221., qui paulo superius p. 2219 de eodem genere sic est locutus: *In plerisque Cicero videtur auditu emensus scriptionem, qui et Aiiacem et Maiiam per duo i scribenda existimavit.* Hoc testimonium et cod. Bernensis lectio *aiianamque* permovit Sarpium in Anal. p. 34., ut *Maiiam Aiiacemque* genuinum putaret. — Praeterea Quintilianus observavit hoc de duplici *i* in ipsa Ciceronis manu, ut verisimile est ex 1, 7, 20.

quod si est, etiam. Si lectio vera est, subiectum verbi *iungetur* erit *i.* etiam hic *i* ita geminatur, ut altera sit consonans. Sed Guelf. cod. melius habet: *quod sic etiam iungetur ut consonans* scil. I geminata, prob. Lünem.

iungetur iungentur L. 1 m.

12. *nec miretur — ne* melius leges *ne miretur — nec.* Prius dat Bernensis et Voss. 3.

ex scamno fiat scabillum T. ex scamno fit scamnellum, unde scamellum, scabellum, scabillum atque adeo scapillum, ut Scaurus docet p. 2252. — Spald. *ex Scamno fiat Scabellum.*

a pinna a pinna — bipennis — a pinnis — pinnas (pennas 2 m) T. a penna — bipennis — a pennis — pennas L. *a pinno — bipinnis — a pinnis — pinnas* Amb. 1. Apparet ex hac codd. varietate, non ex codicibus hic veritatem erui posse, sed ex sententia scriptoris verba esse restituenda. Spald. dedit *a pinna — Bipennis — a pennis — pinnas*, quae lectio nisi contorte explicari non potest. Meliorem suasit lect. Censor. Spald. edit. in nova germana biblioth. 1800. Vol LI. pag. 531. *a pinna — bipennis — a pennis — pennas.* „*Er leite nicht, sagt Quintilian, das Wort bipennis irriger Weise von binae pennae ab, als wenn hier von Federn der Vögel (pennas avium) die Rede wäre, da ja bipennis nicht von der Aehnlichkeit mit zwey Flügeln, sondern von den beyden Schneiden so genannt wird.*“

qui, quia a pennis duabus hoc esse nomen existimant, *pennas* avium dici volunt.

Neque has modo noverit mutationes, quas adferunt declinatio aut praepositio, ut *secat secuit*, *cadit excidit*, *caedit excidit*, *calcat exculcat*, (et fit a *lavando lotus* et inde rursus *inlotus* et mille alia) sed quae rectis quoque casibus aetate transierunt. Nam ut *Valesii Fusii* in *Valerios Furios*que venerunt: ita *arbos labos vapos* etiam et *clamos* ac *lases* [aetatis] fuerunt, atque ipsa S littera ab his nominibus exclusa in quibusdam ipsa alteri successit: 13 14

qui, quia a offenditur Spald. hac compositione: sed vereor, ne aurium hoc iudicium nimis affectatum sit. In Cicerone etiam multa similia occurrunt. vid. Goerenz ad Academic. p. 15.

13. *declinatio* coniugatio, flexio verborum.

caedit excidit caedit excudit T.

et fit Tur. Lassb. Amb. 1. prob. Gernh. Add. *et sic* Sp. Fortasse haec *et fit — alia* interpolata sunt.

lotus — inlotus scribendum videtur cum Spald. *lautus et inde rursus inlotus*, ut duae declinationis et praepositionis mutationes fiant. Quod autem Spaldingius porro dicit, posse novam mutationem nonnisi in *l* pro *n* posito in *illotus* (pro *inlotus*) versari, non ad rem pertinet; nam si dices *illotus*, nulla fit mutatio verbi, cuius solius rei exempla hic profert Quintilianus. Pro *illotus* dat Amb. 1. *illitus*.

sed quae Amb. 1. *sed et quae* T. L. Sp. Illud *et* absurdum est.

rectis casibus casu nominativo. — *a rectis* T. 2 m. Opponuntur rectis casus obliqui.

Valesii Fusii item ἄρρην ἄρσην, θαρρεῖν θαρσεῖν, Papisius Papirius (Cicer. Ep. ad famil. IX, 21.). De omni hac materia eleganter disseruit Boeckhius Studien von Daub und Kreuzer T. 4. p. 358 — 396. — *Valesii et Fusii* Sp. Illud dat T.

et clamos — aetatis in hoc corrupto loco multam sibi comparavit laudem Sarpe, qui in An. p. 35 hanc proposuit coniecturam: *arbos labos vapos etiam et casmen ac lases et asa fucrunt*. Turic. dat cum L. et Amb. 1: *arbos labos vapos etiam et clamos etatis* (*aetatis*) *fuerunt*. Voss. 1. 3. *lases et as fuerunt*. Guelf. *lases ac fuerunt*. Parisiens. 1. *clamos fuerunt ac lases as fuerunt*. Equidem hanc veram aut certe vero similem lectionem puto: *arbos*, *labos*, *vapos etiam et clamos ac lases et asa fuerunt*. Coniecturam Sarpii *lases et asa* merito probarunt Buttmannus in Praef. T. IV. pag. XI. et Niebuhr ad Frontonem p. 257. Conf. Scaurus de Orthogr. p. 2252. *Item Furios dicimus*, *quos antiqui Fusios*, *et aras*, *quas illi asas*, *et lares*, *quos lases*. Spald. *aetatis* ex insolito *aclases* ortum putat. Lünemann pro *aetatis* coniicit *alias*.

14. *atque ipsa* T. L. verisim. Amb. 1. *et haec ipsa* Sp. Sed nondum in integrum restitutus est locus.

alteri successit Verte: der Buchstabe s trat an die Stelle des folgenden.

nam *mertare* atque *pultare* dicebant, quin *fordeum foedos*que pro aspiratione velut simili littera utentes: nam contra Graeci Φ aspirare solent, unde pro Fundanio Cicero testem, qui primam eius litteram dicere non posset, inridet. Sed B quoque in locum aliarum dedimus aliquando, unde *Burrus* et *Bruges* et *Belena*. Nec non eadem fecit ex *duello bellum*, unde *Duellios* quidam dicere *Bellios*

atque pultare apud p. T. 1 m. *apud eos p.* T. 2 m. *aut pultare* L. *foedosque* sic scripsi: id enim scriptoris rationi convenit, ut 1, 5, 20. *Parcissime ea veteres usi etiam in vocalibus, cum ocdos ircosque dicebant.* nunc confirmatam video Amb. 1., qui quidem *fredosque* errore dat, coniecturam meam. — *foedusque* ceteri codd. Sp. *velut simili* T. L. Amb. 1. — *fordeum foedos*que dicebant pro *hordeo* et *hoedis*, pro h littera f ponentes quae similem habet sonum. Spald. ex coni. Regii scripsit: *pro aspiratione vav simili litera utentes*, quam coniecturam etiam Sarpe Anal. p. 36. improbavit. Aliter Lipsius scripsit de recta Pronuntiatione p. 37. *antiqui foedum foedusque* (*ita scribo*) *pro aspiratione vau simili litera utentes.* Conf. Schneider L. G. I. 1. p. 195.

contra Graeci Φ L. Amb. 1. Lasb. praeterea *contra* omisit. Tur. dat: *contra gracci ita adpirare.* Spald. delevit Φ. Sensus est: Latini interdum *f* utuntur pro *h*, quia illa littera non quidem similem sed velut similem sonum habet: sonabat enim Romanorum *f* ut nostrum *u*; aliter autem prorsus a Graecis *f* pronunciatur, quae apud eos cum aspiratione sonat, φ, i. e. ph., quod Ciceroni occasionem dedit irridendi eum, qui *Fundanium* non *Wundanium*, ut Romani loquebantur, sed *Phundanium* graeco more pronunciabat. — Sarpius recepit e Voss. 3 et Bern. *aspirare solent ei* scil. litterae f. — Graeci pronunciant cum aspiratione φ. quod Latini non faciunt, qui f plane ut β pronunciant. *nam* est explicatio praecedentis *velut.*

ut pro Amb. 1. Sp. *in pro* T. L. *inde pro* Obrecht Sarpe. Praeferam *unde* idque recepi.

inridet irridet Spald.

15. *in locum aliarum* om. *in locum* T.

et Belena aut pro *Helena* aut ut Spaldingio placuit, pro *Velina*, tribu rustica. Similiter ego, cum Romae morarer, multis in lapidibus funebribus incisum vidi BIBAS IN PACE. pro vivas, aut VIBAS aut BIXIT. aut IOANNIS ALIGENSIS SE VIBO COMPARAVIT PC (parcite) VIATORIS, alias LARONI COPARI BIRGINIO QUI BIXIT ANNUS (sic) MECU XXVII. IM PACE, item *Bern* pro Verona in carminibus Teutonum. — Conf. Priscian. I. p. 23 ed. Krehl: *Apud nos quoque est invenire, quod pro u consonante b ponitur ut coelebs, coelestium vitam ducens, per b scribitur, quod u consonans ante consonantem poni non potest. Sed etiam Bruges et Belenam antiquissimi dicebant teste Quintiliano, qui hoc ostendit in primo Institutionum oratoriarum. Nec mirum, cum b quoque in u euphoniae causa converti invenimus, ut aufero pro abfero.*

Duellios Bellios duellos — bellios Amb. 1. *duellos quidam*

ausi. Quid *stlocum stlitesque*? Quid T litterae 16
cum D quaedam cognatio? Quare minus mirum, si in vetustis operibus urbis nostrae et celebribus templis legantur *Alexanter* et *Cassantra*. Quid O atque U permutatae invicem? ut *Hecoba* et *notrix Culcides* et *Pulixena* scriberentur ac ne in Graecis id tantum notetur, *dederont* et *probaveront*. Sic Ὀδυσσεύς, quem *Οὐδυσσέα* fecerant Aeoles, ad *Ulixen* deductus est. Quid? non E quoque I loco 17
fuit? *Menerva* et *leber* et *magester* et *Diiove Victore* non *Diiovi*. Sed mihi locum signare satis

diecre (*dixere* 2 m.) *bellos* (*bellosos* 2 m.) T. L. *Duelios — Belios* suadet A. Maius ad initium Cic. de rep. 1. Conf. Cicer. Orat. c. 45.

ausi ausi quid st. locum st. litesque T. L. *aut sicut st. locum st. litesque* T. 2 m. *stilocum si etlitesque* Amb. 1. Maluit Sp. *stlocus*; accusativus autem a verbis *dicere ausi* regitur. Legendum est *quin stlocum*, ita ut proxime iungatur verbo regenti ut modo dixerat § 14.

16. *quid t — d quod t — d* T. 2 m. *quid D — T.* Lassb.

minus mirum minus videatur mirum ex Voss. 3. praefert Sarpe An. pag. 29.

si in in om. T. L.

celebribus celeribus T. 1 m.

quid o quod o. T. 2 m.

Hecoba eccoba T. L. Similiter dicebant *Volcanus*, *Voltucius*, *Volcanal*, conf. Gäraton. ad Cic. Verrin. II, 2, 61.

notrix nutrix T. L. Sarpe coniecit *Hercoles*, Wolff *Bosiris*, Lünemann *cotornix*.

Culcides sic Tur. Lassb. *Culchides* Sp. ego alteram praetuli formam, cum numquam consonantibus aspirarent veteres.

Pulixena Tur. Lassb. *Pulyxena* Sp. y non nota erat apud antiquissimos.

et probaveront Lassb. *dederunt et probaverunt* T. *ac probaveront* Sp.

Οὐδυσσέα ΟΔΗCCEYC quem odissea fecerunt aeolis T. L. *quem olyssea fecerant aeolis* Amb. 1. Regius atque Koenius ad Gregorii Corinth. pag. 586 ed. Schaef. coniecerunt *Τδυσσέα*, quod eundem cum recepta habet sonum. Receptam tuetur Buttmannus G. Spr. T. 1. pag. 100.

fecerant Amb. 1. *fecerunt* ceteri.

Ulixen sic scripsi ut 2, 13, 13 *Ulixen* in Turicensi extat, hoc loco legitur in cod. T. et L. *Ulixem*, a Spaldingio *Ulyssem*. Amb. 1. dat *Ulixen*. *Ulyssem* Spald.

17. *quid? quod* 2 m T.

fuit, *Menerva fuit ut M.* Spald. — Omittitur *ut* in Tur. Lassb. Amb. 1.

Diiove victore non Diiovi dii iove victore non di iovi Tur. Lassb. *deiove victore non deiovi victori* (poster. *vict.* a 2 m. additum.) Amb. *Diieve et Velöve pro Diiovi et Veiovi* Spald. ex interpolatione Regii.

est; non enim doceo, sed admoneo docturos. Inde in sillabas cura transibit, de quibus in orthographia pauca adnotabo.

Tum videbit, ad quem hoc pertinet, quot et quae partes orationis, quamquam de numero parum
18 convenit. Veteres enim, quorum fuerunt Aristoteles atque Theodectes, *verba* modo et *nomina* et *convinctiones* tradiderunt: videlicet quod in verbis vim sermonis, in nominibus materiam (quia alterum est quod loquimur, alterum de quo loquimur), in convinctionibus autem complexum eorum esse iudicaverunt (quas *coniunctiones* a plerisque dici scio, sed haec videtur ex *συνδέσμῳ* magis propria translatio).

sillabas syllabas Spald. Tractat sillabas in orthographia i. e. in capite septimo hui. libri.

ad quem hoc p. cum id grammatici sit officium. Supple post *videbit* is.

quae partes T. 1 m L. *quotae et quae p.* T, 2 m. *quae sint partes* Sp.

quamquam malim *quoniam.*

18. *Aristotelcs* Vertit haec Quintilianus e Dionysio Halic. de Composit. c. 2 p. 18 ed. Schaef: Ἡ σύνθεσίς ἐστιν, ὥσπερ καὶ αὐτὸ δηλοῖ τοὔνομα, ποιά τις θέσις παρ' ἄλληλα τῶν τοῦ λόγου μορίων, ἃ δὴ καὶ στοιχεῖά τινες τῆς λέξεως καλοῦσι. Ταῦτα δὲ Θεοδέκτης μὲν καὶ Ἀριστοτέλης, καὶ οἱ κατ' ἐκείνους φιλοσοφήσαντες τοὺς χρόνους, ἄχρι τριῶν προήγαγον ὀνόματα καὶ ῥήματα καὶ συνδέσμους πρῶτα μέρη τῆς λέξεως ποιοῦντες. Οἱ δὲ μετ' αὐτοὺς γενόμενοι, καὶ μάλιστα οἱ τῆς Στωϊκῆς αἱρέσεως ἡγεμόνες, ἕως τεττάρων προὐβίβασαν, χωρίσαντες ἀπὸ τῶν συνδέσμων τὰ ἄρθρα. Εἶθ' οἱ μεταγενέστεροι τὰ προσηγορικὰ διελόντες ἀπὸ τῶν ὀνοματικῶν, πέντε ἀπεφήναντο τὰ πρῶτα μέρη. Ἕτεροι δὲ καὶ τὰς ἀντωνυμίας ἀποζεύξαντες ἀπὸ τῶν ὀνομάτων, ἕκτον στοιχεῖον τοῦτο ἐποίησαν. Οἱ δὲ καὶ τὰ ἐπιῤῥήματα διεῖλον ἀπὸ τῶν ῥημάτων, καὶ τὰς προθέσεις ἀπὸ τῶν συνδέσμων καὶ τὰς μετοχὰς ἀπὸ τῶν προσηγορικῶν. — *aristatilis* T. *Aristoteles quoque atque* A.

convinctiones coniunctiones — coniunctionibus — coniunctiones — coniunctionibus Tur.

et convinctiones reliquas partes orationis *convinctiones* vel adminicula et iuncturas nominis et verbi vocarunt. Conf. Buttmanni G. G. p. 128 sq. — *nomen ὄνομα* Nennwort. *verbum ῥῆμα* Sagewort, *convinctio συνδεσμὸς* Partikel.

videlicet quod videlicet et in T. *videlicet in* L.

alterum d. q. l. om. 1 m T. *alterum unde loquimur* 2 m.

eorum esse esse eorum Lassb.

Paulatim a philosophis ac maxime Stoicis auctus est numerus, ac primum convinctionibus *articuli* adiecti, post *praepositiones;* nominibus *appellatio*, deinde *pronomen*, deinde mixtum verbo *participium;* ipsis verbis *adverbia.* Noster sermo articulos non desiderat, ideoque in alias partes orationis spargun-
tur; sed accedit superioribus *interiectio.* Alii tamen 20
ex idoneis dumtaxat auctoribus octo partes secuti sunt, ut Aristarchus et aetate nostra Palaemon, qui *vocabulum* sive *appellationem* nomini subiecerunt [tamquam species eius]. At ii, qui aliud *nomen* aliud *vocabulum* faciunt, novem. Nihilominus fu-

19. *ac maxime ac Stoicis maxime* Lassb.

nominibus appellatio diviserunt substantiva in duo genera, *nomina* (die Konkreta) et *appellationem* (die Abstracta oder Gattungswörter.). — *apellatio* T. Conf. Donatus p. 1743. *Nomen* unius nominis, *appellatio* multarum vocabulum rerum est, sed modo *nomina* generaliter dicimus. appellativorum nominum multae sunt species. alia enim sunt corporalia ut homo, terra, mare, alia incorporalia ut pietas, iustitia, dignitas.

mixtum et mixtum T. 2 m.

non desiderat Latinus sermo supervacuos putat articulos, nec exprimuntur peculiari vocabulo; quandocumque autem in oratione eorum valet vis, aliae partes, ut pronomina, vice fungi solent. Verte: die lateinische Sprache hält die Artikel nicht für einen nothwendigen Redetheil, und reicht daher mit andern Redetheilen aus. Delebatur contra codd. omnes *non* a Spald. et Sarpe in An. p. 41., quod temerarium arbitror iudicium consentiente Gernh. — E contrario autem *interiectio* pars est orationis Latinae, quam Graeci non habent.

orationis orationum T. Amb. 1.

20. *dumtaxat* Spald. volebat *auctoribus duntaxat*, quod postea ipse inprobavit ad 3, 8, 10.

Aristarchus aristharcus T.

Palaemon Cicero scriberet *Palaemo.*

appellationem apell. T.

tamquam species eius uncis inclusi ex auctorit. Voss. 2., qui haec omittit. Omnino scribendum erat *tamquam speciem eius.*

at ii aut v T.

nihilominus fuerunt Merito inprobavit Quintilianus hanc puerilem divisionem substantivorum in ea, quae visu tactuque percipiuntur, et ea, quae aut non cerni aut non tangi possunt: quae ratio omni subtilitate caret. Multo enim melius substantiva in ea partiemur, quae res significant aut sensibus externis aut sensu interno vel mente perceptas. Sic omnes res et externas (die Gegenstände der

erunt, qui ipsum adhuc *vocabulum* ab *appellatione* deducerent, ut esset *vocabulum* corpus visu tactuque manifestum *domus lectus; appellatio*, cui vel alterum deesset vel utrumque *ventus coelum deus virtus*. Adiciebant et *asseverationem* ut *eheu* et *attractionem* ut *fasceatim*, quae mihi non adproban-
21 tur. *Vocabulum* an *appellatio* dicenda sit προσηγορία et subicienda nomini nec ne, quia parvi refert, liberum opinaturis relinquo.

22 Nomina declinare et verba in primis pueri sciant: neque enim aliter pervenire ad intellectum sequentium possunt, quod etiam monere supervacuum erat, nisi ambitiosa festinatione plerique a posterioribus inciperent, et dum ostentare discipulos circa specio-
23 siora malunt, compendio morarentur. Atqui si quis et didicerit satis et (quod non minus deesse interim

sinnlichen Welt) et internas (die Gegenstände der Geisterwelt) accurate distinguimus.

deducerent T. L. A 2 m. *diducerent* Sp. Interest aliquantulum inter has formas. *deducere* est separare, seiungere, ablösen, ableiten, trennen; *diducere* autem dividere, vertheilen, zerlegen. Sic 1, 5, 40 legendum *deducunt*. 5, 10, 82 *deducit*. at 2, 14, 5 *diducuntur*. 4, 2, 82 *diducta*. 5, 10, 61 *diducto*. 5, 10, 94 *diducitur*. 6, 3, 17 *diducas*. 3, 11, 23 *diducendo*. contra 2, 4, 22 *deduci*.

cui — deesset cui — divisset T. A 2 m. *qui — divisset* T 2 m.

eheu L. *eheum* T 1 m. *heu* Sp.

et attractionem et tractionem Tur. Lassb. *et attrectationem* Sp. ex coniectura, ut videtur, Regii. Adverbia partiebantur in ea, quae asseverant, et quae attractionis vim habent. De sensu huius vocabuli loquitur Forcellini s. v.: „*Attractionem intelligebant vocem, qua multa simul contracta et congregata significarentur. Nam fasceatim significat per multos fasces, ut est apud Charisium l. 2. p.* 166. *vel ut alii putant per multas fascias. legunt enim fasciatim. Sic vicatim per vicos, ostiatim per ostia* etc. *alii legunt attrectationem, quae vox valde obscurat sententiam.*“ — Donatus haec adverbia congregandi appellat. pag. 1760. — *attrectationem* dat primus Stoer. Amb. 1. om. inde ab *asseverationem* usque ad *ut fasciatim* (sic enim ille.)

22. *erat* Tur. Lassb. verisimil. Amb. 1. *fuerat* Spald.

malunt malint 2 m T.

compendio l. e. breviter, obiter.

23. *atqui si* T. Amb. 1. *atqui si quis didicerit* Lassb. *at si quis et did.* Sp. ex Regii arbitrio.

solet) voluerit docere, quae didicit, non erit contentus tradere in nominibus tria genera et ea quae sunt duobus omnibusve communia. Nec statim dili- 24
gentem eum putabo, qui *promiscua*, quae *ἐπίκοινα* dicuntur, ostenderit, in quibus sexus uterque per alterum apparet, aut quae feminina positione *mares* aut neutrali *feminas* significant, qualia sunt *Murena* et *Glycerium*. Scrutabitur ille praeceptor acer at- 25
que subtilis origines nominum, quae ex habitu

solet, vol. *solet et volucrit* Tur. Lassb. *at si quis et didicerit satis (quod — solet)*, *et voluerit* Lochmannus.

et ea quae sunt Tur. Lassb. Amb. 1. *et quae sint* Sp. De re conf. Schneid. L. G. I. 2. p. 1 sqq.

24. *eum putabo* Sic scripsi pro *computabo* Tur. et Lassb. *diligentem putabo* Sp.

quae ἐπίκοινα graece scripsi. *epicoena* Codd. Sp. — Sic 1, 6, 12. *quia lepus ἐπίκοινον sit* in Tur. et Lassb. legitur.

sexus secus T.

positione Endung. Conf. 1, 5, 54.

aut neutrali Lassb. T. fort. Amb. 1. om. *aut* Sp.

Murena Turic. 1 m. *myrrina* 2 m. *Muraena* Sp. — Garaton. ad Cicer. or. p. Murena p. 1. „*Codex Memmianus optimus a Lamb. consultus et ambae Ven. veteres, item Quinctiliani codex Barberinus adversus alios eius institutionum plerosque, Fasti denique Capitolini n. XXVII. ed. Pirun., licet alius in his Fastis homo sit, Murenam firmant. Alii cum Varrone Muraenam.*“ — Schneid. L. G. I. 1. pag. 55.

Glycerium Priscian. p. 944. *Possunt etiam hominum propria invenīri nomina neutri generis ut in maribus, hoc Basion, hoc Heliconion, quomodo etiam in femininis Glycerium, Dorcium.*

25. *ille praeceptor* sic Amb. 1. *scrutabitur mille praeceptor* T. L. Spald. conf. 7, 4, 37. ubi in Tur. legitur: *quide millae* i. e. *quidem illae*, non *quidem mille*, quod Spald. habet.

origines nominum, *quae* deesse putabant editores *ut* ante *quae*, et mox ante *Sullae*, ideoque temere contra codices id in utroque loco receperunt. sed hac particula plane non opus est. Constructio haec est. Investigabit origines nominum propriorum, quae (nomina) vel ex habitu corporis fecerunt Romani, quorum exemplo sunt Rufi et Longi, vel ubi erit aliud secretius i. e. vel quae ex alia obscuriore causa ut Sullae, Burri, Galbae etc. nomina, vel ex casu nascentium fecerunt, Agrippae, Opitri, Cordi, Postumi et Vopisci, vel ex iis fecerunt, quae post natos eveniunt, i. e. ex eventis et fatis hominum. Gronovius sic constituit locum: *ut quae ex habitu corporis Rufis Longisque fecerunt; ubi erit aliquod secretius Sullae, Burrhi, Galbae, Planci (vel Plauti et forsan utrumque ponendum) Pansae, Scauri taliaque: et ex casu nascentium Agrippa et Opiter et Cordus et Vopiscus; et ex iis, quae post natus eveniunt; unde iam*

corporis *Rufos Longos*que fecerunt, ubi erit aliud secretius *Sullae Burri Galbae Plauti Pansae Scauri* aliaque, et ex casu nascentium; hic *Agrippa* et *Opiter* et *Cordus* et *Postumus* et *Vopiscus* erunt,

Cottae, Scipiones, Laenates, Serrani sunt ex variis causis. Ex tot mutationibus nulla est probabilis, nisi transpositio nominis *Vopiscus*, ut mox demonstrabo.

fecerunt i. e. latini vel nostri. Verte welche man bildete. Similiter I, 7, 27. *illud nunc melius. quod cui tribus quas praeposui litteris enotamus: in quo pueris nobis qu et oi utebantur.*

Rufos Cicerones Rufos Obrecht. Amb. 1. omnia omittit ab his *ut quae* usque ad *Cicerones*. (datne ergo *Cicerones?*) Pro *aliud* conicit Lünemann *aliquid*.

Sullae sylle Tur. *ut Sullae* Sp. — *ut Sili* coni. Sigonius de nominib. Romanorum p. 375.

Burri Tur. Lasb. *Burrhi* Sp. improbante F. A. Wolfio ad Suet. Ner. 35. Schneid. L. G. I. 1. p. 42. — Burrus est nomen gentile ut apud nos *Roth*.

Plauti Tur. Lasb. Amb. 1. *Planci* Sp.

Pansa est gentile nomen ut inter nostrates *Schrägli*.

Scauri aliaque recepi ex Tur. et Lasb.; quamquam Tur. habet *Scauli. Scauri taliaque* Amb. 1. Spald.

hic i. e. in hoc ordine. T. L. Amb. 1. *hinc* Sp.

Cordus cirdus Amb. 1. a m. 1. *Ciordus* T.

et Vopiscus Spald. ceteriquo editt. locum corruptissimum putarunt: in quo meo quidem iudicio unum tantum nomen in codd. male collocatum erat, idque nunc in iusto loco posui. Spald. edidit sic: *hinc Agrippa et Opiter et Cordus et Postumus erunt: et ex iis, quae post natos eveniunt; unde Vopiscus. Iam Cottae, Scipiones, Laenates, Serani sunt, et ex variis causis.* — Cum autem *Vopiscus* inter ea nomina pertineat, quae *ex casu nascentium* sunt facta, necesse erat, hoc exemplum, quod casu in codd. in pravum locum inciderat, in iustum reducere ordinem. — Ego interpunctionem totius sententiae mutavi, cum Spald. sic legisset: *Scrutabitur mille praeceptor acer atque subtilis origines nominum: ut quae ex habitu corporis Rufos Longosque fecerunt: (ubi erit aliud secretius, ut Sullae, Burrhi, Galbae, Planci, Pansae, Scauri, taliaque) et ex casu nascentium; hinc Agrippa, et Opiter, et Cordus, et Postumus erunt: et ex iis, quae post natos eveniunt; unde Vopiscus. Iam Cottae, Scipiones, Laenates, Serani sunt, et ex variis causis.* — Sarpius sic constituit locum in An. p. 42 — 44. *Scrutabitur non ille praeceptor acer atque subtilis origines nominum, quae ex habitu corporis Rufos Longosque fecerunt: nisi erit aliud secretius, ut Sullae, Burri, Galbae, Planci, Pansae, Scauri. Taliaque et ex casu nascentium; hinc Agrippa, et Opiter et Cordus, et Postumus, et Vopiscus erunt: et ex iis, quae post natos eveniunt; unde iam Cottae, Scipiones, Laenates, Serani sunt: et ex variis causis.* Qua de constitutione iam Buttmannus in praef. T. IV. p. 13. dixit, corruptum locum magis etiam corrupisse Sarpium. Postea in Epist. ad Buttmann. pag. 19 proposuit: *Scrutabitur inde ille praeceptor.* — Consentit autem cum restitutione nostra Plutarchus in Coriolano c. XI. *Ἔνιους δὲ συν-*

et ex iis, quae post natos eveniunt; unde iam *Cottae Scipiones Laenates Serani* sunt, et ex variis causis. Gentes quoque ac loca et alia multa reperias 26
inter nominum causas. In servis iam intercidit illud genus, quod ducebatur a domino, unde *Marcipores Publiporesque*. Quaerat etiam, sitne apud Graecos vis quaedam sexti casus et apud nos quoque septimi. Nam cum dico *hasta percussi*, non utor ablativi natura, nec si idem Graece dicam, dativi. Sed in 27
verbis quoque quis est adeo inperitus, ut ignoret genera et qualitates et personas et numeros?

τυχία γενέσεως (*ex casu nascentium*) *μέχρι νῦν καλοῦσι, Πρόκλον μὲν, ἐὰν ἀποδημοῦντος πατρὸς γένηται, καὶ Πόστουμον, ἂν τεθνηκότος· ᾧ δ' ἂν διδύμῳ γενομένῳ συμβῇ περιβιῶναι, θατέρου τελευτήσαντος Ούοπίσκον. Τῶν δὲ σωματικῶν οὐ μόνον Σύλλας οὐδὲ Νίγρους οὐδὲ Ῥούφους, ἀλλὰ καὶ Καίκους καὶ Κλωδίους ἐπωνυμίας τίθενται.* — *Agrippa* dicitur, qui nascendo pedes prius exerit. *Cordus* vel chordus de hominibus sero natis. *Opiter*, qui obitu patris genitus est. *Postumus*, post patris mortem natus. *Vopiscus*, qui ex duobus conceptis, uno per abortum abiecto, ad partum legitimum ducitur.

et ex iis et *his* T. L.

Cottae Cotta Tur. *contra* Lassb. Est gentile nomen ut apud nostrates *Kopf* et *Köpfli*.

Scipiones Compares nomina gentilia *Stock*, *Stocker*, *Stäbli*, *Bengel*.

Laenates lactanes T. 3, 1, 21 *Laenas*.

Serani vulgo hoc cognomen a *serendo* ducitur, repugnante Perizonio in Animadvv. Hist. pag. 33. — *sera* T. L. A.

et ex variis causis. i. e. et ex variis quidem causis.

26. *Publiporesque* item Quintipor, Gaipor. v. Festus s. v. *Quintipor*.

septimi Priscian. p. 678. *Illud quoque non est praetermittendum, quod quibusdam septimus casus esse videtur ablativus, quando sine praepositione profertur, quod satis irrationabile videtur. Minime enim praepositio addita vel detracta mutare valet casus naturam. — Sciendum tamen, quod hic casus i. e. ablativus est, quando pro genitivo, est quando pro dativo accipitur graeco.*

hasta percussi asta percusse T.

ablativi natura Conf. 7, 9, 10. *Ablativo ipsi, ut in primo diximus, inest naturalis amphibolia.*, ubi ad nostrum locum allusit Quintilianus, non ad 1, 7, 3, ut Spald. temere putabat.

27. *genera* nos dicimus formae, ut activum, passivum, neutrum, deponens.

qualitates i. e. modi et status verborum ut indicativus, subiunctivus etc. — 1, 5, 41. *Immutatio sine controversia est, cum aliud*

Litterarii paene ista sunt ludi et trivialis scientiae. Iam quosdam illa turbabunt, quae declinationibus non tenentur. Nam et quaedam *participia* an *verba*, an *appellationes* sint, dubitari potest, quia aliud alio
28 loco valent ut *lectum* et *sapiens*. Quaedam verba appellationibus similia ut *fraudator nutritor*. Iam *itur in antiquam silvam* nonne propriae cuiusdam rationis est? nam quod initium eius invenias? cui simile *fletur*: accipimus aliter, ut: *panditur interea domus omnipotentis Olympi*; aliter, ut: *totis usque adeo turbatur agris*. Est etiam quidam tertius modus, ut *urbs habitatur*, unde et *campus curritur* et
29 *mare navigatur*. *Pransus* quoque ac *potus* diversum valet quam indicat. Quid? quod multa verba non totum declinationis ordinem ferunt? quaedam etiam mutantur ut *fero* in praeterito: quaedam tertiae

pro alio ponitur. Id per omnes orationis partes deprendimus, frequentissime in verbo, quia plurima huic accidunt, ideoque in eo fiunt soloecismi per genera, tempora, personas, modos, sive cui status eos dici seu qualitates placet, vel sex, vel, ut alii volunt, octo.

litterarii ludus, in quo de litteris vel elementis agitur; Elementarschule.

tenentur i. e. „quae flexione ipsa non sunt manifesta, quo pertineant." Spald. — *tereuntur* T. 1 m. *teruntur* Amb. 1. *intereuntur* L. tenentur i. e. deprehenduntur.

participia an verba, an app. Amb. 1. *part. an verbi appellationes* T. L. Spald., qua in lectione *verbi appellationes* explicabat Perizonius ad Sanctii Minerv. 1, 15. 1. *nomina verbalia.*

lectum T. L. Amb. 1. *lectus* Sp.

28. *nutritor* legitur apud Virgil. Georg. 2, 425.
iam nam T. 2 m.
Itur Virg. Aen. 6, 179.
quod initium quid in. L. T. Vid. Gesneri notam.
Fletur Ter. Andr. 1, 1, 102.
aliter ut — ut Sp. delebat haec duo *ut*.
Panditur Virg. Aen. 10, 1.
Totis Virg. Ecl. 1, 11, 12.
est etiam om. *est* 1 m Tur. Lassb.
et mare Tur. Lassb. om. *et* Spald.

29. *ac potus* T. L. Amb. 1. *atque p.* Sp.
valet — indicat Tur. Lassb. Amb. 1. *valent — indicant* Spald.
quid? quod quic quod 1 m T.
mutantur mutuntur T. 1 m.

demum personae figura dicuntur ut *licet piget*: quaedam simile quiddam patiuntur *vocabulis*, *quae in adverbium transeunt*. Nam ut *noctu* et *diu* ita *dictu factu*que. Sunt enim haec quoque verba participalia quidem, non tamen qualia *dicto facto*que.

V. Iam cum omnis oratio tris habeat virtutes, ut *emendata*, ut *dilucida*, ut *ornata* sit (quia dicere *apte*, quod est praecipuum, plerique ornatu subiciunt); totidem vitia, quae sunt supra dictis contraria: emendate loquendi regulam, quae grammatices prior pars est, examinet. Haec exigitur *verbis* aut *singulis* aut *pluribus*. *Verba* nunc generaliter accipi volo: nam duplex eorum intellectus est; alter, qui omnia, per quae sermo nectitur, significat ut apud Horatium: *verbaque provisum rem non* 2

quaedam simile, quaedam verba similiter se habent atque nomina, quae in adverbium transiere. eandem enim habent positionem; ut enim *noctu*, *diu* itemque *vesperu* dicitur pro die, nocte, vespere, cum adverbii locum tenent, sic participalia duas habent formas. dicitur enim *dicto facto* et *dictu factu*. Dissimilem autem quandam habent rationem. *dicto facto* enim sunt participia passiva, *dictu factu*, substantiva a participiis passivis derivata, et ad quartam flectuntur declinationem. Illae igitur formae, quae a grammaticis *supina* vocantur, nec participia nec gerundia sunt, nec peculiarem efficiunt orationis partem, ut temere vulgo creditur, sed nomina sunt quartae declinationis. supinum in u ablativus est nominis in *us*. sic *dictu* a dictus, us, ut *ornatus*, *habitus*; supinum autem in *um* participium est passivum.

vocabulis quae — transeunt Amb. 1. *v. quae i. a. transeuntibus et diu ita* T. *vocab. i. u. transeuntibus* Sp.

dictu factuque Tur. Lassb. *dictu et factu* Spald.

participalia T. *participialia* Spald. Illud Varro dixit pag. 563. Spreng. *Tertii generis, quae declinantur cum temporibus ac casibus, ac vocantur a multis ideo participalia* etc.

CAP. V.

1. *tris* T. 1 m. nominativus facit *tres*, accusativus *tris* in Turicensi, ut 1, 7, 17. 2, 4, 2. 17, 14. 21, 23, 3, 6, 68. 5, 10, 63. 6, 3, 5. 44. — *tres* T. 2 m. Sp.

ornatu sic 1 m Tur. — *ornatui* Sp. Est altera dativi forma quartae declinationis, qua I. Caesar constanter, Cicero et Tacitus nonnumquam usi sunt. Schneid. L. G. I. 2. p. 332.

2. *apud Horatium* Art. Po. 311.

invita sequentur; alter, in quo est una pars orationis *lego scribo:* quam vitantes ambiguitatem quidam dicere maluerunt *voces locutiones dictiones.*
3 Singula sunt aut *nostra* aut *peregrina*, aut *simplicia* aut *composita*, aut *propria* aut *translata*, aut *usitata* aut *ficta.*

Uni verbo vitium saepius quam virtus inest. Licet enim dicamus aliquod proprium speciosum sublime, nihil tamen horum nisi in complexu loquendi serieque contingit: laudamus enim verba
4 rebus bene adcommodata. Sola est, quae notari possit velut *vocalitas*, quae *εὐφωνία* dicitur: cuius in eo dilectus est, ut inter duo, quae idem significant ac tantundem valent, quod melius sonet, malis.
5 Prima *barbarismi* ac *soloecismi* foeditas absit. Sed quia interim excusantur haec vitia aut consuetudine aut auctoritate aut vetustate aut denique vicinitate virtutum (nam saepe a figuris ea separare difficile est): ne qua tam lubrica observatio fallat, acriter se in illud tenue discrimen grammaticus intendat, de quo nos latius ibi loquemur, ubi de figu-
6 ris orationis tractandum erit. Interim vitium, quod fit in singulis verbis, sit *barbarismus.* Occurrat mihi forsan aliquis, quid hic promissor tanti operis

locutiones dictiones Lassb. Amb. 1. *loc. diciones* Tur. *dictiones*, *locutiones* Sp.

3. *aut ficta* 1, 5, 71. *nova verba non sine quodam periculo fingimus.* Horat. A. P. 52 *nova fictaque verba* ubi Bentl. *factaque.*
dicamus aliquod Amb. 1. *dicamus aliquid* T. L. Sp.
rebus bene Lassb. T. Amb. 1. *bene rebus* Sp.

4. *dilectus* T. *delectus* Spald.
quod melius quid T. 1 m. L.

5. *foeditas feditas* T.
a figuris Verte: Redefiguren.
ne qua T. L. *ne qua tamen* Amb. 1. ut graece τῷ i. q. τινί, ne qua ratione. *ne quem* Spald.
ibi loquemur lib. IX. cap. 1. 2. 3.

6. *quid — dignum* sc. profert.
hic promissor Tur. Lassb. *promisso* Amb. 1. Spald. Expressit

dignum? aut quis hoc nescit, alios barbarismos *scribendo* fieri alios *loquendo*? (quia, quod male scribitur, male etiam dici necesse est: quae vitiose dixeris, non utique et scripto peccant) illud prius *adiectione detractione inmutatione transmutatione*, hoc secundum *divisione complexione adspiratione sono* contineri? Sed ut parva sint haec, pueri do- 7
centur adhuc et grammaticos officii sui commonemus. Ex quibus si quis erit plane inpolitus, et vestibulum modo artis huius ingressus intra haec, quae profitentium commentariolis vulgata sunt, consistet: doctiores multa adicient vel hoc primum, quod *barbarismum* pluribus modis accipimus. Unum *gente*, 8
quale fit, si quis *Afrum* vel *Hispanum* Latinae orationi nomen inserat: ut ferrum, quo rotae vinciuntur, dici solet *cantus*, quamquam eo tamquam recepto utitur Persius; sicut Catullus *ploxenum* circa

Horat. de arte P. 189 *quid dignum tanto feret hic promissor hiatu?*

aut quis antiquis hoc T. 1 m. *antiquis. hic* 2 m.

quae vitiose dixeris — peccant L. Amb. 1. *quae vicio subdixeris non utique scripto peccat* T. 1 m. *qui vitiose dixerit n. u. s. peccat* 2 m. *qui v. dixerit, n. u. et scr. peccat* Sp. — Recepta non abhorret a Quintiliani consuetudine.

7. *officii offici* 1 m. *officii* 2 m T.

artis huius om. *artis* T. — 2 m. dat pro *huius eius*. mox *professionum* est *professorum*.

pluribus plurimis Amb. 1.

8. *unum gente* Amb. 1. T 1 m. *unum in gente* 2 m. Sp. *unum pro gente* Laseb. barbarismus fit, loquendo, si ex alia gente vocabulum mutuamur.

orationi orationis T. 2 m.

vinciuntur vincuntur 1 m T.

cantus T. Amb. 1. *canthus* Spald. v. Schneid. I. 1. p. 211. — Cognatum est nostrum die Kante.

Persius Sat. 5, 71.

Nam quamvis prope te, quamvis temone sub uno,
Vertentem sese frustra sectabere canthum (l. *cantum*.),
Quum rota posterior curras et in axe secundo. etc.

ploxenum Catull. 93, 6.

hoc dentes sesquipedales
Gingivas vero ploxeni habet veteris.

Padum invenit et in oratione Labieni (sive illa Corneli Galli est) in Pollionem *casnar* assectator e Gallia ductum est; nam *mastrucam*, quod Sardum est, inludens Cicero ex industria dixit. Alterum genus *barbarismi* accipimus, quod fit animi natura, ut is, a quo insolenter quid aut minaciter aut crudeliter dictum sit, barbare locutus existimatur. Tertium

Labieni labieni T. Haec forma comparanda est cum illis *vehemens, nihil, comprehendo, mihi* pro *vemens, nil, prendo, mi*.

Corneli T. *Cornelii* 2 m T. Spald.

casnar assectator. — *casami affectator* Tur. Lassb. Amb. 1. Flor. *casamum affectatum* T. 2 m. Ahtelov. *casena* Voss. 2. *cassam*. Voss. 1. 3. Bern. Guelf. *casamo*. Goth. *casamum*. Reuvens in Collectaneis litterariis p. 185. et Spalding. *casnar*, quod coniectura est docti cuiusdam hominis, eiiciendum statuerunt, cum Varro de ling. lat. p. 318. ed. Speng. et Festus, qui Varronem exscripserat, Oscorum linguae id tribuerent et senem esse explicarent. Varronis autem in explicandis nominum originibus auctoritas non ea est, ut, cum revera in antiquissima Gallorum lingua ipsum hoc vocabulum reperiatur, id testimonium repudiemus. Vid. Glossaire de la langue Romane par I. B. B. Roquefort T. 1. pag. 217. Paris 1808. *Casnard flatteur, adulateur. Casnarder aduler, idoldtrer.* — Mire abusus est ingenio suo Sarpius in Analect. p. 45., cum Quintilianum scripsisse coniiceret: *casnar affectato ex Oscis ductum est!* — Conf. Ulpianus in titulo de iniuriis l. XV. § 20. 22: *appellat qui alterius pudicitiam blanda oratione attentat; assectatur vero, qui tacitus frequenter insequitur: inde appellatores et assectatores dicuntur.* Lünemann conilcit *casina*, notum ex Plauti fabulis nomen.

ductum dictum T.

mastrucam mastrugam 2 m T. Amb. 1. a 2 m. Tres vocabuli formae sunt, mastruca, mastrucca, mastruga. Schneid. L. G. 1. 2. pag. 237. In Cicerone p. Scauro p. 268 ed. Orelli *mastrucca*, in orat. autem de Provinc. Cons. c. 7. *cum mastrucatis latrunculis* legitur. Conf. Beier ad Cicer. Fragm. pro Scauro pag. 209., qui inde ducit Germ. *Matratze*.

Sardum est quod est Sardum, inridens Amb. 1.

9. *quod fit animi natura* oritur hic barbarismus ex affectu, ardore. Cic. Orat. c. 8. *Ac tamen in hoc ipso Demosthenc diligenter examinante verborum omnium pondera reprehendit Aeschines quaedam et exagitat, illudensque dira odiosa intolerabilia esse dicit. Quin etiam quaerit ab ipso, cum quidem cum belluam appellet, utrum illa verba an portenta sint, ut Aeschini ne Demosthenes quidem videatur Attice dicere.*

insolenter insolentur 1 m T.

existimatur Tur. Lassb. Amb. 1. *existimetur* Sp. *ut* particula comparationis est.

est illud vitium *barbarismi*, cuius exempla vulgo sunt plurima, sibi etiam quisque fingere potest, ut verbo, cui libebit, *adiciat* litteram syllabamve vel *detrahat* aut *aliam pro alia* aut *eandem alio, quam rectum est, loco ponat.* Sed quidam fere 11
in iactationem eruditionis sumere illa ex poetis solent et auctores, quos praelegunt, criminantur. Scire autem debet puer, haec apud scriptores carminum aut venia digna aut etiam laude duci, potiusque illa docendi erunt minus vulgata. Nam duos in uno 12
nomine faciebat barbarismos Tinga Placentinus, si reprehendenti Hortensio credimus, *preculam* pro *pergula* dicens et immutatione, cum *c* pro *g* uteretur, et transmutatione, cum *r* praeponeret *e* antecedenti. At in eadem vitii geminatione *Mettioco Fu-*

10. *barbarismi* *barbarismus* 1 m T.
syllabamve *syllabam ut* T.

11. *illa docendi* *alia docendi* coni. Wolfflus.

12. *Tinga* Tur. Lassb. *Tinca* Spald. *stinga* Amb. 1., sed g videtur esse sec. manus.

preculam pro pergula tales immutationes ad dialectos maxime pertinent, et verisimile est, Placentinos sic locutos esse, ut hodie etiam Itali illius regionis multa habent a sermone Romano discrepantia. Dicunt enim *frebe* pro *febre*, *Parcazio* pro *Pancrazio*. Simile memorat Eustathius exemplum ad Odyss. π, 235. Ἴστέον δέ, ὅτι Ὅμηρος μὲν ὁ γλυκὺς ἀριθμεῖν καὶ νῦν καὶ ἀλλαχοῦ λέγει κοινότερον. καινολόγος δέ τις ποιητὴς μεταθεὶς ἀμιθρεῖν λέγει τὸ ἀριθμεῖν.

uteretur *uterentur* T.

praeponeret e *praeponer e* i. e. praeponeret e T. 1 m. *praeponerent* 2 m. om. *e* Amb. 1. L.

Mettioco Fufettioco dicens. Sic restitui tandem hunc locum. Editio s. l. et a., qua utor, et quae auctore Ebert in annum 1477 incidit, dat, quod proxime ad veritatem accedit, *Metioco Suffecioco eo dicens.* Tur. *et tieo fufectio eo dicens.* Lassb. *mettieo suffectieo eo dicens.* Amb. 1. *metti eo* (*eo* a 2 m.) *et* (a 2 m.) *fuvetio eo.* Compara graecum Μεττίοιο Φουφεττίοιο. Primum vitium est, quod pro Mettii Fufettii graecum genitivum praeferebat, secundum, quod poeticam genitivi terminationem dabat: ausus est non solum dicere *Mettiu Fufettiu*, verum etiam *Mettioco Fufettioco.* Debeo hanc difficillimi loci explicationem Hermanno, optimo meo magistro. Haec enim scribit: In dieser Stelle ist es allerdings schwer, das rechte zu finden, da wir den Vers des Ennius nicht mehr haben. Dann würde sich mit Bestimmtheit sagen lassen, worin die cadem

13 *feltioeo* dicens Ennius poetico iure defenditur. Sed in prosa quoque est quaedam iam recepta inmutatio. Nam Cicero *Canopitarum* exercitum dicit, ipsi *Canobon* vocant; et *Trasimenum* pro *Tarsimeno* multi auctores, etiamsi est in eo transmutatio, vindicaverunt. Similiter alia; nam sive est *adsentior*, Sisenna dixit *adsentio* multique et hunc et analogian secuti:

vitii geminatio bestanden habe. Wie die Sache ietzt liegt, kann schwerlich gemeynt seyn, dass der eine Fehler in Metico, der andere in Fufetico liege, sondern entweder muss iedes dieser Wörter für sich, oder wenigstens das eine derselben zwey Fehler zugleich enthalten. Ferner fragt es sich, worin diese Fehler bestehen sollen. Die immutatio ist wohl der eine: aber von einer transmutatio sieht man nichts. Doch das dürfte wohl auch Quintilian nicht meynen, sondern bloss, dass diese Wörter zwey Fehler, wenn auch andere als die genannten, in sich fassten. Mir scheint es nun, zumal nach der Lesart der Mss., dass Ennius geschrieben haben möge Metioeo Fufetioeo, d. i. *Μετιοιο Φουφετιοιο*. Hier würde nun der doppelte Fehler einmal in der immutatio bestehen, dass i in u verwandelt wäre, und der griechische Genitiv gebraucht; zweytens aber auch dieser wieder in die poetische und den Römern sonst nicht gewöhnliche Form oeo verändert wäre, daher hinzugesetzt wird poetico iure defenditur. Metrische Fragen sind in einem solchen Falle ganz unnütz, und die Kritiker hätten sich das ersparen können; denn die Worte können auf mehr als eine Weise im Hexameter gestellt gewesen seyn, z. B. durch ein dazwischengesetztes que getrennt, oder Metioeo zu Ende, Fufetioeo zu Anfang des Verses. Schwerlich aber, was ein zu arger Barbarismus wäre, kann an den attischen Genitiv, wie Androgeo, gedacht werden.

13. *quoque est est quoque* Lassb.

Cicero Dixit fortasse hoc in oratione *de rege Alexandrino*. Insertum est fragmentorum collectioni Orellii pag. 583.

ipsi Canobon apud Strabonem *Κάνωβος* legitur. Conf. Markland ad Statii Silv. 2, 7, 70.

Trasimenum pro Tarsimeno sic scripsi. *trasumiennium pro tarsumiennio* Tur. *trausumiennum* (2 m delevit primam *u*) pro *tarsumienno* Lassb. *Tharsomenum pro Thrasumeno* Sp. Trasimenus lacus graece *Ταρσιμένη λίμνη*. Amb. 1. a 1 m. dat *transumenum pro thasumeno*, sed in margine legitur: *trasimenum pro tarsimeno*. [Cf. intpp. ad Flor. II. 6, 13. p. 278. ed. Lips.]

in eo om. *eo* Tur. *in verbis* Lassb.

sive est adsentior i. e. sive verum est *adsentior* etc.

Sisenna multa nova dixit, ut videtur; observatur enim aliud quoque lib. 8, 3, 35. *albente caelo*.

analogian non repudiavi hanc lectionem, cum graecae formae hoc aevo vulgatae essent. Sic *syllogismos* et *syllogismon* non rare apud Quintil. legitur. 3, 6, 77. *Doryphoron* 5, 12, 21. *Isthmos* 3, 8, 16. *epicherematos* 5, 14, 5. *Discobolos* 2, 13, 10. — Ceteri *analogiam*.

secuti sequti sunt 2 m T.

sive illud verum est; haec quoque pars consensu defenditur. At ille pexus pinguisque doctor aut illic 14
detractionem aut hic adiectionem putabit. Quid? quod quaedam, quae singula procul dubio vitiosa sunt, iuncta sine reprehensione dicuntur? Nam et 15
dua et *tre pondo* diversorum generum barbarismi, at *duapondo* et *trepondo* usque ad nostram aetatem ab omnibus dictum est et recte dici Messala confirmat. Absurdum forsitan videatur 16
dicere, barbarismum, quod est unius verbi vitium, fieri per numeros aut genera sicut soloecismum: *scala* tamen et *scopa* contraque *hordea*

14. *at ille pexus pinguisque doctor.* Forcellini *s. v. pinguis* addit: „*his simul ad corporis obesitatem et ingenii tarditatem respexit.*“ Verba significant id, quod nos dicimus ein Wortklauber, ein dummer Pedant. Quintilianus dicit, multis in vocabulis duas invaluisse formas, quae ambae rationem habeant probabilem, et ius ab optimis auctoribus sumasi, ut *adsentior* et *adsentio* pari auctoritate vindicatur. doctor autem umbraticus unam tantum formam probabit, alteram damnabit, quasi sit detractione litterae aut adiectione corrupta. non est autem *adsentior* adiectione r, *adsentio* detractione huius litterae ortum, sed *adsentior* consensu multorum auctorum firmatur, *adsentio* secundum analogiam verbi *sentio*, *consentio* formatur. At Spald. haec de eleganti nitidoque doctore intelligit.

quid? quod quioquod Tur. *quid quidem* Lassb.

15. *et dua et tre pondo. dua* non dicitur nisi hac iunctura *duapondo* i. e. duas pondo libras habens. Si ergo *dua* consuetudini repugnat, in Ciceronis Oratore emendandus erit locus cap. 46.

Video sepolcra dua duorum corporum,

ubi Vitebergensis solus veram lectionem *duo* (*δύο*) defendit. *Tre* eundem continet barbarismum ut *dua*; separatum enim non dicitur, sed *trepondo* i. e. tres libras pondo habens. Receptam dat Amb. 1. ut voluit Gesnerus. *et dua et tre et pondo* T. L. *nam dua et tre et pondo* Spald. *Pondo* separatum barbarismum non continet.

generum barb. Tur. Lassb. *generum sunt barbarismi* Spald.

Messala messana Lassb.

16. *absurdum absurdum* T.

forsitan Tur. Lassb. Amb. 1. *forsan* Spald. — § 6. *occurrat mihi forsan.*

scala et scopa v. Schneid. I. 2. p. 425.

hordea ordea Lassb. Virgilius tamen hoc dixit Geo. 1. 210. *et hordea campis.* ubi Servius: Sane reprehensus Virgilius dicitur a Bavio et Maevio hoc versu: Hordea qui dixit, superest ut farina dicat. „*Etiam Quintilianus in prosa oratione hordea reiecit, quia, quae ponderi ac mensurae subiecta sint, pluraliter non de-*

et *mulsa*, licet litterarum mutationem detractionem adiectionem habeant, non alio vitiosa sunt, quam quod pluralia singulariter et singularia pluraliter efferuntur, et *gladia* qui dixerunt, genere exciderunt.
17 Sed hoc quoque notare contentus sum, ne arti culpa quorundam pervicacium perplexae videar et ipse quaestionem addidisse.

Plus exigunt subtilitatis quae accidunt in *dicendo* vitia, quia exempla eorum tradi scripto non possunt, nisi cum in versus incidorunt ut divisio *Europae* et

clinentur: sed contra illum canonem iam Cicero de Amicit. c. 19. vina dixerat. Ceterum de auctore huius versiculi dubitari potest. quandoquidem non exputo, quo pacto uterque eiusdem versus auctor esse possit, nisi forte in libro communi opera scripto illam reprehensionem Virgilianae dictionis proposuerint, aut Servius fortasse scripserit a Baevio aut Maevio, quippe ignorans, utri poetae illa versus sit ascribendus. Huc accedit, quod Cledonius ap. Putschium p. 1898 cum Cornificio Gallo tribuit, quem Burmannus ad Ovid. Trist. II. 436., Servianae immemor notae, secutus est. Hic vero Cornificium Gallum, si vera auctor est, nullus esse posset alius, quam obtrectator iste Virgilii, cuius meminit Donatus in Vit. Virgil. c. XVII. § 67. ibiq. Heyne: quod Spaldingii causa moneo, qui ad Quintil. l. c. Cornelium Gallum pro Cornificio Gallo substitutum voluit; at Cornelius Gallus Virgilio, amico suo, eiusmodi minutias exprobrarit? Sensit hoc ipse Spaldingius.“ Haec verba sunt M. A. Weicherti in Commentat. de Q. Horatii Flacci Obtrectatoribus. pag. 13. — Conf. Schneid. L. G. I. 2. pag. 380.

mulsa Schneid. I. 2. p. 383.

adiectionem habeant. recepi lect. Tur. et Lassb. Amb. 1. et ceterorum codd. — edd. plerueque dant *adiectionem non habeant.* — *Scala* et *scopa*, *hordea* et *mulsa* pro scalae, scopae, hordeum, mulsum barbarismi sunt non tam propter mutationem, detractionem et adiectionem litterarum (quamvis iam propter hanc causam barbarismos esse dicas) quam propter mutationem generis. — Spald. negationem habet, probante Zumpt.

exciderunt i. e. peccarunt, aberrarunt.

17. *addidisse* *addisse* T.

subtilitatis *suptilitatis* T.

Europae et *Asiae* sic Tur. Lassb. Reprehendit Quint. eos, qui ita loquebantur, ut *Europaē* et *Asiaē*, non in diphthongum iunctis ultimis vocalibus, pronuntiarent. non minus vitiose dicunt in prosa oratione *Europaē* quam *Phaēthon*, iunctis in diphthongum duabus vocalibus. non reprendit ergo poetas, cum id iis facere liceret, sed eos, qui in sermone quotidiano tam affectate efferebant voces, poeticam licentia usi. Spaldingius autem divisionem primae syllabae *Eu* in *Europae* intellexit in praefat. ad T. I. p. 74., quam opinionem impugnabat Schneiderus I. l. p. 52. — *ut divisio Europae*

Asiae, et ei contrarium vitium, quod συναίρεσιν et συναλοιφὴν Graeci vocant, nos complexionem dicimus, qualis est apud P. Varronem *Tum te flagranti deiectum fulmine Phaethon.* Nam si esset prosa 18
oratio, easdem litteras enunciare veris syllabis licebat. Praeterea quae fiunt spatio, sive cum syllaba correpta producitur ut *Italiam fato profugus*, seu longa corripitur *Unius ob noxam et furias*, extra carmen non deprehendas: sed nec in carmine vitia ducenda sunt. Illa vero nonnisi aure exiguntur, quae 19

et ei c. v. Spald. — Amb. 1. a 1 m. dat ut *divis et europa lais ei* a 2 m. *velut divisio europa et asiae.* — Osann Anal. Cr. p. 111. legendum putat *Europai* et *Asiai*, cum Quint. in suae aetatis poetis antiquatum hunc scribendi morem reprendat.

συναίρεσιν *CYNAIPECYN* et *CYNAIΦHN* T. 1 m. *sinaeresin* et *synaliphen* 2 m.

complexionem comprensionem Lassb.

Tum te flagranti sic Tur. Amb. I. *tum te efflagranti* Lassb. cum *te* Sp.

Phaethon. Phaeton Spald. nostram formam Gesnerus iam probavit, quem Schneiderus sequitur I. 1. pag. 50. — *Phoethon* Tur. *Phaethon* Donat. de Metaplasmo pag. 1772. *Διαίρεσις est divisio syllabae unius in duas facta, ut est: Olli respondet rex Albai Longai. Albai in medio. Vestis pictai. Συναίρεσις vel συνεσυναλοιφὴ est conglutinatio duarum syllabarum in unam facta, contrariae diaeresi ut Phaeton pro Phaeton, ut aripedem cervam pro aeripedem cervam. Συναλοιφὴ est per interceptionem concurrentium vocalium lubrica quaedam lenisque collisio ut, Atque ea diversa penitus dum parte geruntur. haec a quibusdam συναίρεσις dicitur. Ἔκθλιψις est* etc. Sic enim in editione maiore Donati legitur, quam ex codice adhuc incognito nuperrime descripsi. aliter enim apud Putschium: *Διαίρεσις est divisio syllabae unius in duas facta, ut est: Olli respondit rex Albai Longai. Pro eo quod est Albae longae. Συναίρεσις est conglutinatio duarum syllabarum in unam facta contraria Diaeresi* ut *Phaeton pro Phaeton, aeripedem cervam pro aeripedem. Ἔκθλιψις est consonantium cum vocalibus aspere concurrentium quaedam difficilis ac dura collisio ut: Multum ille et terris iactatus et alto. Συναλοιφὴ est per interceptionem concurrentium vocalium lubrica quaedam lenisque colliscio, ut: Atque ea diversa penitus dum parte geruntur. Haec a quibusdam Synaeresis nuncupatur.* — Alterum exemplum complexionis habes ap. Manilium Astron. I. 784. *Phaethontem patrio curru per signa volantem.*

18. *quae fiunt spatio* i. e. spatio temporis, die Quantität. Tur. a 2 m. dat pro *spatio tempore.*

corripitur Unius T. L. Amb. 1. *corr. ut unius* Sp.

fiunt per sonos: quamquam per aspirationem, sive adicitur vitiose sive detrahitur, apud nos potest quaeri, an in scripto sit vitium, si H littera est non nota? Cuius quidem ratio mutata cum temporibus
20 est saepius. Parcissime ea veterea usi etiam in vocalibus, cum *oedos ircos*que dicebant. Diu deinde reservatum, ne consonantibus adspirarent ut in *Graecis* et in *triumpis*. Erupit brevi tempore nimius usus, ut *choronae chenturiones praechones* adhuc quibusdam in scriptionibus maneant: qua de re Catulli
21 nobile epigramma est. Inde durat ad nos usque *vehementer* et *comprehendere* et *mihi;* nam *mehe* quoque pro *mè* apud antiquos tragoediarum praeci-

19. *quaeri* quamvis soni non possint scripto tradi, de iis tamen vitiis, quae aspiratione fiunt vel *h* littera, potest disputari, utrum in nonnullis vocabulis recte sit adiecta, an secus. Graeci de sonis non possunt scripto disputare, utrum male pronuntietur annon, Romani autem de aspiratione certe praecipere possunt, cum littera h ea significetur, non tantum sono notetur. non in pronuntiatione solum male aspiratur, sed etiam in scripto haec littera male interdum additur, ita ut vitium huius rei a praecipientibus notari possit. — *Si igitur h littera est*, quod Quintilianus neque negat neque affirmat, eodem modo ut 1, 4, 9., in certis nominibus quaeri potest, an aspiratio adscribenda sit an minus; nam, si non est littera, numquam ea adscribenda est, ut etiam Graeci in libris illud adspirationis signum non addere solebant. — Gesner Gothani lectionem recepit: *apud nos potest quaeri, an in scripto sit vitium, si H litera non est notata.* probante Sarpio in Anal. p. 47. — Buttmannus verba haec *si h littera est, non nota* glossam putat, v. Spald. praef. T. 1. p. 75.

20. *oedos cados* Tur. *edos* Lassb.
reservatum T. *servatum* Spald.
adspirarent Tur. Lassb. fort. Amb. 1. *aspiraretur* Spald.
Graecis et in triumpis Amb. 1. *in gracchis et in triumphis* Tur. *in Graecis et triumpis* Spald.
in scriptionibus recepi e Lassb., quod coniecit Schützius ad Cicer. Oratorem p. 213. *inscriptionibus* Ceteri.
Catulli epigr. 81.
Chommoda dicebat, si quando commoda vellet
Dicere, et hinsidias Arrius insidias. etc.

21. *ad nos usque usque ad nos* Lassb.
vehementer veteres ergo Romani dixerunt *vemens, comprendere, mi, Ala*, recentiores *vehemens, prehendere, mihi, Akala.*
nam mehe nam mee Tur. *nam meae* Lassb. *et mehe* Spald. *nam* dat etiam Amb. 1.

pue scriptores in veteribus libris invenimus. Adhuc 22
difficilior observatio est per *tenores*, (quos quidem ab antiquis dictos *tonores* comperi videlicet declinato a Graecis verbo, qui τόνους dicunt) vel *accentus*, quas Graeci προσῳδίας vocant, cum acuta et gravis alia pro alia ponuntur ut in hoc *Camillus*, si acuitur prima, aut gravis pro flexa ut *Ce-* 23
thegus et hic prima acuta; nam sic media mutatur, aut flexa pro gravi aut apice circumducta

22. *adhuc* veteres Latini dicebant *etiam*. v. Spald. ad h. l. et Hand. in Turcllino T. I. p. 165.

videlicet, ut videlicet T. L. ceteri. Omittit *ut* Amb. 1., ut optabat Spald. in praef. p. 75. inprobante quidem Sarpio An. p. 41.

declinato declinatio Tur.

a Graecis verbo verbo a Graecis Lassb.

qui τόνους — προσῳδίας Amb. 1. dat: *qui tonos* (sequitur vacuum spatium) *vel accentus* (iterum spat. rel.) *προσῳδ.* — *tonos* dant etiam T. L.

ponuntur Tur. Lassb. Amb. 1. *ponitur* Sp.

Camillus hoc explicat Donatus de Tonis p. 1741. „*Si penultima positione longa fuerit, ipsam acuemus et antepenultimam gravi accentu pronuntiabimus ut Catellus, Metellus.*“ — Ideo fit barbarismus, cum prima syllaba vocab. *Camillus* acuitur, non gravi accentu pronuntiatur.

23. *Cethegus* Donatus: *Si ultima brevis fuerit, penultima vero natura longa, penultima circumflectatur ut Cethegus, Berosus.* Conf. I. Lipsii lib. de pronuntiat. lat. linguae p. 52 sq.

nam sic si Lassb.

aut apice c. *sequenti* T. L. Amb. 1. Sumpt his verbis lectionem codd. defendit: „Itaque si restitueris *aut flexa pro gravi aut apice circumducta sequenti* (vel *sequente*), utriusque rei exempla in Graecis nominibus, quae posuit auctor, observabis. Nimirum cum doctissimi olim pronuntiare solerent *Átrĕus*, vitium fieri indicat Quintilianus, si quis *Atréus* (tribus syllabis) dicat, i. e. flexam pro gravi pronuntiet, ac dupliciter et contractione et accentu peccari ab iis, qui *Neréi* duabus syllabis loquantur, cum debeant *Nérei*. Quod de apice exposuit Spaldingius, verum est sine dubio, eum non esse circumflexum sed longae syllabae signum (—), sed cum adiecerit Quintilianus verbum *circumducere*, utroque coniuncto idem efficitur, ac si dixisset *syllabam circumflexam*.“ Spald. coniecit *ut Appi circumducta sequente*. Sarpe *ut Apici c. s.* Lünemann *ut Appi* (plurali numero) *c. s.* Osann Anal. Cr. p. 174. in eandem cum Sarpio incidit coniecturam. Hermannus haec mecum communicavit: Ich möchte doch ut Apici für das richtige halten. Dass ein Beispiel hier gestanden habe, und zwar ein lateinisches, deuten die folgenden Worte an: sed id saepius in graecis nominibus accidit. Nun aber gibt Apici den doppelten Fehler, von dem Quintilian hier

sequenti, quam ex duabus syllabis in unam cogentes
24 et deinde flectentes dupliciter peccant. Sed id saepius in Graecis nominibus accidit ut *Atreus*, quem nobis iuvenibus doctissimi senes acuta prima dicere solebant, ut necessario secunda gravis esset; item
25 *Nerei Tereique*. Haec de accentibus tradita. Ceterum scio iam quosdam eruditos nonnullos etiam grammaticos sic docere ac loqui, ut propter quaedam vocum discrimina verbum interim acuto sono
26 finiant, ut in illis *Quae circum litora, circum piscosos scopulos*, ne, si gravem posuerint secundam, *circus* dici videatur non *circuitus*. Item *quantum quale* interrogantes gravi, comparantes acuto tenore concludunt, quod tamen in adverbiis fere solis ac pronominibus vindicant, in ceteris veterem legem se-
27 quuntur. Mihi videtur conditionem mutare, quod his locis verba coniungimus. Nam cum dico *circum litora*, tamquam unum enuncio dissimulata distinctione, itaque tamquam in una voce una est acuta; quod

spricht: denn statt des gravis der letzten Silbe in Apicii steht eine flexa, ſ, und diese ist leider aus ii zusammengezogen.

sequenti sic Tur. Lassb. ut 4, 5, 18. *cum illo sequenti sit solo utendum.* 5, 6, 2. *ex abundanti.* 6, 2, 26. *in recenti dolore.* Spald. *sequente.* In participiis numquam haec positio *i* invenitur: tum autem, cum substantivorum locum obtinent, ablativus in *i* terminatur, quod iis substantivis semper accidit, qui in genitivo plurali *ium* habent.

24. *item Nerei Tereique* T. Amb. 1. *item Terei Nereique* Spald. eaque uncis inclusit.

25. *ceterum cacterum* T. § 26. *ceteris* T.
scio iam Tur. Lassb. Amb. 1. *iam scio* Spald.
propter quaedam vocum praeter q. v. Lassb. *propter voc. quaed.* Amb. 1.

26. *litora littera* 1 m T. *litora* 2 m. ut § 27 *litora.*
quantum quale Idem docet Priscianus lib. 17. cap. 5. pag. 29. T. 2. Krehl: *Et quemadmodum nomina interrogativa generalem accentuum legem servant, relativa vero in finc acuuntur, (sed in contextu orationis praeposita ipsum quoque acutum in gravem convertunt, ut quis vel qui, cuius, cui, qualis, quantus) sic adverbia qualiter, quotiens. — itemque cum quale* T. L. Amb. 1.
sequuntur secuntur T.

27. *conditionem condicionem* T.

idem accidit in illo *Troiae qui primus ab oris*. Evenit, ut metri quoque conditio mutet accentum ut 28
Pecudes pictaeque volucres: nam *volucres* media acuta legam: quia, etsi natura brevis, tamen positione longa est, ne faciat iambum, quem non recipit versus herous. Separata vero haec a praecepto 29
non recedent, aut si consuetudo vicerit, vetus lex sermonis abolebitur, cuius difficilior apud Graecos observatio est, quia plura illis loquendi genera, quas *Διαλέκτους* vocant, et quod alias vitiosum, interim alias rectum est; apud nos vero brevissima ratio. Namque in omni voce *acuta* intra numerum trium 30
syllabarum continetur, sive eae sunt in verbo solae sive ultimae, et in his aut proxima extremae aut ab ea tertia. Trium porro, de quibus loquor, media longa aut acuta aut flexa erit, eodem loco brevis utique gravem habebit sonum, ideoque positam ante se, id est ab ultima tertiam acuet. Est autem in 31
omni voce utique acuta, sed numquam plus una

28. *natura brevis* Tur. Lassb. Amb. 1. *brevis natura* Spald.
longa est om. *est* Lassb.
faciat faciant Lassb.
quem non om. *non* Lassb.
herous Amb. 1. a 1 m. Sp. *heroicus* T. L.

29. *abolebitur adolebitur* T.
apud Graecos de accentibus in lingua Romana melius disputari potest, cum unum vocabulum numquam duobus modis acuatur, quod apud Graecos fieri solet, ubi Iones saepe aliam syllabam flectunt aut acuunt, aliam Attici. Haec observatio, quamvis non totam materiem accentuum graecorum conficiat, non a veritate quidem abhorret, neque indigna est Quintiliano, qui graecam et latinam linguam saepe comparare solet. Quare non video causam, cur Gesnerus et Spaldingius totam hanc periodum pro interpolatione habuerint, quam opinionem etiam Sarpius improbavit in Anal. p. 50.
quas Διαλέκτους quae dialectos Lassb. *quas dilectus* T. 1 m. *quae dilectus* 2 m.
interim alias i. e. alias tamen.

30. *sive eae sive ea sunt* T. *sive hae sunt* Amb. 1.
in his in iis Tur. *in his autem* Lassb.
erit erat T.
id est ab ultima tertiam suspecta sunt Sarpio An. p. 23.

nec umquam ultima, ideoque in disyllabis prior. Praeterea numquam in eadem flexa et acuta, quoniam eadem flexa et acuta; itaque neutra cludet vocem Latinam. Ea vero, quae sunt syllabae unius, erunt acuta aut flexa, ne sit aliqua vox sine acuta.
32 Et illa per sonos accidunt, quae demonstrari scripto non possunt, vitia oris et linguae: *ἰωτακισμοὺς* et *λαβδακισμοὺς ἰσχνότητας* et *πλατεισμοὺς* felicio-res fingendis nominibus Graeci vocant, sicut *κοι-λοστομίαν*, cum vox quasi in recessu oris auditur.
33 Sunt etiam proprii quidam et inenarrabiles soni,

31. *nec umquam ultima* Tur. Lassb. Amb. 1. *nec ultima unquam* Sp.
disyllabis dissyllabis T.
quoniam qui in eadem T. 1 m. *quia in eadem* 2 m. *qui in eadem* L. *quoniam — acuta* om. Obr. fort. Amb. 1. Numquam in eadem voce est flexa et acuta, quoniam eadem est flexa et acuta syllaba. Spaldingius sic coniecit: *quoniam flexa est acuta aut quoniam in flexa est acuta.* Sarpio autem ea sunt suspecta An. p. 23.
itaque utique 2 m T. fort. Amb. 1.
cludet T. *cludere* dicitur ut *recludere, concludere.* Quint. 9, 4, 36. *cludantur. claudet* Spald. — *claudit vocem suam lat.* L.
quae sunt om. *sunt* L.

32. *vitia oris vitioris* T. 1 m. *vitio oris* 2 m.
ἰωτακισμοὺς miotacismus et labdacismus et ischnoteitas et plateasmus Tur. Lassb. *moitacismus* T. 2 m. *miotacismos* Amb. 1.
ἰωτακισμοὺς i. eine Aussprache, wo alle Vokale beynahe wie i tönen. *λαβδακισμοὺς* die abgestumpfte lallende Aussprache, welche das l gibt statt der rollenden scharfen Aussprache des r, oder wo man statt des einfachen l ein gedoppeltes hört.
λαβδακισμοὺς λαμβδακισμοὺς Spald. 1, 11, 5. *labda succedit.*
ἰσχνότητας In voce humana *exilitas* est, quam *ἰσχνότητα* Graeci dixerunt et *ἰσχνοφωνίαν*, muliebris quaedam in voce mollities et gracilitas, virilitati et gravitati opposita. Eius contrarium vitium est *pinguetudo*, quem *πλατεισμὸν* dixit Fabius. *ἰσχνότης* ergo est eine winzige Stimme, wo alle Töne nur halb tönen. Conf. Ernesti Lex. Rhet. v. *exilis. πλατεισμὸς* eine breite plumpe Aussprache.
vocant volant T.
κοιλοστομίαν celostomian 1 m. *occultum os.* 2 m T.
κοιλοστομία eine Aussprache, bey der man alle Laute an der Kehle hinten, statt vorn im Munde bildet. Helvetii praecipue sonos tamquam gutturales pronuntiant.

33. *inenarrabiles inimitabiles* coni. Ernesti Lex. Rhet. lat. v. figura p. 170.

quibus nonnumquam nationes deprehendimus. Remotis igitur omnibus, de quibus supra diximus, vitiis erit illa quae vocatur ὀρθοέπεια id est emendata cum suavitate vocum explanatio: nam sic accipi potest recta.

34 Cetera vitia omnia ex pluribus vocibus sunt, quorum est *soloecismus;* quamquam circa hoc quoque disputatum est. Nam etiam qui complexu orationis accidere eum confitentur, quia tamen unius emendatione verbi corrigi possit, in verbo esse vitium non in sermone contendunt, cum, sive *amarae cor-* 35 *ticis* seu *medio cortice* per genus facit soloecismum (quorum neutrum quidem reprehendo, cum sit utriusque Virgilius auctor, sed fingamus utrumlibet non recte dictum), mutatio vocis alterius, in qua vitium erat, rectam loquendi rationem sit redditura, ut *amari corticis* fiat vel *media cortice.* Quod manifestae calumniae est: neutrum enim vitiosum est separatum, sed compositione peccatur, quae iam sermonis est. Illud eruditius quaeritur, an in singulis 36

quibus — deprehendimus recepi Burmanni coni. — *quibus — reprehendimus* Codd. *in quibus — rep.* coni. Heindorf.
de quibus Tur. Lassb. Amb. 1. *quae supra d.* Spald.
diximus *dixi* Amb. 1.
ὀρθοέπεια *orthoepia* T.
nam sic *nam si* Tur. Lassb.

34. *vocibus* *vocalibus* corruptum ex *vocabulis.*
complexu orationis i. e. in sermone, in pluribus vocibus, in serie orationis ut § 37.
quia tamen *qui tamen* T. 2 m.

35. *sive amarae* *sive amore* T. 1 m.
soloecismum *soloe q.* T. 1 m.
reprehendo *reprehensio* T. 1 m.
sit redditura, ut Sic restitui locum ex Lassb., qui quidem praebet *sit redditura aut.* Turic. dat *sic redditur aut* a 1 m. *sic reddit aut* a 2 m. Spald. *sic reddit, ut,* qui tamen offendebatur, quod *cum* cum indicativo barbare erat iunctum. Nunc receptam firmat Amb. 1.
vitiosum est sep. Tur. Lassb. Amb. 1. *vitiosum separatum est* Spald.
quae iam *quae etiam* Lassb.

quoque verbis possit fieri soloecismus uti si unum quis ad se vocans dicat *venite*, aut si plures a se dimittens ita loquatur *abi* aut *discede*. Nec non cum responsum ab interrogatione dissentit ut si dicenti *Quem video?* ita occurras *Ego*. In gestu etiam nonnulli putant idem vitium inesse, cum aliud
87 voce aliud nutu vel manu demonstratur. Huic opinioni neque omnino accedo neque plane dissentio. Nam id fateor accidere voce una, non tamen aliter quam si sit aliquid, quod vim alterius vocis obtineat, ad quod vox illa referatur: ut *soloecismus* ex complexu fiat eorum, quibus res significantur et volun-
88 tas ostenditur. Atque ut omnem effugiam cavillationem, sit aliquando in uno verbo numquam in solo verbo. Per quot autem et quas accidat species, non satis convenit. Qui plenissime, quadripertitam volunt esse rationem nec aliam quam barbarismi, ut fiat adiectione ut *Veni de Susis in Alexandriam*,

36. *uti si* Tur. Lassb. *ut si* Spald.

plures — ita loquatur pluribus — ita loquatur T. 1 m. *plures a se dim. dicat.* L. Est διττογραφία. aut enim legebatur *pluribus a se dimittens, dicat.* aut *plures a se dimittens, ita loquatur.*

ab interrogatione ab interrogante Tur. Lassb. Amb. 1.

37. *fateor accidere* Tur. Lassb. Amb. 1. *fateor posse accidere* Spald.

significantur significatur Guelf. prob. Sp. et Gernh.

38. *sit aliquando* T. L. Amb. 1. prob. Zumpt, *fit aliq.* Sp.

in solo verbo non in contextu orationis.

adiectione adiectione Nam enim desusum in alexriam T. 1 m. *adiectione, detractione. Adiectione nam veni desusum in alexandriam* 2 m. *adiectione nam enim de susum* L. Amb. 1.

veni de Susis in A. Omnes auctores interdum nominibus urbium praepositiones addunt, sive id perspicuitate, sive negligentia, seu alia quadam ratione fiat, quae complexu orationis apparet. Conf. Handius in Turcellino p. 10. et 80. Tenendum autem est, praepositiones omnino non esse necessariam orationis graecae et latinae partem, quare neque de ellipsi earum neque de pleonasmo multa praecepta dari possunt: auctores ipsi maxime hac in parte inter se differunt. Dicunt tamen plerique *veni Susis Alexandriam*, omissa praepositione *a* et *in*, quoniam ex casu ablativo et accusativo et ex complexu verborum vis sententiae sit manifesta; nam ipsis in casibus vis eadem continetur, quam praepositio cum casu coniuncta

detractione *Ambulo viam*, *Aegypto venio*, *Ne hoc fecit*, transmutatione, qua ordo turbatur, *Quoque* 39
ego, *Enim hoc voluit*, *Autem non habuit*: ex quo genere an sit *igitur* initio sermonis positum dubitari potest, quia maximos auctores in diversa fuisse opinione video, cum apud alios sit etiam frequens, apud alios numquam reperiatur. Haec tria genera 40
quidam deducunt a soloecismo, et *adiectionis* vitium *πλεονασμόν*, *detractionis ἔλλειψιν*, *inversionis*

significat. Praepositio omitti potest, quando nulla ambiguitas in oratione oritur. Sic in nominibus urbium, quando ponimus accusativum, ablativum vel genitivum, nemo de sensu et ratione ambiget. Quare his in nominibus numquam fere praeponebant praepositiones, et tunc tantum, ubi perspicuitas id postulare videbatur.

ambulo viam i. ambulo per viam. vid. Perizon. ad Sanct. Min. III. c. 3. s. v. *ambulare*. Zumpt coni. *ambulo via* sc. *in*. — praepositio omittitur, cum in ipso accusativo haec vis insit, quae praepositione *per* indicatur. Ex Homero scimus, raro esse usos veteres praepositionibus: nam in multis locis, ubi postea addebantur, genitivus, dativus, accusativus solus adest. ex casibus enim tota sententia perspicitur, atque haec virtus graecae et latinae linguae maxima est: nostra enim ea caret.

ne hoc fecit i. e. ne hoc quidem fecit. Contra hoc praeceptum pugnarunt Bentleius, Ruhnkenius, Heindorfius, Handius. Credo equidem, aetate Quintiliani scriptores quosdam, ad quos alludit noster, fuisse, qui sic loquerentur, optimos vero auctores hac figura abstinuisse: nam loci ii, quos adhuc attulerunt ex Cicerone Viri Docti, aut corrupti aut iam emendati sunt. Conf. Ochsnerus in indice ad Ciceronis Eclogas. p. 480. Latini enim dixerunt aut *ne — quidem* aut *nec*. — *nec hoc fecit* T. L.

39. *qua ordo turbatur* suspecta sunt Sarpio in An. p. 23.

quoque ego sunt tamen multi loci, ubi *quoque* nomini, ad quod pertinet, praecedit, sed ex melioribus codd. emendandi erunt. nam in his potissimum rebus sunt depravati codices neglegentia librariorum, ut 5, 10, 19. —

enim hoc voluit interdum tamen sic loquebantur veteres. v. Forbiger ad Lucret. VI. 1276. Sic Seneca de Benef. VII, 5. *Enim sic.*

autem non habuit v. Haud in Turscll. I. p. 577.

igitur Quintilianus certe non raro initio sermonis posuit. 1, 1, 1. *Igitur nato filio pater spem de illo primum quam optimam capiat.* 1, 9, 2. *Igitur Aesopi fabellas — condiscant.* 3, 8, 24. *Igitur in his quoque causis aut de sola utilitate ambigetur.* 2, 14, 5. *Igitur rhetorice — sic, ut opinor, optime dividetur.* 7, 10, 3. 8, 1, 1.

initio T. *in initio* Spald.

40. *deducunt* T. Amb. 1. L. *diducunt* Sp. cf. 1, 4, 20.

ἔλλειψιν ΕΛΛΕΙΥΙΝ T.

ἀναστροφὴν vocant, quae si in speciem soloecismi cadant, ὑπερβατὸν quoque eodem appellari modo
41 posse. *Inmutatio* sine controversia est, cum aliud pro alio ponitur. Id per omnis orationis partes deprendimus frequentissime in verbo, quia plurima huic accidunt, ideoque in eo fiunt *soloecismi* per *genera tempora personas modos*, sive cui *status* eos dici seu *qualitates* placet, vel sex vel ut alii volunt octo (nam totidem vitiorum erunt formae, in quot speciem eorum quidque, de quibus supra dictum est,
42 diviseris); praeterea *numeros*, in quibus nos *singularem* ac *pluralem* habemus, Graeci et δυϊκόν. Quamquam fuerunt, qui nobis quoque adicerent dualem *scripsere legere:* quod devitandae asperitatis gratia mollitum est ut apud veteres pro *male mereris male merere*, ideoque quod vocant *dualem* in illo solo genere consistit, cum apud Graecos et in verbi tota fere ratione et in nominibus deprendatur,

ἀναστροφὴν ἀναστροφε T. Graeca vocabula maioribus utique litteris sunt scripta. in Tur., in Lassb. ab alia manu emendate et eleganter adiecta.

cadant cadunt T. L. Amb. 1. *cadat* Guelf. Gothanus. Sensus est: si haec tria genera essent soloecismi, idem nomen ὑπερβατὸν quoque haberet; nam quod grammatici inversionem dicunt, rhetores ὑπερβατὸν vocant.

eodem appellari modo sic Lassb. Amb. 1. *eodem appellari posse* omisso *modo* Tur. *apellari eodem modo* Sp.

41. *inmutatio* i. e. inmutatio sine controversia soloecismus est.
id per omnis. id sc. genus. — *omnes* T. 2 m. Sp.
deprendimus deprehendimus Spald.
per genera tempora v. 1, 4, 27.
sive cui sive quia Tur. *sive quia cui stateos dici* Lassb.
qualitates qualitatis Tur. Lassb.

42. δυϊκόν, *dualem* 2 m T.
adicerent adiecerunt Lassb.
devitandae Tur. *evitandae* Amb. 1. Spald. *vitandae* Lassb.
apud veteres scil. poetas. v. Spald. ad 4, 2, 118.
mereris mereres T. Alia exempla habet Beier ad C. p. Tullio pag. 70.
dualem T. L. *duale* Spald., quod nemo dixit. legendum fortasse *quem vocant dualem.*
deprendatur deprehendatur Spald.

et sic quoque rarissimus eius sit usus; apud nostro- 43
rum vero neminem haec observatio reperiatur, quin e contrario *Devenere locos* et *Conticuere omnes* et *Consedere duces* aperte nos doceant nil horum ad duos pertinere; *Dixere* quoque, quod Antonius Rufus ex diverso ponit exemplum, de pluribus patronis praeco pronuntiet. Quid? non Livius circa 44
initia statim primi libri *Tenuere*, inquit, *arcem Sabini* et mox *In adversum Romani subiere?* Sed quem potius ego quam M. Tullium sequar? qui in Oratore *Non reprendo*, inquit, *scripsere: scripserunt esse verius sentio.* Similiterne in vocabulis et 45
nominibus fit *soloecismus genere numero* proprie autem *casibus*, quicquid eorum alteri succedet? Huic

et sic quoque etsi sic quoque coni. Sp.

43. *devenere* Virg. A. 1, 369.
Conticuere ib. 2, 1.
Consedere Ovid. M. 13, 1.
nil nihil Spald.
quod Antonius Tur. Lassb. *quanquam id Antonius* Spald.
Antonius Anthonius T.
pronuntiet pronuntiere Tur. Lassb. Amb. 1.
praeco pronuntiet 6, 4, 7. *In publicis certe iudiciis vox illa praeconis praeter patronos ipsum, qui egerit citat.* Asconius ad Cic. Act. 1. in Verrem p. 65. „*Ab utraque parte oratione consumta, ut in consilium dimitterentur, praeco solebat pronuntiare Dixere.*“

44. *Livius* 1. 12.
inquit in quid artem sabini T.
M. Tullium in Tullium 1 m T. *M.* omitt. Lassb. cf. 1, 10, 4.
in Oratore c. 47. „*Nec vero reprehenderim Scripsere alii rem: scripserunt esse tamen verius sentio. sed consuetudini auribus indulgenti libenter obsequor.*“
non reprendo non reprehendo Spald. *inquit non reprendo* Lassb.

45. *similiterne* Tur. Lassb. *similiter* Sp.
quicquid eorum interpunctionem mutavi. In nominibus atque in verbis soloecismus fit genere, numero, casibus, cum genus pro altero, numerus pro altero, casus pro altero ponitur. *quidquid eorum* vertas wo immer eines von diesen genannten Stücken z. B. ein casus für den andern gesetzt wird. Spaldingius atque ceteri sic: *similiter in vocabulis et nominibus fit soloecismus genere, numero, proprie autem casibus. Quidquid eorum alteri succedet, huic parti subiungatur licet per comparationes et superlationes.* Hanc sententiam non intelligo. Postrema verba sic sunt interpretanda: *Ad hoc genus pertinet etiam is soloecismus, qui fit transmutatione compara-*

parti subiungatur licet per *comparationes* et *superlationes*, itemque in quibus *patrium* pro *possessivo*
46 dicitur vel contra. Nam vitium quod fit per quantitatem ut *magnum peculiolum* erunt qui *soloecismum* putent, quia pro nomine integro positum sit deminutum. Ego dubito, an id *improprium* potius appellem: significatione enim deerrat; *soloecismi*
47 porro vitium non est in sensu sed in complexu. In *participio* per *genus* et *casum* ut in vocabulo, per *tempora* ut in verbo, per *numerum* ut in utroque peccatur. *Pronomen* quoque *genus numerum casus* habet, quae omnia recipiunt huiusmodi erro-
48 rem. Fiunt *soloecismi* et quidem plurimi per partes orationis: sed id tradere satis non est, ne ita demum vitium esse credat puer, si pro alia ponatur alia ut *verbum* ubi *nomen* esse debuerit, vel
49 *adverbium* ubi *pronomen* ac similia. Nam sunt quaedam cognata ut dicunt id est eiusdem generis, in quibus, qui alia specie quam oportet utetur, non

tivorum et superlativorum. Nunc consentire mecum Zumptium video. *qu. horum* Amb.

subiungatur subiungantur Lassb. int. soloecismus vel soloecismi, si Lassb. sequeris.

patrium i. e. patronymicum ut Laertiades, Priamides. *possessivum* autem est Laertius, Priameius. Bentlei. ad Horat. Carm. 3, 16, 41. Corruptum esse *patrium*, quod in codd. legitur, compendio, pro eoque *patronymicum* scribendum putat Osann in Auctario Lexicc. graecc. pag. 89.

possessivo possessio T. 1 m.

46. *per quantitatem* Verte: durch Verbindung widersprechender Grössen; quando parvum pro magno, aut deminutum pro integro ponitur, ut longa lineola.

deminutum T. Amb. 1. L. *diminutum* Spald. — 1, 6, 5 *deminutio.*

dubito, an id deputo apud T.

deerrat deerat T.

non est in sensu soloeciemus non vim singulorum vocabulorum spectat, sed pravam coniunctionem eorum.

47. *in vocabulo in vocabula* Lassb. *in vocabulum* T. 1 m.

48. *et quidem. quidem* T. 2 m.

per partes orationis immutatione singularum orationis partium.

ac similia T. L. *et similia* Sp.

minus quam ipso genere permutato deliquerit. Nam 50
et *an* et *aut* coniunctiones sunt; male tamen interroges *hic aut ille sit?* et *ne* ac *non* adverbia; qui tamen dicat pro illo *ne feceris non feceris* in idem incidat vitium, quia alterum negandi est alterum vetandi. Hoc amplius *intro* et *intus* loci adverbia: *eo tamen intus* et *intro sum* soloecismi sunt. Eadem 51
in diversitate *pronominum interiectionum praepositionum* accident. Est etiam *soloecismus* in oratione comprensionis unius sequentium ac priorum inter se inconveniens positio. Quaedam tamen et faciem *so-* 52
loecismi habent, et dici vitiosa non possunt, ut

50. *male tamen autem* Lassb.

hic aut ille sit nemo veterum sic dixit, nec quisquam sic dicere poterat, quia haec verba sensu carent. V. Ochsnerus ad Cicer. Eclog. pag. 150. Handius in Tursell. 1. pag. 551. Correxi ideo lib. 5, 10, 69.

ne feceris non feceris contra hoc praeceptum, quod secutus Ruhnk. ad Rutil. pag. 116. et Bremi ad Cornelium Agesil. c. 4., pugnat Heindorfius ad Horat. Sat. 2, 5, 91. — Sunt sane apud omnes auctores loci, ubi *non* pro *ne* positum videatur. Sed prorsus alia eorum est ratio. tum enim *non* non ad totam enuntiationem pertinet, sed ad unam tantum partem, non dirigit totam sententiam, sed partem tantum circumscribit. — (*ne feceris dicat non feceris* Lassb.) Sic recte dicas: *non recte feceris sed recte dixeris* vel *non feceris verum dixeris. ne feceris* autem et *non feceris* numquam commutari possunt.

vetandi vitandi Lassb.

intro et intus loci intro loci adverbia 1 m T. *adverbium* 2 m.

eo tamen intus et intro sum De graeco ἔσω Valckenaerius monuit ad Phoeniss. 727. „ἔσω est intro, quod hoc sensu tribus et viginti locis adhibuit Sophocles, qui decies tamen ἔσω ponere non dubitavit in quiete.“ De latino *intus* v. Oberlin ad Taciti Hist. 1. 35.

et intro sum et trorsum T.

51. *praepositionum prop.* T.

accident Tur. Lassb. *accidunt* Spald. Sensus est: Eadem vitia accident, cum pronomina diversi generis inter se mutantur.

comprensionis T. *comprehensionis* Spald. *compositionis* Lassb.

inconveniens positio Exempli loco est *tragoedia Thyestes*, ubi positio (die Endung) feminina antecedentis nominis sequenti masculino non convenit. Soloecismus est, cum substantivum et adiectivum ita iunguntur, ut terminatio unius et alterius non consentiat. *Tragoedia Thyestes* dicitur ut *Eunuchus sua* Terent. Eun. prolog. 32. Pro *Thyestes* in T. legitur *tyestes.*

52. *vitiosa vitiosae* T. 2 m.

tragoedia Thyestes ut *ludi Floralia* ac *Megalensia:* quamquam haec sequenti tempore interciderunt numquam aliter a veteribus dicta. *Schemata* igitur nominabuntur frequentiora quidem apud poetas sed
53 oratoribus quoque permissa. Verum schema fere habebit aliquam rationem, ut docebimus eo, quem paullo ante promisimus, loco. Sed hoc quoque, quod *schema* vocatur, si ab aliquo per inprudentiam
54 factum erit, *soloecismi* vitio non carebit. In eadem specie sunt, sed schemate carent, ut supra dixi, nomina feminina quibus mares utuntur, et neutralia quibus feminae. Hactenus de *soloecismo.* Neque enim artem grammaticam componere aggressi sumus, sed cum in ordinem incurreret, inhonoratam transire noluimus.

55 Hoc amplius, ut institutum ordinem sequar, verba aut Latina aut peregrina sunt. *Peregrina* porro ex omnibus prope dixerim gentibus, ut insti-
56 tuta etiam multa venerunt. Taceo de *Tuscis* et *Sabinis* et *Praenestinis* quoque: nam ut eorum sermone utentem Vectium Lucilius insectatur, quemadmodum Pollio deprendit in Livio *Patavinitatem:*

ut ludi Tur. Lassb. *et ludi* Sp.
Megalensia T. probante Fogginio ad Fastos Praenestinos in Suetonio Wolfii T. IV. p. 343. Cicero dixit *Megalesia* sine a littera, uti Velius Longus monet pag. 2237. Conf. Ruhnk. ad Terent. Andr. Prolog. *Megalesia* Sp.
sequenti sequentia T.

53. *paulo ante* 1, 5, 5.
sed hoc quoque hic quoque Tur. Lassb.
schema scema T.

54. *ut supra dixi* 1, 4, 24.
hactenus hactaenus T. 1 m.

55. *gentibus, ut* T. fort. Amb. 1. *gentibus, ut homines, ut instituta* Sp.

56. *sermone sermonem* T.
Vectium Veticium T. *Vetticium* L.
Pollio Polio T.
deprendit deprehendit Sp.
Patavinitatem i. e. vocabula, quae non Romae sed apud Pa-

licet omnia Italica pro Romanis habeam. Plurima 57
Gallica evaluerunt ut *reda* ac *petorritum*, quorum altero tamen Cicero, altero Horatius utitur. Et *mappam* usitatum circo quoque nomen Poeni sibi vindicant, et *gurdos*, quos pro stolidis accipit vulgus, ex Hispania duxisse originem audivi. Sed haec divisio 58

tavinos tantum in usu fuerant. ut scriptores Germanorum in libris ab Helvetis compositis talia deprendunt, quae nonnisi in *illa* regione vigent. Sic illam Livii Patavinitatem Quintilianus saltem intellexit, ut e contextu orationis manifestum est. et collato loco libri 8, 1, 3. *Multos enim, quibus loquendi ratio non desit, invenias, quos curiose potius loqui dixeris, quam latine; quomodo et illa Attica anus Theophrastum hominem alioquin disertissimum adnotata unius adfectatione verbi hospitem dixit. Et in Tito Livio mirae facundiae viro putat inesse Pollio Asinius quandam Patavinitatem. Quare, si fieri potest, et verba omnia et vox huius alumnum urbis oleant, ut oratio Romana plane videatur, non civitate donata.* Ac miror, a viris quibusdam doctis ad alias res relatam esse hanc Patavinitatem, ut a Niebuhr Viro excellentissimo in Hist. Rom. T. 2. p. 444 ad minutam quandam et umbraticam huius auctoris compositionem. Asinius certe hoc non voluit.

57. *evaluerunt* Amb. 1. a m. 2. *gallico eval.* 1 m. *gallicae valuerunt* T. *gallica valuerunt* Sp.

reda raeda Tur. at § 68 *epiredium.* 5, 10, 50 *reda.* — *rheda* Sp. falso: cohaeret enim cum Anglorum *ride, reiten.* ein Römischer Reisewagen.

petorritum Celti dicunt *petoar* pro quatuor et *rit*, rota. Buttmannus in praef. T. 1. p. 76. V. Glossaire de la langue Romane par Roquefort T. 2. *petor* char à quatre roues.

quorum petorritum moriorum Tur. *petorritum morionum quorum* Lassb. *petor. ritumoriorum* Amb. 1.

altero tamen Amb. 1. *altero cicero tamen* T. Sp. om. *tamen* L.

circo quoque mappam cicero quoque usitatum nomen poni sibi vindicant Tur. Amb. 1. *mappam cicero quoque usitatum nomen sibi peni vindicant* Lassb. *mappam quoque, usitatum circo nomen, Poeni sibi vindicant* Sp. *Mappam* appellant signum, quod aurigis in circensibus dari solebat a magistratu, ut e carceribus exirent equosque admitterent. Originem huius vocabuli, quod *in Syrorum lingua emissionem* significat, explicavit Hamaker in Miscell. Phoeniceis Tom. 1. p. 305.

gurdos in margine Turic. haec: *in vita s. mari audietis me ut gurdonicum hominem.* „*Hunc ipsum locum e Sulpicii Severi Dial. 1. c. 27. affert Colomesius ad Quint. Quapropter pro Sti Mari vita suspicor eum, qui haec allineret, voluisse Sti Martini, quoniam Severus agit de hoc, non de illo.*“ Spald. in praef. Vol. 1. pag. XLVII. Cognatum Gallicum *engourdi.*

58. *divisio mea* § 55. *aut latina aut peregrina.* Quae igitur peregrina, ea graeca pleraque. Spald.

mea ad *graecum sermonem* praecipue pertinet: nam et maxima ex parte Romanus inde conversus est, et confessis quoque graecis utimur verbis, ubi nostra desunt, sicut illi nonnumquam a nobis mutuantur. Inde illa quaestio exoritur, an eadem ratione per casus duci externa, qua nostra, conveniat. Ac si reperias grammaticum veterum amatorem, neget quicquam ex latina ratione mutandum, quia, cum sit apud nos casus ablativus, quem illi non habent, parum conveniat, uno casu nostro, quinque Graecis uti: quin etiam laudet virtutem eorum, qui potentiorem facere linguam latinam studebant, nec alienis egere institutis fatebantur; inde *Castorem* media syllaba producta pronuntiarunt, quia hoc omnibus nostris nominibus accidebat, quorum prima positio in easdem, quas *Castor*, litteras exit: et ut *Palaemo* ac *Telamo* et *Plato* (nam sic eum Cicero quo-

graecum sermonem praecipue Tur. Lassb. Amb. 1. *gr. praec. serm.* Gosner et Sp.

nonnumquam a nobis Tur. Lassb. *a nobis nonnunquam* Sp.

60. *Palaemo et ut plaemo ac taelamo et p.* T. 1 m. *palemo* 2 m. *et auto ut P.* omitt. Amb. 1.

Plato Veteres ergo, quibus Ciceronem et Caesarem adnumerare solet Quintilianus, atque inter recentiores ii, qui veterum amatores erant, *Palaemo*, *Telamo*, *Plato* dicebant, non graeca forma *Platon Palaemon Telamon*. ceteri auctores graeca terminatione uti coepere. idem fecit Quintilianus, ut ex hoc loco intelligitur, et optimis firmatur codicibus. nam omnia nomina graeca in Turicensi in nominativo *on* habent. *Palaemon* 1, 4, 20. *Moion* 3, 1, 16. *Dion* 1, 10, 48. *Sophron* 1, 10, 17. *Ariston* 2, 15, 9. *Agnon* 2, 17, 15. *Aenon* 2, 20, 7. *Dion* 3, 3, 8. *Theon* 3, 6, 48. *Zenon* 4, 2, 117. 12, 1, 18. 12, 7, 9. *Pyrrhon* 12, 2, 24. *Philemon* 10, 1, 72. *Myron* 12, 10, 7. *Euphorion* 11, 2, 14. *Callon* 12, 10, 7. Ex hac exemplorum copia facile patet, constanter usum esse Quintilianum hac ratione, ita ut, cum in codicibus unum tantum exemplum huic regulae repugnet, id corrigendum esse videatur. In nomine enim usitatissimo *Platonis* codices semper *Plato*, quae Ciceronis forma fuit, exhibent. Emendavi equidem, auctoris secutus voluntatem. *Platon*, ut apud Macrobium etiam legitur in Saturn. 1, 11. et apud Manilium 1, 772.

— *iustusque Solon fortisque Lycurgus*
Aetherensque Platon, [illegible]

In Ciceronem hoc observatum est, nomina, quorum genitivus *onis* sit, recte [illegible] o terminari, *on* autem, quorum genitivus *ontis*. Vid. l. l.

que appellat) dicerentur, retinuerunt: quia Latinum, quod *o* et *n* litteris finiretur, non reperiebant. Ne 61
in *a* quidem atque *s* litteras exire temere masculina graeca nomina recto casu patiebantur, ideoque et apud Caelium legimus *Pelia Cincinnatus*, et apud Messalam *Bene fecit Euthia*, et apud Ciceronem *Hermagora*, ne miremur, quod ab antiquorum

Ochsnerus ad Cicer. Eclog. p. 53. Heindorf. autem ad Horat. Sat. 2, 3, 254. in omnes auctores latinos cadere hunc morem putabat, quod iam Bentleius ad Horat. Carm. 3, 8, 18. dixerat. Sed ut Attici scriptores in rebus grammaticis multum inter se distant, aliique alias formas et terminationes amant, sic in tali re non eadem lex omnibus latinis auctoribus inponi potest. Iam Varro de L. Lat. V. pag. 65 Speng. *Zenon*, *Sophron* V. p. 178. *Plato* VII. 323. dixit. Porro discedit non Quintilianus solum, ut iam probavi sed Velleius, Corn. Celsus, Columella, Seneca, uterque Plinius, Cornelius Nepos, Fronto prorsus ab illa Ciceronis consuetudine et agnoscunt unam tantum nominativi formam, *on*, sive genitivus est *onis*, sive *ontis*.

finiretur finieretur T.

61. *recto rectu casu patieabantur* T. 1 m.

Pelia paclia Amb. 1.

apud Ciceronem Hermagora hoc testimonium repudiavit Bentleius in Opusc. philoll. pag. 518. Schneiderus L. G. I. 2. pag. 30. Schützius ad Cicer. de Invent. 1, 6. et Spaldingius in praefat. Vol. I. pag. 76. At causa, quam originem fuisse erroris Quintiliani Bentleius dixit, valde est lubrica et minime probabilis. „*De Hermagora*, inquit, *Ciceronis vereor ne vitioso codice usus sit Quintilianus. Profecto enim omnes omnino, qui nunc supersunt Mss. constanter habent Hermagoras.*“ Ego vero non contenderim, meliores esse Ciceronis codices, qui nostra ad tempora venere, quam ii, quos legerit Quintilianus, qui ipsam Ciceronis manum vidit! Quam multa corrigimus ex Prisciano ceterisque grammaticis in multis auctorum locis, quamvis omnes codices constanter aliam lectionem praebeant! Et Quintilianus maximam apud omnes auctoritatem habere debet. Congruit autem omnino Ciceronis aetati et Ciceroni praesertim, externa vocabula latina ratione declinare. Nam ex omnibus Ciceronis libris perspicitur, graeca nomina in suam linguam transformare eum voluisse, et nimium quantum eius oratio ab oratione auctorum, qui sub Augusto florebant distat. tunc tota latinae linguae ratio commutabatur, graeca verba, quae latini mutuabantur, graeco more enuntiabant; positiones nominum graecorum non amplius in latinas transformabantur. Sic Bentleius parum tribuisse videtur auctoritati Quintiliani. nam ut veteres Romani graeca nomina ut Πλάτων *Plato* latino more proferebant, sic etiam *Hermagora* non *Hermagoras* dicebant. Quare equidem non nego, Ciceronem illud dixisse, quamvis omnes qui supersunt codices repugnent. Nec magis illorum sententiae criticorum accedo, qui graecas terminationes, quandocunque forte in codice aliquo occurrunt,

62 plerisque *Aenea* et *Anchisa* sit dictus. Nam si ut *Maecenas Sufenas Asprenas* dicerentur, genitivo casu non *e* littera sed *tis* syllaba terminarentur. Inde *Olympo et tyranno* acutam syllabam mediam dederunt, quia duabus longis sequentibus primam
63 brevem acui noster sermo non patitur. Sic genitivus *Ulixi* et *Achilli* fecit, sic alia plurima. Nunc recentiores instituerunt Graecis nominibus Graecas declinationes potius dare, quod tamen ipsum non semper fieri potest. Mihi autem placet latinam rationem

Ciceroni vindicare student. Conf. F. A. Wolf ad Ciceronis Tuscul. 1, 10, 28. pag. 339 edit. Orellii.

Aenea et A. enea ut anchisa T. L. Amb. 1. a 1 m. Zumpt dicit, Tur. a 2 m. dare *ut hoc falsum est.*

62. *si ut sicut* T. Amb. 1.

Sufenas T. Amb. 1. *Suffenas* Sp. — V. Schneid. 2. 1. p. 407.

Asprenas de Asprenate Nonio v. Schulting. ad Digesta (T. 1. p. 392), Lib. III. Tit. I. 55.

e littera sed tis syllaba non es littera sed syllaba Tur. *non es littera sed es sillaba* Lassb.

Olympo et tyranno graeci dicunt ὄλυμπος et τύραννος, qui primam saepe acuunt, media longa. latini autem in pluriesyllabis primam sive tertiam numquam acuunt, una aut duabus longis sequentibus. Sensus ergo est. Quia veteres Latini graeca vocabula latino more pronuntiare solebant, non dicebant *ólympus* et *týrannus* acuta prima syllaba, sed acuebant mediam, quia antepenultima non acuitur, nisi quando brevis est penultima. Latet autem vitium in nostris verbis et cum Lipsio de recta Pronunt. lat. ling. p. 53. legendum est: *Olympo et tyranno acutam mediam syllabam dederunt: quia una aut duabus longis sequentibus primam acui noster sermo non patitur.* Spald. erroris inepti incusat Quintilianum. Aliam emendandi viam Hermannus mihi monstravit. Ich kann weder glauben, dass Quint. in einer so evidenten Sache geirrt haben sollte, wie Spalding will, noch lässt sich, was da steht, auf irgend eine Weise vertheidigen. Wenn ich nicht irre, so hat Quint. weiter nichts geschrieben als quia primam acui noster sermo non patitur. Iedem Römer war es klar, er meinte, dass man nicht im lateinischen ólympus, týrannus sprechen könne. Das übrige, glaube ich, haben nicht allzu gescheute Scholiasten beygefügt.

syllabam mediam Tur. Lassb. Amb. 1. *mediam syllabam* Sp. *sequentibus insequentibus* Amb. 1.

63. *Ulixi et Achilli* T. L. Amb. 1. *Achilli et Ulixi* Sp. Conf. Schneider L. G. Formenl. p. 73 et 163.

nunc recentiores Spald. *recentiores* pro glossa habet inprobante Sarpe An. p. 51.

latinam rationem rat. lat. Amb. 1.

sequi, quousque patitur decor. Neque enim iam *Calipsonem* dixerim ut *Iunonem*, quamquam secutus antiquos C. Caesar utitur hac ratione declinandi. Sed auctoritatem consuetudo superavit. In ceteris 64
quae poterunt in utroque modo non indecenter efferri, qui graecam figuram sequi malet, non latine quidem, sed tamen citra reprehensionem loquitur.

Simplices voces prima positione id est natura 65
sua constant, compositae aut praepositionibus subiunguntur ut *innocens* (dum ne pugnantibus inter se duabus, quale est *imperterritus;* alioquin possunt aliquando continuari duae ut *incompositus reconditus* et quo Cicero utitur, *subabsurdum*), aut e duobus quasi corporibus coalescunt ut *maleficus.* Nam 66
ex tribus nostrae utique linguae non concesserimus, quamvis *capsis* Cicero dicat compositum esse ex

patitur patietur Amb. 1. prob. Gernh. Add. *patiatur* coni. Sanderus ap. Zumpt.

Calipsonem Calypsonem Sp.

C. Caesar occaesar Tur. *hoc Caesar* Lassb. — Hoc dixit I. Caesar fortasse in libris de Analogia.

64. *in utroque* T. L. Amb. 1. om. *in* Sp.

malet mallet Tur. Lassb. Illud probabat Lochmannus quoque.

sed tamen citra r. Lassb. om. *citra* Tur. *sed citra repreh.* Sp.

loquitur T. 1 m. Amb. 1. a 1 m. *loquetur* Sp.

65. *prima positione* Spald. delevit *id est* hoc sensu: „*Simplices voces natura sua h. e se ipsis solis αὐταῖς constant prima positione h. e. in casu nominativo.*“ Non opus mutatione. Simplices voces sunt nomina primitiva vel nativa, primigenia: die einfachen Wörter bestehen aus ihrer ersten Anlage, oder Wurzel. Spald. postea G. Schneideri coniecturam probavit: *positione et natura sua.* Zumpt nil mutandum statuit.

constant consistant T.

aut praepositionibus autem p. Lassb.

dum ne pugn. interdum repugnantibus Tur. 2 m. Lassb. *interdum repugnatoribus* T. 1 m.

imperterritus quod Virgilius dixit A. 10, 770. — nam *in* negat, *per* auget.

aut e aut a Lassb.

66. *concesserimus concesserim* Sp. — *nostrae linguae non utique concesserimus* L.

capsis Cicero Orat. c. 45. „*iam in uno capsis tria verba sunt.*“ — *capsis* T. *capcsis* L.

cape si vis, et inveniantur, qui *Lupercalia* aeque tres partes orationis esse contendant quasi *luere per*
67 *caprum:* nam *Solitaurilia* iam persuasum est esse *Suovetaurilia*, et sane ita se habet sacrum, quale apud Homerum quoque est. Sed haec non tam ex tribus quam ex particulis trium coeunt. Ceterum etiam ex praepositione et duobus vocabulis dure videtur struxisse Pacuvius *Nerei repandirostrum,*
68 *incurvicervicum pecus.* Iunguntur autem aut duobus Latinis integris ut *superfui supterfugi* (quamquam ex integris an composita sint, quaeritur), aut ex integro et corrupto ut *malevolus*, aut ex corrupto et integro ut *noctivagus*, aut duobus corruptis ut *pedisequus*, aut ex nostro et peregrino ut *biclinium*, aut contra ut *epitogium* et *Anticato;* aliquando et ex duobus peregrinis ut

Lupercalia — luere per caprum Mitscherlich in Programmate de Lupercalium origine et ritu Gotting. 1823. p. 5. „*certissimum, inquit, habeo, vocem Lupercal ad gr. Λύκαιον esse formatam, (quod et adoptavit Virg. Aen. VIII.* 342.) *et ipsa forma vocabuli antiquitatem summam arguit. Si certa fide niteretur, quod Iustinus hist.* 43. 1. *affert, quem Graeci Pana dixissent, eundem Romanos Lupercum appellasse, h. lupos arcentem, adeoque greges tutantem deum, de etymo res foret liquidissima. Alii ad lustrationem vocem referunt, et literis traiectis exculpunt luere per caprum et sim. incepte admodum et contra ludicri originem.*“ —
lucre per caprum ludere per caprum 2 m T.

67. *Suovetaurilia suevetaurilia* Tur. Lassb. *sus obitaurilia* Amb. 1. Recepta legitur in Inscriptt. fratrum Arvalium p. 390 ed. Orelli.
et duobus ex duobus vocalibus T.
videtur struxisse struxisse videtur Lassb.
Nerei — pecus Nerei illud *pecus* non esse *phocas*, sed delphinos, simones etiam a repando rostro dictos, adnotavit Spald. in Addendis ex Schneideri observatione.

68. *latinis integris integris latinis* Lassb.
supterfugi cf. I Pro. 27. *subterfugi* Sp.
malevolus malivolus T. 3, 7, 24. *benivolos* T.
aut duobus corruptis T. Amb. 1. *aut ex d. c.* Spald.
pedisequus pedissecus 1 m T. *pedissequus* 2 m. — v. Ruhnk. ad Terent. Andr. I. 1. 96.
aut contra om. *aut* Tur Lassb.
aliquando et ex duobus sic scripsi. *aliquid et ex duobus* Tur. 2 m. Lassb. Amb. 1. *aut ex duobus* Sp. Scripsi pro *aliquid ali-*

epiredium. Nam cum sit praepositio graeca, *reda* gallicum; neque Graecus tamen neque Gallus utitur composito, Romani suum ex alieno utroque fecerunt. Frequenter autem praepositiones quoque copulatio 69
ista corrumpit; inde *abstulit aufugit amisit*, cum praepositio sit *ab* sola: et *coit*, cum sit praepositio *con*: sic *ignavi* et *erepti* et similia. Sed res 70
tota magis Graecos decet, nobis minus succedit: nec id fieri natura puto, sed alienis favemus, ideoque cum *κυρταύχενα* mirati simus, *incurvicervicum* vix a risu defendimus.

Propria sunt verba, cum id significant, in quod 71

quando. 1, 5, 65 *alioquin possunt aliquando continuari duae praepositiones ut incompositus*. — *aliquit et ex d*. Tur. 1 m. Sanderus coniecit: *aliquot et ex* vel *aliquoties ex d*.

epiredium epirhedium Sp.

praepositio graeca T. 1 m. L. *praepositio epi graeca* T. 2 m. *praepositio ἐπὶ graeca* Spald. *epi praep. g*. Amb. 1.

reda raeda T. ut § 57. *rheda* Sp.

neque — neque T. Amb. 1. *nec — nec* Sp.

composito compositio T. 1 m.

alieno utroque T. Obrecht. (de Ambr. 1. nil memoratur.) *utroque alieno* Sp.

69. *quoque copulatio copulatio quoque* Lassb. *quoque compositio* Amb. 1.

praepositio sit ab. Ciceroni contra propria huius praepositionis forma est *abs*. Orat. c. 47. „*Una praepositio est abs eaque nunc tantum in accepti tabulis manet, ne his quidem omnium, in reliquo sermone mutata est. Nam amovit dicimus et abegit et abstulit, ut iam nescias, abne verum sit an abs. Quid? si etiam abfugit turpe visum est et abfer noluerunt, aufer maluerunt? quae praepositio praeter haec duo verba nullo alio in verbo reperietur.*“ V. Schneid. L. G. 2. pag. 613. Hand Turscll. I. pag. 1 sq. — *sit sola ab* Lassb.

et erepti retinui hanc lectionem, etsi coniectura est, nam hoc vel simile aliquid adesse debet. *et ē republica* Tur. *et est republica* Lassb. — Amb. 1. silctur.

70. *res tota* latinus sermo non multa habet composita vocabula, graecus autem infinita. Conf. 8, 3, 30. *Fingere, ut primo libro dixi, Graecis magis concessum est, qui sonis etiam quibusdam et affectibus non dubitaverunt nomina aptare, non alia libertate, quam qua illi primi homines rebus appellationes dederunt.*

κυρταύχενα cyrauchena Tur. *κοιλαύχενα* Lassb.

mirati simus Amb. 1. *mir. sumus* T. L. Sp.

vix a risu iuxta risu T.

primo denominata sunt: *translata*, cum alium natura intellectum, alium loco praebent. *Usitatis* tutius utimur: *nova* non sine quodam periculo fingimus. Nam si recepta sunt, modicam laudem adferunt orationi; si repudiata, etiam in iocos exeunt.
72 Audendum tamen: namque, ut Cicero ait, etiam quae primo dura visa sunt, usu molliuntur. Sed minime nobis concessa est *ὀνοματοποιΐα*; quis enim ferat, si quid simile illis merito laudatis *λίγξε βιὸς* et *σίζε ὀφθαλμὸς* fingere audeamus? Iam ne *balare* quidem aut *hinnire* fortiter diceremus, nisi iudicio vetustatis niterentur.

VI. Est etiam sua loquentibus observatio, sua scribentibus. *Sermo* constat ratione vetustate auctoritate consuetudine. *Rationem* praestet praecipue *analogia*, nonnumquam et *etymologia*. *Vetera* maiestas quaedam et ut sic dixerim, religiosa com-
2 mendat. *Auctoritas* ab oratoribus vel historicis peti solet; nam poetas metri necessitas excusat, nisi quando

71. *primo* Tur. Lassb. Amb. 1. *primum* Sp.
nam si — tamen omitt. T.
orationi oratori edd. quaedam vetustae probante Lochmanno.
si repudiata Lassb. Amb. 1. om. *si* Sp.

72. *Cicero* de nat. De. 1, 34.
simile illis illis simile Lassb. quod probo.
λίγξε anξεBIOC et CIζeOΦΘaauoc T. 1 m. *anxebios et si reo phagios* 2 m.
iam ne nam ne Spald. coni. p. LXXVI. in praef. Vol. I. improb. Gernh.
fortiter forte T. 2 m. Illud dat Amb. 1.

CAP. VI.

1. *Est etiam est autem* Lassb.
vetustate vel vetustate Lassb. Tur.
praestet Tur. L. *praestat* Sp.
et etymologia om. *et* Tur. L. — *ethimologia* 1 m T. *proprierum morum ratio* 2 m.
religiosa Amb. 1. *religiose* T. L. *religio* Sp.

2. *nisi quando nisi si quando* Sp. — om. *si* T. L. Amb. 1.

nihil impediente in utroque modulatione pedum alterum malunt, qualia sunt *Imo de stirpe recisum* et *Aëriae quo congessere palumbes* et *Silice in nuda* et similia: cum summorum in eloquentia virorum iudicium pro ratione, et velut honestus error est magnos duces sequentibus. *Consuetudo* vero 3 certissima loquendi magistra: utendumque plane sermone ut nummo, cui publica forma est. Omnia tamen haec exigunt acre iudicium, in *analogia* praecipue, quam proxime ex Graeco transferentes in Latinum *proportionem* vocaverunt. Eius haec 4 vis est, ut id, quod dubium est, ad aliquid simile, de quo non quaeritur, referat et incerta certis probet. Quod efficitur duplici via: *comparatione* similium in extremis maxime syllabis, propter quod ea, quae sunt e singulis, negantur debere rationem, et *deminutione*. *Comparatio* in nominibus aut ge- 5 nus deprendit aut declinationem: *genus* ut si quae-

utroque utraque Z m T.
modulatione moderatione Amb. 1. a 2 m.
imo de stirpe Virg. A. 12, 208.
aëriae — palumbes Virg. Ecl. 8, 69. — *aeriaeque quo* L.
silice in nuda Ecl. 1, 15.
et velut honestus error Lassb. *et velut error honestus* Tur. *et vel error honestus* Sp.

3. *utendumque plane sermone* Haec verba affert Curius Fortunatianus Art. Rhet. p. 90. Capper. *Tertius modus qui est? ut novemus verba, quae tamen parcius debemus attingere: nam et aegre novum verbum facere possis lene ac decorum, et fere aspernantur homines, quae non recognoscunt. Vir perfectissimus* (intelligo Quintilianum) *dixit: Verbis utendum est ut nummis publica moneta signatis.* Et iterum pag. 93. *Aperta quemadmodum erit elocutio? si utemur verbis propriis, usitatis sicut nummis, ut dixi, publica moneta signatis.* Vide Bentleium ad Horat. Art. Po. 59.
in analogia T. L. A. 2 m. prob. Zumpt. om. *in* Sp., tum *analogia* nominativus putabatur.

4. *et incerta* A. *ut incerta* T. L. Sp.
e singulis in monosyllabis vocabulis nihil valet ratio sive analogia.
deminutione Amb. 1. *deminutionem* Tur. Lassb. *diminutione* Sp.

5. *deprendit deprehendit* Sp. ut § 7. *deprendatur* § 10. *reprenderent.*

ratur, *funis* masculinum sit an femininum, simile illi sit *panis*; *declinationem* ut si veniat in dubium, *hac domu* dicendum sit an *hac domo*, et *domuum* an *domorum*, similia sunt [*domus*] *anus manus*. 6 *Deminutio* genus modo detegit, et ne ab eodem exemplo recedam, *funem* masculinum esse *funiculus* 7 ostendit. Eadem in verbis quoque ratio comparationis, ut si quis antiquos secutus *fervere* brevi media syllaba dicat, deprendatur vitiose loqui, quod omnia, quae *e* et *o* litteris fatendi modo terminantur, eadem, si infinitis e litteram media syllaba acceperunt, utique productam habent ut *prandeo pendeo*

simile illi simili illi T. 1 m.
hac domu an domu Tur. L.
et domuum om. T.
similia sunt T. *similia sint* Sp.
[*domus*] uncis inclusi. In margine enim quis adnotarat, hic de declinatione nominis *domus* agi, et postea ab alio librario hoc vocabulum inter cetera exempla ponebatur. Spaldingio placuit Buttmanni coniectura *humus* pro *domus*. — *domus* dant omnes codd. et edd.
anus annus T.

6. *deminutio deminutivum* nomen idem genus habet ac simplex; ideoque detegit genus nominis simplicis, quando dubium est; Charisius p. 128. *Illud quoque meminerimus, quod semper diminutiones generibus suis, unde oriuntur, consonant; pauca dissonant, ut rana ranunculus, unguis ungula.*

7. *eadem eadem quoque ratio in verbis ratio comparationis* Lassb. Concordat quam maxime cum Florentino.
secutus sequutus T. at § 12. *secutus* T.
e et o omitt. e Tur. 1 m.
fatendi modo Spaldingius lectionem edit. Campani *finiendi* praefert, cum *fatendi modus* apud grammaticos vix inveniatur. Attamen haec locutio est simplicissima et significat idem, quod *indicandi modum* vel indicativum appellamus. *fateri* enim *profiteri* vel *indicare* valet. Accedit quod Varro idem habet de l. l. lib. 9. pag. 531 ed. Speng. „*Si enim natura non omnes formae verborum terna habeant tempora, ternas personas, non habeant totidem verborum divisiones; quare cum imperamus, natura quod infecta solum habet, cum et praesenti et absenti imperamus, fiunt terna ut lege, legite, legat; perfectum enim imperat nemo: contra quae sunt fatendi*, (i. e. formae indicativi) *ut lego, legis, legit, novena fiunt verba infecti, novena perfecti.*
si infinitis T. 1 m. Sp. *si in inf.* T. 2 m. L. *infinitis* h. e. quod nos dicimus *infinitivis.*
media syllaba mediam syllabam L.
ut prandeo L. — T. a 1 m. haec dat: *ut pandeo pondeo.* om. *ut* Sp.

spondeo, *prandere pendere spondere*. At quae o 8
solam habent, dummodo per eandem litteram in infinito exeant, brevia fiunt *lego dico curro legere dicere currere*, etiamsi est apud Lucilium: *fervit aqua et fervet: fervit nunc, fervet ad annum.* Sed pace dicere hominis eruditissimi liceat, si *fer-* 9
vit putat illi simile *currit* et *legit*, *fervo* dicit ut *lego* et *curro:* quod nobis inauditum est. Sed non est haec vera comparatio; nam *fervit* illi est simile *servit*; quam proportionem sequenti dicere necesse est *fervire* ut *servire*. Prima quoque aliquando po- 10
sitio ex obliquis invenitur, ut memoria repeto convictos a me, qui reprehenderant, quod hoc verbo usus essem, *pepigi;* nam id quidem dixisse summos auctores confitebantur, rationem tamen negabant permittere, quia prima positio *paciscor*, cum haberet naturam patiendi, faceret tempore praeterito *pactus sum*. Nos praeter auctoritatem oratorum atque 11
historicorum analogia quoque dictum hoc tuebamur.

8. *at quae atque* T.
apud Lucilium Priscian. l. 9. p. 866. *Lucilius: Fervit aqua et fervet; fervit nunc, fervet ad annum.* Sic ap. Putschium. — Krehl autem sic edidit pag. 460. T. 1. Lucilius: *Fervit nunc fervit ad annum*, ita ut pessimam lectionem elegisse videatur. Lucilius hoc versu nihil aliud probat, nisi ut demonstret idem valere, utrum *fervit* tertia coniugatione dicas, an *fervet* secunda, quam tamen rationem ipse Quintilianus damnat. — *apud luc. fervit aqua et fervet nunc ad annum* Tur. Lasb.
fervit analogia docet, *fervere* brevi media vitiosum esse, quia praesens tempus *ferveo* sit non *fervo*. — Cum vero a Lucilio *fervit* dicitur, hic usus non analogia verbi *currit et legit* defenditur (tum enim *ferve* diceretur, quod nemo dixit.), sed potius verbi *servit*, nam ea forma, *fervit*, quartam coniugationem sequitur.

9. *fervo dicit ut* T. 1 m. L. Amb. 1. *dicitur* T. 2 m. *dicetur* Sp. *dicit* scil. homo eruditissimus.
lego et curro T. L. *curro et lego* Sp.
illi est est illi Amb. 1.

10. *prima positio* i. e. tempus praesens. *pepigi* obliqua est positio, *pago* prima
convictos a me a me convictos L.

11. *dictum hoc tuebamur* Amb. 1. *analogia hoc dictum quoque*

Nam in XII tabulis cum legeremus *ni ita pagunt*, inveniebamus simile huic *cadunt*: inde prima positio, etiamsi vetustate exoleverat, apparebat *pago* ut *cado*, unde non erat dubium sic *pepigi* nos dicere
12 ut *cecidi*. Sed meminerimus non per omnia duci *analogiae* posse rationem, cum et sibi ipsa plurimis in locis repugnet. Quaedam sine dubio contemtur eruditi defendere, ut cum deprensum est, *lepus* et *lupus* similia positione quantum casibus numerisque dissentiant; ita respondent non esse paria, quia *lepus ἐπίκοινον* sit, *lupus* masculinum, quamquam Varro in eo libro, quo initia Romanae urbis enarrat, *lupum feminam* dicit Ennium Pictoremque

utebamur L. *analogia quoque hoc utebamur* T. *anal. q. d. tuebamur* Sp.

cum legeremus T. L. *cum in XII tabulis legeremus* Sp. *legeramus* Amb. 1.

pagunt — pago Amb. 1. (prius a man. sec.) *pacunt — paco* T. L. probante Schneidero Lat. Gr. I. 1. p. 271 et 294. reprehendebant nonnulli, dicere me *pepigi*, cuius prima positio non amplius sit in usu. cum autem in duodecim tabulis legatur *ni ita pagunt*, ab hac forma perfectum *pepigi* derivandum esse ostendi. Ceterum non multum refert, *pagunt* an *pacunt* scribas. c littera enim in antiquis monumentis loco g est. Totum ex XII tabulis locum vide apud Auct. ad Herenn. 2, 13. *Rem ubi pagunt, orato. ni pagunt, in comitio aut in foro ante meridiem causam coniicito.* h. e. quo in loco litigatores paciscuntur, ibi orato seu causam agito. Haec Forcell. v. *pago*. Ac Priscian. l. X p. 495 ed. Krehl. *Sed antiqui pago quoque dicebant pro paciscor. Cicero in II. ad Herennium*: *Pacta sunt quae legibus observanda sunt, hoc modo, rem ubi pagunt, orato, ni pagunt* etc. Vide Thesaurum Ottonis T. IV. p. 470.

vetustate ex vetustate L.

12. *cum et* T. L. fort. Amb. 1. *om. et* Sp.

quaedam quaedam vocabula, in quibus sibi ipsa analogia repugnat.

similia T. L. Obrecht. Amb. 1. *simili* Sp.

ἐπίκοινον Lamb. *epicoenon* Tur. *epicoenum* Sp. conf. 1, 4, 24. *promiscua, quae ἐπίκοινα dicuntur.* Conf. Varro de l. l. p. 417. *A similibus fiunt dissimilia ut ab lupus lepus, lupo lepori.*

Romanae urbis T. L. Amb. 1. a m. 2. *urbis Romae* Sp. V. Corte ad Sall. Cat. c. 18.

lupum feminam Similiter Plautus in Vidularia: *Nam audivi feminam ego leonem semel parire.* teste Varrone in fragment. pag. 393. Speng.

Pictoremque Fabium cognomen nomini interdum praemittitur.

Fabium secutus. Illi autem iidem, cum interrogan- 13
tur, cur *aper apri* et *pater patris* faciat? illud nomen positum, hoc ad aliquid esse contendunt. Praeterea quoniam utrumque a Graeco ductum sit, ad eam rationem recurrunt, ut *πατρὸς patris κάπρου apri* faciat. Illa tamen quomodo effugient, 14
ut, nomina quamvis feminina singulari nominativo *u s* litteris finita numquam genitivo casu *ris* syllaba terminantur, faciat tamen *Venus Veneris?* Item cum *e s*

Sic *Victorium Marcellum*, cui opus dedicavit, semper *Marcellum Victorium* nominat Quintilianus; *Galli Sulpicii* 2, 15, 7. *Longus Sulpicius* 6, 3, 32. *Afer Domitius* 6, 3, 42. *Pollio Asinius* 6, 3, 110. Compara Rahnkenium ad Vellei. II, 26. „*Nomen apud Velleium singulis fere paginis postponitur cognomini.*" Explicat hunc usum Perizonius in Anim. Histor. c. 3 p. 133: Erat enim veteribus in more positum, si quando praenomen hominis non exprimerent, cognomen ultimum, quod plerumque erat quasi ἐπίθετον, praeponere nomini gentilicio.

Fabium fabulum T.

13. *iidem idem*, quam scripturam constanter tenet Turic., eamque secutus essem, nisi ambiguitatem vererer.

faciat faciant L.

nomen positum eieci Regii interpolationem, quam omnes adhuc receperant editores. *nomen simpliciter positum* coniecerat ille. — *nomen positum* est inter nominum species, et ab aliis *nomen absolutum* vocatur, *quod per se intelligitur et non eget alterius coniunctione nominis, ut deus, ratio*, ut Priscian. docet l. 1. p. 581. Putsch. Alia species nominum est *ad aliquid*. Charisius p. 129. *Sunt quaedam nomina, quae per se sine alterius partis orationis adminiculo intelligi non possunt, quae Graeci dicunt τῶν πρός τι, id est ad aliquid, quae non possunt intelligi sola, ut pater mater.* Ein Substantiv, das einen positiven Begriff bezeichnet, oder dagegen einen relativen. Monuit primus de restituenda codicum lectione Handius in Tursell. I. p. 123. eumque sum secutus. — *nomen impositum* 2 m Tur.

ductum dictum T. Amb. 1. a m 2.

κάπρου κιάπρου T. 1 m. *Keapru* 2 m.

14. *illa tamen illi* L. T.

quamvis — terminantur T. 1 m. L. *terminatur* Amb. 1. *terminentur* T. 2 m Sp. Coniunctivum defendunt VV. DD. ea opinione, ut regatur ab *ut*: cum potius a *quamvis* pendeat, *ut* pertinet ad *faciat*. Nunc in eadem opinione video esse Zumpt. Turbabantur critici, quod *quamvis* inter substantivum et adiectivum collocatum est, nec incipit sententiam.

us os Tur. *os* 1 m. *us* 2 m. L.

ris syllaba T. L. *in ris syllaba* Sp. mox rursus: *eadem ris syllaba terminatos.*

item cum es item cum s L.

litteris finita per varios exeant genitivos, nunquam tamen eadem *ris* syllaba terminatos, *Ceres* cogit
15 dici *Cereris?* Quid vero? quae tota positionis eiusdem in diversos flexus eunt? cum *Alba* faciat *Albanos* et *Albenses*, *Volo volui* et *volavi*. Nam praeterito quidem tempore varie formari verba prima persona *o* littera terminata, ipsa analogia confiteatur, siquidem facit *cado cecidi*, *spondeo spopondi*, *pingo pinxi*, *lego legi*, *pono posui*, *frango fregi*, *laudo*
16 *laudavi*. Non enim, cum primum fingerentur homines, *analogia* demissa coelo formam loquendi dedit: sed inventa est, postquam loquebantur, et notatum in sermone, quo quidque modo caderet. Ita-

cogit dici Cereris ceres cogit diceres quid T. *cogit dicere Cereris* L. *cogat dici Cereris* Amb. 1, quamquam *cogat* non memoratur. Sp. — Si legis *cogit*, novam incipimus inde ab *item* periodum, ut probabile est; sin legis *cogat*, pendet ab illis: *Illa tamen quomodo effugient, ut — faciat, item ut — cogat.*

15. *quid vero quid voro* (*vero* 2 m.) *qui* (*quod* 2 m.) t. p. c. i. d. *fluxus* (*flexas* 2 m.) *eunt*. T.
eunt T. L. fort. Amb. 1. *exeunt* Sp.
Alba faciat faciant 1 m T.
Albenses Albenses T. Cf. Varro d. L. L. p. 419. *Eo etiam magis ἀναλογικῶς fingentur, sed etiam ab iisdem vocabulis dis similia, neque a dissimilibus similia, sed etiam eadem ab iisdem vocabulis dissimilia fingi apparet, quod cum duae sint Albae ab una dicuntur Albani, ab altera Albenses.*
prima persona prima positione coni. Spald.
o littera T. L. *litera o* Sp.
confiteatur T. L. fort. Amb. 1. *confitetur* Sp.
spopondi spondi L.

16. *demissa dimissa* T.
quo quidque modo caderet i. e. quomodo verba terminarentur singula. Sic scripsi pro corrupto illo vulgato *quid quoque modo caderet* Tur. Spald., quod sensu caret et quod defendisse Spaldingium miror. Aliud huic simile exemplum extat 1, 8, 1 *Superest lectio, in qua puer ut sciat, — quando attollenda vel summittenda sit vox, quid quoque flexu, quid lentius celerius concitatius lenius dicendum.* — hic quoque *quo quidque flexu* corrigendum est. In ceteris locis, ubi haec locutio legitur, codices non sunt depravati. 8, 1, 1 *quo quaeque modo in ea invenienda atque tractanda sint.* 5, 10, 17 *quo quaeque modo res vitari vel appeti soleat.* 5, 10, 25 *quo quisque modo sit institutus.* 5, 12, 15 *quo quaeque res modo dici posset.* 5, 13, 25 *quo quidque accusator modo dixerit.* 6, 4, 22 *quo quaeque ordine probatio sit apud iudicem proferenda.* Atqui 7, 1, 9 nunc lo-

que non ratione nititur, sed exemplo, nec lex est loquendi, sed observatio, ut ipsam *analogiam* nulla res alia fecerit quam consuetudo. Inhaerent tamen 17
quidam molestissima diligentiae perversitate, ut *audaciter* potius dicant quam *audacter*, licet omnes oratores aliud sequantur, et *emicavit* non *emicuit* et *conire* non *coire*. His permittamus et *audivisse* et *scivisse* et *tribunale* et *faciliter* dicere; *frugalis* quoque sit apud illos, non *frugi*; nam quo alio modo fiet *frugalitas?* Iidem *centum milia num-* 18
mum et *fidem Deum* ostendant duplices quoque soloecismos esse, quando et casum mutant et numerum: nesciebamus enim ac non consuetudini et decori serviebamus, sicut in plurimis, quae M. Tullius in Oratore divine ut omnia exequitur. Sed Au- 19
gustus quoque in epistolis ad C. Caesarem scriptis emendat, quod is *calidum* dicere quam *caldum*

gitur *In quo genere est agenti dispiciendum, quid quoque loco diluat.* sed legendum est, cum de sola dispositione sit sermo, *quo quidque loco diluat.* — Ceterum in nostro loco Lassbergianus et Amb. 1. *quid quo modo caderet* legunt.
observatio obsertio T. 1 m.

17. *audaciter* in Cicerone tamen haec forma passim invenitur. vide Garaton. ad Cic. or. p. Fontcio c. 1. p. Coelio c. 6. — *audatiter* T. 1 m.
potius dicant dicant potius L.
non emicuit et emicuit T.
conire coire 1 m. *coivire* 2 m T.
fiet T. L. Amb. 1. *fiat* Spald.

18. *iidem idem* T.
milia millia Sp.
duplices quoque T. L. Amb. 1. om. *quoque* Sp. — *duplicis* T.
quae M. Tullius recepi ex Tur. qui dat *quem tullius* a 1 m. et ex Amb. 1. — *quae Tullius* T. 2 m. Sp.
in Oratore in oratione T. Cap. 46. „*Atque etiam a quibusdam sero iam emendatur antiquitas, qui haec reprehendunt. Nam Prok deum atque hominum fidem — deorum aiunt. Ita, credo, hoc illi nesciebant: an dabat hanc consuetudo licentiam?*“
divine divina 2 m T.

19. *Augustus augustius* L.
ad C. Caes. ad g. Caes. Amb. 1.
emendat quod hoc in loco interpolati sunt Tur. et Lasseb. verisimil. Amb. 1.: *emendatius calidum dicere quam caldum mavult,*

malit, non quia illud non sit Latinum, sed quia sit odiosum et ut ipse graeco verbo significavit, πε-
20 ρίεργον. Atqui hanc quidam ὀρθοέπειαν solam putant, quam ego minime excludo. Quid enim tam necessarium, quam certa locutio? Imo inhaerendum ei iudico, quoad licet; diu etiam mutantibus repugnandum: sed abolita atque abrogata retinere, insolentiae cuiusdam est et frivolae in parvis iactan-
21 tiae. Multum enim litteratus, qui sine aspiratione et producta secunda syllaba salutarit (*avere* est enim), et *calefacere* dixerit potius quam quod dicimus, et *conservavisse*; his adiciat *fuce* et *dice* et similia.
22 Recta est haec via: quis negat? sed adiacet et mollior et magis trita. Ego tamen non alio magis

non quia id non sit latinum, sed quia sit odiosum, ut et ipse (et ut ipse Lassb.) *graeco.* Sensus horum verborum a Quintiliani consilio alienus est. Damnat enim molestam diligentiae perversitatem eorum, qui plenam formam vocabulorum imminutis ubique praeferunt, ut *audivisse, audaciter, frugalis, deorum, nummorum, calidus.* „Sed tuto, ait Zumptius, *etiam alteram illam scripturam restituere potes, modo emendatius caldum quam calidum permutatis sedibus, scribas.*“

odiosum „odiosum appellasse videtur, quia proximum voci *callidus*, quod fere in malam partem usurpari solet. Ex hoc intelligimus, Augusti aevo caldum pro calido usitatissimum fuisse.“ — Forcellini v. *caldus.*

et ut ut et T.

περίεργον ΠΕΡΙΘΡΤΟΝ T. 1 m. *perithrion* 2 m.

20. *atqui hanc* plenas tantum formas verborum bonas et non dignas esse quidam volunt, easque ego non damno, sed consuetudinem et gratiam linguae potiorem duco. — *atque in hanc* T. 1 in. L. *atque in hac* Amb. 1. a 2 m. *atque hanc* T. 2 m.

ὀρθοέπειαν i. e. veram verborum figuram. — *ΟΡΘΟΕΠΙΑΝ* T. 1 m. *orthenian* i. *regulam* 2 m.

certa locutio T. L. non *certa elocutio*, ut Spald. e Turic. adfert. — Hic primum a Spaldingio codex Turicensis memoratur. *recta loculio* Sp. — *siletur* Amb. L.

iudico iudicio T. 1 m.

abrogata obrogata T.

insolentiae cuiusdam insolentiae L.

21. *salutarit* T. L. *fort.* Amb. 1. *salutavit* Sp.

avere est om. *est* L. Ut *havè* non *ave*, sic Habitus non Avitus recentiores dicebant.

calefacere Quintilianus dixit *calfacere* conf. lib. 5, 10, 58.

22. *magis trita magistri* T.

angor, quam quod obliquis casibus ducti et primas sibi positiones non invenire sed mutare permittunt, ut cum *ebur* et *robur*, ita dicta ac scripta summis auctoribus, in *o* litteram secundae syllabae transferunt, quia sit *roboris* et *eboris*, *sulphur* autem et *guttur* *u* litteram in genitivo servent: ideoque *iecur* etiam et *femur* controversiam fecerunt. Quod non 23
minus est licentiosum, quam si *sulphuri* et *gutturi* subicerent in genitivo litteram *o* mediam, quia esset *eboris* et *roboris*: sicut Antonius Gnipho, qui *robur* quidem et *ebur* atque etiam *marmur* fatetur esse; verum fieri vult ex his *ebura robura marmura*. Quodsi animadverterent litterarum adfinitatem, sci- 24
rent sic ab eo, quod est *robur*, *roboris* fieri, quomodo ab eo, quod est *miles limes militis limitis*, *iudex vindex iudicis vindicis* et quae supra iam attigi. Quid vero, quod (ut dicebamus) similes po- 25
sitiones in longe diversas figuras per obliquos casus

et primas T. *etiam p.* Sp.
non invenire non minuere T. L.
ebur et robur ebur et robor T.
auctoribus ductibus T. L. Amb. 1. — ex compendio *auctib;* pro *auctoribus* natum est *ductibus*.
transferunt transferuntur 2 m T.
sulphur sulfur Sp.
litteram in litterarum gen. 1 m. Tur. — *litteram genitivo* T. 2 m. L.
iecur etiam etiam iecur Sp. om. *etiam* Amb. 1.

23. *licentiosum* i. e. illicitum.
sulphuri sulfuri Sp.
et roboris ac rob. Amb. 1.
robur quidem et ebur atque etiam robur etiam et ebur atque quidem L.
ebura robura T. *robura ebura* Sp.

24. *adfinitatem affinitatem* Sp. mox *supra* referendum ad 1, 4, 12.

25. *quid vero, quod, ut dicebamus, sim. pos.* Amb. 1. *quid vero similes quod ut dicebam positiones* T. L. *quid? non similes quoque, ut dicebam, posit.* Sp., qui iam optabat: *quid vero, quod similes.*
ut dicebamus 1, 6, 15. *quid vero? quae tota positionis eiusdem in diversos flexus sunt?*

exeunt? ut *virgo Inno*; *fusus lusus*; *cuspis puppis* et mille alia? cum illud etiam accidat, ut quaedam pluraliter non dicantur, quaedam contra singulari numero, quaedam casibus careant, quaedam a primis statim positionibus tota mutentur ut *Iupiter*.
26 Quod verbis etiam accidit, ut illi *fero* cuius praeteritum perfectum et ulterius non invenitur. Nec plurimum refert, nulla haec an praedura sint. Nam quid *progenies* genitivo singulari, quid plurali *spes* faciet? Quomodo autem *quire* et *urgere* vel in praeterita patiendi modo vel in participia transibunt?
27 Quid de aliis dicam, cum *senatus senatus senatui* an [*senatus*] *senati senato* faciat, incertum sit?

Iupiter Iuppiter Goth. Iens.

26. *ut illi fero*, *cuius* Amb. 1. *ut tuli fero cuius* T. L. *ut fero*, *tuli*, *cuius* Sp. Adnotaverunt ad Spald. lectionem haec: Delet *tuli*, quia sensum prorsus corrumpit. deleto enim hoc vocabulo bene procedit oratio. Sensus est. Praeteritum perfectum verbi *fero* et cetera, quae ex praterito nascuntur, tempora (sic enim intelligo vocem *et ulterius*) non inveniuntur. Similiter dicit Priscianus lib. VIII. p. 402: *Et quibusdam deest praeteritum perfectum et omnia, quae ex eo nascuntur, ut ferio, sisto, tollo, fero, aio, furo.* Supra 1, 4, 29. *Quid? quod multa verba non totum declinationis ordinem ferunt? quaedam etiam mutantur ut f e r o in praeterito.* Spalding non intellexit locutionem *et ulterius*. Ex margine receptum fuit *tuli*, quod quis ibi adscripserat. Zumpt eodem plane modo verba interpretatur. — Similiter Hagenbuchius in epistola supra allata: „*Vel ita intelligenda haec sunt: cuius praeteritum perfectum et ulterius* (*id est plusquamperfectum*) *non invenitur, ut vel Turnebus intellexisse videri potest in sua ad h. l. nota: vel etiam delenda vocula e t hoc modo: cuius praeteritum perfectum ulterius non, id est, non amplius invenitur.*

an praedura quia *praedura* sunt, non in usu sunt, non desiderantur. *plura* T. 2 m.

progenies Quintilianus genitivum omnino repudiat, Gellius ex Pacuvio *progenii* memorat lib. 9, 14. et Nonius p. 490 ed. Merceri.

spes v. Schneider L. G. I. 2. p. 362.

quire et urgere Amb. 1. *quire et ruere* T. L. Sp.

patiendi paciendi T.

27. *an* [*senatus*] uncis inclusi; in margine quis hoc vocab. adiecerat, ut postea sciat, hic de declinatione eius nominis esse sermonem. — *cum senatus senatui senatus an senatus senati senato* 1 m. *cum senatus senatus senatui an senatus senati senato* 2 m T. Spald. coni. *cum senatus senati an senatus faciat* etc.

Quare mihi non invenuste dici videtur, aliud esse *Latine*, aliud *Grammatice* loqui. Ac de *analogia* nimium.

Etymologia, quae verborum originem inquirit, 28
a Cicerone dicta est *notatio*, quia nomen eius apud Aristotelem invenitur σύμβολον, quod est *nota*: nam verbum ex verbo ductum id est *veriloquium*, ipse Cicero, qui finxit, reformidat. Sunt, qui vim potius intuiti *originationem* vocent. Haec habet aliquando 29
usum necessarium, quotiens interpretatione res, de qua quaeritur, eget: ut M. Coelius se esse hominem frugi vult probare, non quia abstinens sit (nam id ne mentiri quidem poterat) sed quia utilis multis id est fructuosus, unde sit ducta *frugalitas*. Ideoque in definitionibus adsignatur etymologiae locus. Nonnumquam etiam barbara ab emendatis conatur 30
discernere, ut cum, *Triquetram* dici Siciliam an *Triquedram*, *meridiem* an *medidiem* oporteat, quaeritur aliaque, quae consuetudini serviunt. Con- 31

dici videtur videtur dici L.

28. *analogia nimium. Etymologia* T. L. Amb. 1. *analogia nimirum et ethymologia* T. 2 m. ut sec. man. ubique mutabat *etymol.* — *anal. vel nimium. Etym.* Sp.
a Cicerone Topic. c. 8.
apud Aristotelem περὶ ἑρμηνείας c. 2 § 8.
vocent vocentur T. 1 m.

29. *aliquando usum usum necessarium aliquando* L.
quotiens T. *quoties* Sp.
ut M. Coelius Amb. 1. *ut cum M. Coelius* T. L. Sp.
ne mentiri non m. T.
sit ducta T. L. Amb. 1. *sit dicta* Sp.
adsignatur assignatur Sp.

30. *Triquedram triquædram* 1 m. *triquadram* 2 m Tur. L. — Schneid. L. G. I. 1. p. 254.
meridiem Cicer. Orat. c. 47.
aliaque, quae quaeritur aliquando consuetudini servit aliaque quae consuetudini serviunt T. 1 m L. *aliaque sunt q. consuetudini serviunt* 2 m T. *aliquando consuetudini servit* ex Amb. 1. memoratur. Haec omnia unam lectionem continent, sed altero modo corrupta exhibetur, altero emendata. Ut autem librarii in codicibus, cum errant et vitiose verba scribunt, vitiosa non delere solent, sed emendata continuo ordine iuxta adscribere, sic hoc loco idem accidit.

tinet autem in se multam eruditionem, sive ex Graecis orta tractemus, quae sunt plurima, praecipueque *Aeolica* ratione (cui est sermo noster simillimus) declinata, sive ex historiarum veterum notitia nomina hominum locorum gentium urbium requiramus, unde *Bruti*, *Publicolae*, *Pythici?* cur *Latium*, *Italia*, *Beneventum?* quae *Capitolium* et collem *Quirinalem* et *Argiletum* appellandi ratio?

32 Iam illa minora, in quibus maxime studiosi eius rei fatigantur, quae paululum declinata varie et mul-

31. *sive ex G.* Amb. 1. *si illa sive ex graecis* T. L. *sive illa ex graecis* Sp.

Aeolica ratione conf. Kidd ad Dawes. Misc. Crit. pag. 188. — *oratione* T. 2 m.

notitia noticia T.

Bruti brutu publicole pythici sic Tur., non ut Spald. refert *Brutii et Pythici. Publicolae. bruti publicole pythici* L. Amb. 1. Budius pro *Pythici* ex coniectura dedit *Pici*, quam verissimam putarunt omnes deinde editores et ipse Spalding. Attamen *Pici* nomen, id est, dei Iliae, qui sacris Romanis adhibebatur, non magis convenit cum ceteris *Bruti* et *Publicolae*, quam quod Buttmannus coniecerat *Quinti*. Cum autem codd. omnes lectionem *Pythici* tueantur, integram esse puto. Et profecto inter Sulpiciae gentis cognomina fuit *Pythicus*, ut e Dione Cassio discimus lib. 63, 18. Ἐν δὲ τῇ Ῥώμῃ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον ὁ Ἥλιος ἄλλα τε πολλὰ καὶ δεινὰ εἰργάσατο, καὶ Σουλπίκιον Καμερῖνον ἄνδρα τῶν πρώτων μετὰ τοῦ υἱέος ἀνέκτεινεν, ἐγκαλέσας σφίσιν, ὅτι Πυθικοὶ ἐκ προγόνων ἐπικαλούμενοι, οὐκ ἐπαύσαντο τὸ πρόσχημα τοῦτ' ἔχοντες, ἀλλ' ἐς τὰς τοῦ Νέρωνος νίκας τὰς Πυθικὰς ἐκ τῆς ὁμωνυμίας ᾐσέβουν. Servilios igitur *Pythicos* appellatos constat: tamen, cur cognomen acceperint, ignorare me fateor. Sed facile coniicere licet, Servilium quendam antiquissimis temporibus a Romanis ad oraculum Delphicum esse missum, unde posteri eius *Pythici* sint appellati. De Cassii loco disputavit Perizonius Animadvv. histor. p. 438. *Pythicus* memoratur in Pighii annalibus T. 3. p. 590 ad annum 808. — Zumpt pro *Pythici Petici* legit, et eosdem quidem *Sulpicios Peticos* intelligit, quod cognomen fuerit C. Sulpicii quinquies consulis, quia, ut fingit, consulatum ter contra legem Liciniam *petiisset*. Proponit porro pro *Pythici Potitii*, quod ipsum et mihi antea in mentem venerat et Lünemanno. Frustra.

Italia in Italia Amb. 1. mox *beneventumque* T. Amb. 1.

et collem T. Amb. 1. om. *et* Sp.

32. *Iam illa minora* i. e. continet etymologia etiam illa minora vel faciliora verba, quae, quamvis paululum tantum ab origine declinata, varie et nimis quaesite ab etymologis vertantur. — Iam illa verba minora, leviora sunt.

studiosi eius eius stud. L.

quae paululum Amb. 1. *quae verba paulum* T. L. *qui verba*

tipliciter ad veritatem reducunt aut correptis aut porrectis, aut adiectis aut detractis, aut permutatis litteris syllabisve. Inde pravis ingeniis ad faedissima usque ludibria labuntur. Sit enim *Consul* a consulendo vel a iudicando: nam et hoc *consulere* veteres vocaverunt, unde adhuc remanet illud *rogat boni consulas* id est bonum iudices; *senatui* nomen 33
dederit aetas: nam iidem *Patres* sunt; et *rex rector* et alia plurima indubitata, nec abnuerim *tegulae regulaeque* et similium his rationem; iam sit et *classis* a calando et *lepus, levipes* et *vulpes volipes*, etiamne a contrariis aliqua sinemus trahi ut *lucus*, 34
quia umbra opacus parum *lucet*, et *ludus*, quia sit longissime a lusu, et *Ditis*, quia minime dives? etiamne *hominem* appellari, quia sit *humo* natus

---

paulum ex Regii emendat. Sp. *Ad veritatem* est ad veram vocabuli originem.

syllabisve syllabis ut inde pravis T. 1 m. *syllabis ut in pravis* 2 m.

faedissima foedissima Sp.

labuntur labantur 2 m T. *dilabuntur* Sp. Primum dat T. Amb. 1.

sit enim fit enim L.

vocaverunt T. L. *appellaverunt* Sp.

33. *et rex ut rex* 2 m Tur. *et rerum* L. Legendum videtur: *sit rex rector*, quod corrumpebatur propter praecedens *sunt*.

et classis ut T. L. Amb. 1.

et vulpes volipes omitt. T.

34. *etiamne etiam eam interpretationem rectam sequendam improbrandam contrariam, a contrariis aliqua* Tur. *etiam ea per interpretationem rectam sequendam improbandam per contraria a contrariis* L. — haec ex margine in contextum venerunt: continent enim notam librarii: *hic docet Quintilianus, interpretationem rectam sequendam, improbandam contrariam.* Sunt vero loci, ubi in margine Turicensis leguntur, quae in aliis, ut in Guelferbytano, ipsa in serie orationis inveniuntur. Conf. 3, 3, 10. 2, 1, 8. In Amb. 1. quoque interpolatio extat. — Improbat ergo Quintilianus hanc rationem, versa significatione interpretandi nomina, quam Varro saepe de industria adhibet.

a lusu ab lusu Sp. Illud dat T. Amb. 1.

Ditis T. L. *dites* Amb. 1.

hominem etymon, quod Quint. improbat, Spald. et Schneiderus in Lexico s. v. χαμαὶ comprobarunt.

humo homo T.

(quasi vero non omnibus animalibus eadem origo, aut illi primi mortales ante nomen inposuerint terrae quam sibi), et *verba* ab aëre *verberato*? Pergamus: sic perveniemus eousque, ut *stella* luminis *stilla* credatur, cuius etymologiae auctorem clarum sane in litteris nominari in ea parte, qua a me reprehenditur, inhumanum est. Qui vero talia libris complexi sunt, nomina sua ipsi inscripserunt; ingenioseque visus est C. Gavius *caelibes* dicere veluti *caelites*, quod onere gravissimo vacent, idque Graeco argumento iuvit; ἠϊθέους enim eadem de causa dici adfirmat. Nec ei cedit Modestus inventione; nam, quia *Caelo* Saturnus genitalia absciderit, hoc nomine appellatos, qui uxore careant, ait; Aelius *pituitam*,

quasi vero qua vero 1 m. *quare vero* 2 m T.
inposuerint inposuerunt T.

35. *nominari in ea* T. L. Amb. 1. *nominare* (operarum fort. errore) *ea* Sp.

36. *ingenioseque visus est* Sic T. L. Amb. 1. ceteri codd. omnes. — Regius mutavit *ingenioseque sibi visus est*, quod editores postea receperunt, nec non Spaldingius. Refutavit coniecturam Regii Lochmannus.

Gavius recepi ex codice Bernensi, probante Burmanno et Gernh. — *gavinius* Tur. Lassb. Amb. 1. — *Caius Granius*, quod in nullo codice extat, et de quo nemo quid comperit, Spald. habet. — Est *Gavius* vel *Gabius Bassus* nobilis grammaticus, cuius de origine vocabulorum libros memorat Gellius XI, 17, librum, quem de diis composuit, Macrobius Saturnal. 1, 9. et Lactantius Institutt. 1, 22, 9.

caelibes coelibes Sp.
caelites coelites Sp.
iuvit sic dat L. T. a 1 m. — (secunda man. etiam margini *iuvit* adscripsit.) nam *iuũ* est *iuvit*. male autem expresserat Spald. hoc compendium in praefat. Vol. 1. p. 77. Zumpt falso dicit, cit. manum Tur. delere vocem. omitt. in Obrecht. et Spald. — Amb. 1. siletur.
ἠϊθέους *HIΘEOIC* T. 1 m. *itheosis* 2 m.
adfirmat adfirmant T. 1 m. *de eadem causa dici adfirmant* L.
inventione in inv. 2 m T.
Caelo patri suo addit 2 m T.

37. *ait; Aelius pituitam* T. L. fort. Amb. 1. Cum Guelferbyt. det *ait melius pituitam*, Spald. proposuit: *ait, at melius pituitam*, quasi Quintilianus ridiculam hanc *pituitae* interpretationem veriorem putarit, quam illam vocis *caelebs* a Gavio et Modesto inventam. Adfert potius haec duo exempla, ut eluceat, quomodo pravis gram-

quia petat vitam. Sed cui non post Varronem sit venia? qui *agrum*, quia in eo *agatur* aliquid; et *gragulos*, quia *gregatim* volent, dictos Ciceroni persuadere voluit (ad eum enim scribit), cum alterum ex Graeco sit manifestum duci, alterum ex vocibus avium. Sed hoc tanti fuit vertere, ut *merula*, 38
quia sola volat, quasi *mera volans* nominaretur. Quidam non dubitaverunt etymologiae subicere omnem nominis causam, ut ex habitu, quemadmodum dixi, *Longos* et *Rufos*, ex sono *stertere murmurare*, etiam derivata ut a *velocitate* dicitur *velox*, et composita pluraque his similia, quae sine dubio aliunde originem ducunt, sed arte non egent, cuius in hoc opere non est usus nisi in dubiis.

matici ingeniis ad faedissima usque ludibria labantur. Atque adeo Varro, etymologorum latinorum princeps, non ab ineptiis liber est, ut mox pluribus exemplis docet. Construe: L. Aelius pituitam hoc nomine appellatam esse ait, quia petat vitam. fortasse inserendum ut post *ait*.

agrum Varro L. L. p. 35. ed. Speng.

quia T. L. Amb. 1. *quod* Sp.

gragulos Amb. 1. Varro p. 81. *Merula quod mera, id est sola, volitat: contra ab eo graguli, quod gregatim, ut quidam Graeci greges γέργερα.* — *graculos* T. Spald.

38. *sed hoc* T. L. Amb. 1. *sed huic* ex Badii vel Gallaei conject. Spald. Lünemann sic defendit vulgatam: „*nam hoc sc. alterum verbum graculos vertere* (*h. e. versa significatione interpretari*) *tanti fuit Varroni eam ob causam, ut pari modo merula quasi mera volans posset explicari.* Verto. Es war dem Varro lieb, um merula durch mera volans erklären zu dürfen, dem Worte gragulus die entgegengesetzte Bedeutung zu geben, nämlich gregatim volans.

tanti fuit hac de locutione disputavit post Spaldingium Hand ad Statium p. 193.

quidam quod quidam T. L.

dixi 1, 4, 25.

Longos et Rufos Longus et Rufus Tur. L. — quod constructioni verborum non convenit. Comprendunt quidam sub hac ratione etiam facillimas nominum causas, ut nomina, quae ex habitu corporis ducuntur, Longos Rufosque huic generi subiiciunt.

stertere recepi e Lassb. fort. Amb. 1. *stertcremus murmurare* Tur. *strepere* Sp.

pluraque recepi e Gothano, Voss. 1. Guelf. — *pleraque* T. L. Spald.

39 Verba a *vetustate* repetita non solum magnos assertores habent, sed etiam adferunt orationi maiestatem aliquam non sine delectatione: nam et auctoritatem antiquitatis habent et, quia intermissa sunt, 40 gratiam novitati similem parant. Sed opus est modo, ut neque crebra sint haec, nec manifesta, quia nihil est odiosius adfectatione, nec utique ab ultimis et iam oblitteratis repetita temporibus, qualia sunt *topper* et *antegerio* et *exanclare* et *prosapia* et Saliorum carmina vix sacerdotibus suis satis intellecta. 41 Sed illa mutari vetat religio et consecratis utendum est: oratio vero, cuius summa virtus est perspicuitas, quam sit vitiosa, si egeat interprete! Ergo ut novorum optima erunt maxime vetera, ita veterum maxime nova.

42 Similis circa *auctoritatem* ratio. Nam etiamsi potest videri nihil peccare, qui utitur his verbis, quae summi auctores tradiderunt, multum tamen refert non solum, quid dixerint, sed etiam quid persuaserint. Neque enim *tuburchinabundum* et *lurchinabundum*

39. *verba a verba et a* L. T.
sed etiam om. *sed* T.
maiestatem aliquam maiestatem L.

40. *neque — nec — nec* T. *neque — neque — nec* Sp. Amant aurium causa hanc scriptores varietatem.
crebra — manifesta crebre — manifeste T. *crebrae — manifestae* L.
adfectatione adfectationem T.
topper opper T. L. Si *topper* idem valet quod *toto opere*, verisimile est, *opper* idem esse quod *omni opere*. — *oper* Amb. 1.
antegerio T. Amb. 1. *antigerio* Sp. Festus: Antigerio antiqui pro *valde* dixerunt. Conf. 8, 3, 25.
exanclare sic omnes codd. vide F. A. Wolf ad Cicer. Tusculan. I. cap. 49.
et prosapia 8, 3, 26.

41. *consecratis congregatis* T.
42. *his verbis* T. Amb. 1. *iis verbis* Sp.
lurchinabundum sic T. L. Amb. 1. et Spald. — Gesnerus in Thesauro v. lurcabundus haec: *lurcabundus dedit Burm. Sed in magna lectionis varietate nihil ausim constituere, nisi forte illud, adspirationem abesse debere, et scribendum lurcabundum vel lurcinabundum.*

iam in nobis quisquam ferat, licet Cato sit auctor, nec *hos lodices*, quamquam id Pollioni placet, nec *gladiola*, atqui Messala dixit, nec *parricidatum*, quod in Caelio vix tolerabile videtur, nec *collos* mihi Calvus persuaserit: quae nec ipsi iam dicerent.

Superest igitur *consuetudo*: nam fuerit paene 43
ridiculum malle sermonem, quo locuti sint homines, quam quo loquantur. Et sane quid est aliud *vetus sermo* quam vetus loquendi consuetudo? Sed huic ipsi necessarium est iudicium constituendumque in primis, id ipsum quid sit, quod consuetudinem vocemus. Quae si ex eo, quod plures faciunt, nomen 44
accipiat, periculosissimum dabit praeceptum non orationi modo sed (quod maius est) vitae. Unde enim tantum boni, ut pluribus quae recta sunt placeant? Igitur ut *velli* et *comam in gradus frangere* et *in balneis perpotare*, quamlibet haec invaserint civitatem, non erit consuetudo, quia nihil horum caret reprehensione; at *lavamur* et *tondemur* et *convivimus* ex consuetudine: sic in loquendo, non si quid vitiose multis insederit, pro regula sermonis accipiendum erit. Nam, ut transeam, quemadmodum 45

hos lodices v. Schneid. L. G. 1. 2. p. 115.
placet T. L. Amb. 1. *placeat* Sp.
gladiola gladiolam Iens. Tarv. Ald. Forcellini s. v. habet *gladiolum*, i; Gesnerus autem *gladiola*, ae. si *gladiola* vera sit origo, *gladiolam* recipiendum est. — *gladiola aut qui messala* T. 2 m.
in Caelio de Caelio Antipatro v. Cicer. Orat. c. 69.
tolerabile tollerabile T.
collos collcs T.
Calvus 6, 1, 13.

43. *sint sunt* T. L.
quo qui 1 m T. L.

44. *si ex eo ex co si* T.
comam in gradus frangere v. Hand ad Statium p. 248.
balneis balineis T. 1 m.
at lavamur Bentleius ad Horat. Serm. 1, 5, 24. alia utitur lectione: '*at lavimur et tondemur et convivimus ex consuetudine*, nescio tamen, qua nisus auctoritate. conf. 5, 9, 14.
convivimus convivamus L.

vulgo imperiti loquantur, tota saepe theatra et omnem Circi turbam exclamasse barbare scimus. Ergo consuetudinem sermonis vocabo consensum eruditorum sicut vivendi consensum bonorum.

VII. Nunc, quoniam diximus, quae sit loquendi regula, dicendum, quae scribentibus custodienda: quod Graeci ὀρθογραφίαν vocant, nos *recte scribendi scientiam* nominemus. Cuius ars non in hoc posita est, ut noverimus, quibus quaeque syllaba litteris constet (nam id quidem infra grammatici officium est) sed totam, ut mea fert opinio, subtilita-
2 tem in dubiis habet, ut longis syllabis omnibus adponere apicem ineptissimum est, quia plurimae natura ipsa verbi, quod scribitur, patent: sed interim necessarium, cum eadem littera alium atque alium intellectum, prout correpta vel producta est, facit: ut *malus* arborem significet an hominem non bo-
3 num apice distinguitur; *palus* aliud priore syllaba longa aliud sequenti significat, et cum eadem littera nominativo casu brevis, ablativo longa est, utrum sequamur, plerumque hac nota monendi sumus.

45. *loquantur* Amb. 1. quod Spald. proposuerat. *loquuntur* T. L. ceteri.
eruditorum erudiorum T.

CAP. VII.

1. *quoniam quomodo* L.
quod Graeci et graeci T.
ὀρθογραφίαν *orthograuiam* 1 m. *orthografiam* 2 m T.
nos hoc nos Amb. 1.
nominemus nominamus L.
subtilitatem suptilitatem T.

2. *apicem* i. *virgulas accentuum* T. 2 m.
sed interim sic interim legit etiam Lipsius de recta Pronunt. L. L. pag. 17. — *sed interdum* T. 2 m.
malus arborem Amb. 1. *malus, utrum arborem* T. Spald. *malus utrumque arborem* L.

3. *palus — aliud sequenti* vid. Bentlei. ad Horat. A. Po. 65.
utrum utrumque L.

Similiter putaverunt illa quoque servanda discrimina, 4
ut *ex* praepositionem, si verbum sequeretur *specto*, adiecta secundae syllabae *s* littera, si *pecto*, remota scriberemus. Illa quoque servata est a multis dif- 5
ferentia, ut *ad*, cum esset praepositio, *d* litteram, cum autem coniunctio, *t* acciperet, itemque *cum*, si tempus significaret per *Q* ac duas *U* sequentes scribere-

4. *illa quoque* om. *illa* Amb. 1.
si pecto dubitarunt de lectione viri docti, quia *expectare* in nullo auctore legitur. hoc autem infirmum est argumentum, nam in quotidiano sermone extare quidem poterat: Graeci certo simili verbo ἐκπεκτέω utuntur. Atque Beda de Orthographia pag. 2334: *Exspectatur venturus per s. — Expecto, ab eo quod pectino, sine s scribendum.* Conf. Schneid. L. G. 2. 1. p. 613. 635.

5. *ad* V. Haud Tursell. 1. p. 75.
d litteram d littera L.
itemque — scriberetur Restitui hunc locum ex nostro Cod. qui tamen prima fronte perversa tradere videatur: *itemque cum si tempus significaret per c vero si comitem* (2 m. *quum*) *per q ac duas u sequentis* (*sequentes* 2 m.) *scriberetur.* — Sed ab eadem prima manu duo asterisci sunt appositi, qui verba in ordinem redigant eum quem in contextu secutus sum: *itemque cum, si tempus significaret, per q ac duas u sequentes scriberetur, per c vero, si comitem.* Alia vero duo signa, a secunda manu profecta, hanc verborum seriem ostendunt: *itemque cum, si tempus significaret, per c, si vero quum, per q ac duas u sequentes scriberetur.* — Collocavit autem, ingenii viribus hoc assecutus, in eodem fere ordine, quem nunc tenent, haec codicis Turicensis verba Sarpe in Ephemerid. Ienens. Erg. Bl. 1821. N. 77. pag. 230. *itemque cum, si tempus significaret, per Q ac duas U sequentes, per C vero, si comitem, scriberetur.* eumque secutus est Lünemann. Sensus est: Alii *quum* maluerunt, si est coniunctio; *cum*, si praepositio. Tenendum autem, non Quintilianum ipsum hanc secutum esse scripturam, sed unam probasse *cum*. In nostris codicibus *cum* plerumque scribitur, in antiquissimis *quom*, in nonnullis etiam *quum*. Geminasse autem veteres *u*, Quintilianus iterum dicit 1, 7, 26. idque probat Priscianus T. 1. p. 45. Krehl: „*Apud antiquos frequentissime loco cu syllabae quu ponebatur; et e contrario ut arquus, coquus, oquulus pro arcus, cocus, oculus, quum pro cum, quur pro cur.*“ Quamvis autem Wunderus in Variis lectionibus p. XCVI recte observaverit, *quum* multis in locis depravatam esse formam pro *quoniam*, non satis tamen circumspecte eam funditus damnavit. — Regius ex codice Florentino hanc lectionem tradidit: *itemque cum, si tempus significat, per qum; si comitem, per q ac duas scquentes uu scriberetur.* Ac fuerunt, qui contenderent, Quintilianum adverbium temporis *qum* scripsisse. Nam Tortellius Arretinus in Commentariis grammaticis de Orthographia Venetiis 1484. haec de littera Q. disputat: *An eodem modo, si u vocalis sequa-*

6 tur, per *C* vero, si comitem. Frigidiora his alia, ut *quidquid* c quartam haberet, ne interrogare bis videremur, et *quotidie* non *cotidie*, ut sit quot diebus. Verum haec iam etiam inter ipsas ineptias
7 evanuerunt. Quaeri solet, in scribendo praepositiones sonum, quem iunctae efficiunt, an quem separatae, observare conveniat, ut cum dico, *optinuit* (secundam enim *b* litteram ratio poscit, aures magis
8 audiunt *p*): et *immunis* (illud enim, quod veritas

tur, interponi possit inter eam vocalem et q alius u, ita ut post ipsum q in eadem syllaba geminari possit u, dubium apud antiquos fuisse videtur. Victorinus Marius dixit geminari posse, ut in ipso quum, quando adverbium est temporis, et tempus significat, quod cum geminata u scribendum esse dixit. Papyrianus vero libro IV. de orthographia scribit omnino id fieri non posse, ne scilicet duae litterae eiusdem in se soni et vocis tam invicem quam cum terminatione soni ipsius q collidantur. Idem Quintilianus sentire videtur, ubi vult: cum, si tempus significat, per q duabus solum sequentibus litteris scribendum esse, ut qum primum et qum facerem. Si vero comitem, hoc est, si coniunctio fuerit, per c scribi debet ut cum Caio cum Lucio. — Sicque ex Papyriani et Quintiliani sententia puto, nunquam u post q geminandum, sed ipsum quum unico u scribendum esse." — Niebuhr in eadem sententia esse videtur ad Cic. Orat. p. Rabirio p. 76: „*Huc porro illud quoque pertinet, quod Quintiliano teste cum adverbium temporis qum scribebant.*" Cum hi viri recte explicarunt locum, lectio Florentina sic corrigenda est: *itemque cum, si tempus significat, per qum, si comitem, per c ac duas sequentes scriberetur.* Lassb. hanc habet lectionem: *itemque cum si tempus significaret per quom si comitem per c ac duas u sequentes scriberetur.* Postremo Spaldingius: *item cum, si tempus significaret; per q. u. o. m.; si comitem, per c ac duas sequentes scriberetur.* Amb. 1. dat: *itemque cum s. t. s. per c* (c est sec. m. tertia man. supra scripsit *q*) *si comitem per q* (*q* sec. m. supra c, tert. man.) *ac. d. u.* cet.

si comitem scil. significaret. *cum* praepositio societatem, coniunctionem et comitatum significat.

6. *quidquid* Quintilianus ergo *quidquid* et *cotidie* scripsit. In Turicensi *quicquid* ut in ceteris locis legitur, quod etiam Spald. habet.

bis 2 m. addit *quid? quid?*
quotidie quotidiae T. 1 m. *quottidiae* 2 m.
cotidie cottidie T.
evanuerunt obsoleverunt haec cum aliis ineptiis.

7. *solet solent* T. 1 m.
praepositiones praepositionem L.
optinuit obtinuit Sp.

8. *illud enim illud n* T. L. aliique codd. quod recte pro *enim* explicuit Spald. nam Quintil. dixisset *illa n.*

exigit, sequentis syllabae sono victum *m* gemina commutatur). Est et in dividendis verbis observatio, 9
mediam litteram consonantem priori an sequenti syllabae adiungas. *Haruspex* enim, quia pars eius posterior a *spectando* est, *s* litteram tertiae dabit; *abstemius*, quia ex abstinentia temeti composita vox est, primae relinquet. Nam K quidem in nullis 10
verbis utendum puto nisi quae significat, etiam ut sola ponatur. Hoc eo non omisi, quod quidam eam, quoticns A sequatur, necessariam credunt: cum sit C littera, quae ad omnes vocales vim suam perferat.

Verum orthographia quoque consuetudini servit, 11
ideoque saepe mutata est. Nam illa vetustissima transeo tempora, quibus et pauciores litterae nec similes his nostris earum formae fuerunt et vis quoque diversa, sicut apud Graecos *O* litterae, quae interim longa ac brevis, ut apud nos, interim pro syllaba, quam nomine suo exprimit, posita est; ut 12
Latinis veteribus *D* plurimis in verbis adiectum ulti-

sono sonum T.
m gemina am. *m* L.
commutatur commutat T. 2 m.

9. *est et* T. L. fort. Amb. 1. *est etiam* Sp.
haruspex T. Amb. 1. 5, 10, 30 *haruspicum*. 5, 7, 36 *aruspicum*. 5, 11, 42 *aruspicum*. — *aruspex* Sp.
relinquet Sic Turic. A. 1. et Spald. *relinquitur* L.

10. *nisi quae significat* K in nullis verbis utendum puto, nisi in iis, quae tamquam nŏtă significat s. quorum nota est. — *quae* accusativus est pluralis, et refertur ad *verbis*. Schneid. L. G. I. 1. pag. 291.
quotiens quoties Sp.
vocales vim suam vim suam vocales T.

11. *pauciores pautiores* T.
pro syllaba i. e. pro *οὐ*. Spald. in Addend. hoc exemplum habet ex Plut. de garrulit. 2, 513. a. *Φιλίππου γράψαντος εἰ δέχονται τῇ πόλει αὐτόν, εἰς χάρτην οὐ μέγα γράψαντες ἀπέστειλαν*. Sed haereo in eo, quod dicit *pro syllaba*, verum enim, opinor, erat *pro voce*. *Οὐ* negandi particula non syllaba appellari potest. Non expedio rem.

12. *plurimis in in plurimis* Tur.
adiectum ultimum Amb. 1. Si haec lectio vera esse potest, (quod quidem non affirmare audeo, cum locutio sit insolita) *ad-*

mum, quod manifestum est etiam ex columna rostrata, quae est C. Duellio in foro posita; interim *G* quoque ut in pulvinari Solis, qui colitur iuxta aedem Quirini, *vesperug*, quod *vesperuginem* accipimus. 13 De mutatione etiam litterarum, de qua supra dixi, nihil repetere hic necesse est: fortasse enim sicut 14 scribebant, etiam loquebantur. Semivocales geminare diu non fuit usitatissimi moris, atque e contrario usque ad Accium et ultra, porrectas syllabas 15 geminis, ut dixi, vocalibus scripserunt. Diutius duravit, ut e i iungendis eadem ratione, qua Graeci *ει*, uterentur; ea casibus numerisque discreta est ut Lucilius praecipit: *Iam puerei venere: E postremum*

iectum substantive est positum, et intelligendum *est*. Ceteri codices et Spald. dant *ultimam adiectam*, qui accusativus admodum contorte ad verbum *transeo* refertur. Subest vitium, ut suspicor, in toto loco. Gesnerus coniecerat *ultimum adiectum*, ita ut *ultimum* substantive acciperetur, et *ultimum adiectum* idem esset, quod finitio adiecta.

Duellio dullio T. L. Conf. 1, 4, 15. — *C. Iulio* Amb. 1. *C. Duellio* Sp. Vide Lipsii Antiqu. Lectiones T. 1. p. 350.

interim interdum 2 m T.

vesperug q. v. Quirini quod vespueruginem accipimus. Sic Cod. non *vesperueruginem* ut Spald. ex Turic. laudat pag. LXXVIII. *vesperug* om. L. De *vesperug* pro *vesperu* vid. Schneid. L. G. 2. 1. pag. 496.

13. *dixi* 1, 4, 12 — 17.
necesse est T. L. fort. A. 1. om. *est* Sp.
sicut scribebant sicut scriptum T. 1 m. *scriptum est* 2 m.
etiam loquebantur T. L. *etiam ita loqu.* Sp.

14. *geminare diu non fuit* T. L. Amb. 1. *non geminare diu fuit usitatissimi moris* Sp.
atque e atqui e Amb. 1. a 2 m.
ut dixi 1, 4, 10.

15. *ut e i* om. *ut* T. L.
Graeci ει graeci ei T. Spald. *ει* eiiciendum putat.
Iam puerei venere Spaldingius de restitutione loci desperabat, quae tamen facillima esse videtur. Lucilius enim in plurali nominativo *ei* dixit, non *i*, *puerei*, *amicei*; genitivo singulari *i*, *huius pueri*, *amici*, item in dativo singulari tertiae declinationis *ei*, *furci*, *virtutei*, *operei*. Ergo in Lucilii versu *iam puerei venere* i. e. *pueri* dicatur cum de nominativo plurali loquaris. Cod. Tur. et Lasab. et Amb. 1. *puere* habent, quod veritatem monstravit.
e postremum et 1 m. *e* 2 m T. — *et postremo* L. Amb. 1.

facito atque I, Ut pueri plures fiant ac deinceps idem: *Mendaci furique addes E, cum dare furei lusseris.* Quod quidem cum supervacuum est, quia 16
i tam longae quam brevis naturam habet, tum incommodum aliquando. Nam in iis, quae proximam ab ultima litteram *E* habebunt et *I* longa terminabuntur, illam rationem sequentes utemur *E* gemina, qualia sunt haec *aurei argentei* et his similia; idque 17
iis praecipue, qui ad lectionem instituentur, etiam inpedimento erit, sicut in Graecis accidit adiectione ι litterae, quam non solum dativis casibus in parte ultima adscribunt, sed in quibusdam etiam interponunt ut in *ΑΗΙΣΤΗΙ*, quia etymologia ex divisione in tris syllabas facta desideraret eam litteram.

ut pueri plures sic T. L. Amb. 1. i. e. ut sciamus, hic de plurali, non de genitivo singulari disputari. — Perverse Spaldingius: *Iam pueri venere: e postremum facito atque i, ut puerei plures fiant.*

cum dare furei cum dari furei Lassb. *dare furi* Tur. *fueri* Amb. 1. Conf. Lips. de rect. pronunt. cap. 8. p. 24.

16. *quod quidem quo quidem* T. 1 m. Amb. 1.
i longa i longam T.
sequentes Turic. *scquentis.* Sunt aliquot exempla, ubi etiam in nominativo plurali haec finitio, non *es*, invenitur. 1, 8, 4 *mentis tenerae.* 3, 8, 31 *hostis.* 6, 3, 20 *mollis.* 6, 4, 11 *praesidentis magistratus.* Atque ex Varrone scimus de l. l. p. 440., hoc apud antiquos fuisse usitatum. „*Nam sine reprehensione volgo alii dicunt in singulari hac ovi et avi, alii hac ove et ave; in multitudine hae puppis, restis et hae puppes restes.*“ Quid vero? nonne apud Herodotum quoque eadem syllaba *is* nominativus et accusativus pluralis non semel terminatur? lib. 2. 178 αἵδε πόλις εἰσὶ αἱ ἱδρυμέναι κοινῇ. et eodem capite ὅσαι δὲ ἄλλαι πόλις μεταποιεῦνται, οὐδέν σφι μετεὸν μεταποιεῦνται.
his similia T. L. Amb. 1. om. *his* Sp. — *aurei et argentei et his similia* L.

17. *qui ad* om. *qui* L.
quam quia T.
adscribunt ascribunt Sp.
in quibusdam L. om. *in* T. Spald.
ΑΗΙΣΤΗΙ ΗΝΙCΤΗ 1 m. *cniste* 2 m T.
in tris syllabas in tri syllabas T. — *tris* semper fere in nostro cod. scribitur. V. Garaton. ad Cicer. p. Cluent. c. 8.
desideraret Tur. Lassb. Amb. 1. *desideret* Sp.

18 *Ae* syllabam, cuius secundam nunc *E* litteram ponimus, varie per *A* et *I* efferebant, quidam semper ut Graeci, quidam singulariter tantum, cum in dativum vel genitivum casum incidissent, unde *pictai vestis* et *aquai* Virgilius amantissimus vetustatis carminibus inse-
19 ruit. In iisdem plurali numero E utebantur *hi Syllae Galbae.* Est in hac quoque parte Lucili praeceptum, quod, quia pluribus explicatur versibus, si quis parum credet, apud ipsum in nono requirat.
20 Quid? quod Ciceronis temporibus paulumque infra, fere quotiens *S* littera media vocalium longarum vel subiecta longis esset, geminabatur? ut *caussae*, *cassus*, *divissiones:* quomodo et ipsum et Virgilium
21 quoque scripsisse, manus eorum docent. Atqui pau-

18. *ae* T. L. Amb. 1. *ai* Spalding graecis litteris.
in dativum v. Schneider L. G. 1. 2. pag. 22 sq. — Amb. 1. dat a 2 m.: *genitivum vel dativum,*
pictai vestis et aquai T. L. Amb. 1. *et aulai* Sp. Virg. Aen. 9, 26. et 7, 464.
Virgilius sic 2 m T. *Vergilius* 1 m T.

19. *in iisdem* int. vocabulis.
plurali pluralia L. T. 1 m Amb. 1. a 2 m.
hi Syllae sic nomen scripsit semper Turic., supra vero 1, 4, 25, ubi de etymologia nominis agebatur, ex consilio Quintiliani *Sullae* scriptum est, nam a sura vel surula derivavit. Ceterum in codice legitur *his syllabae galbae* 1 m. *in his syllabae galbae* 2 m., non ut Spalding. ex Turicensi refert *his Syllae.*
est in et in T.
Lucili Tur. 1 m. *Lucilii* 2 m T. Sp.
Lucili praeceptum excerpsit hoc Nigidius Figulus apud Gellium 13, 25.
credet T. Amb. 1. a m 2. *credat* Amb. 1. a 1 m. Sp. *credit* L.

20. *quid? quod quicquid* T. 1 m.
Ciceronis temporibus om. *temporibus* T. 1 m. Quare mutavit 2 m. verba sic *Cicero his paulum infra — geminabat,* nam a 1 m. scriptum est *geminabatur.*
paulumque om. *que* T.
caussae sic scribebatur, quia s littera media vocalium longarum erat. *caussas et cassus* L. *causas cassus* T. *causasecasus* A. 1 m. *causas et casus* 2 m. Conf. de geminatione s litterae Schneid. Element. L. 2. 1. pag. 431 sqq.
Virgilium Vergilium T. ut 5, 10, 10 *Vergilius* T.

um superiores etiam illud, quod nos gemina dimus *iussi* una dixerunt. Iam *optimus maximus*, t mediam *I* litteram, quae veteribus *U* fuerat, acperent, C. primum Caesaris inscriptione traditur ltum. *Here* nunc E littera terminamus: at vete- 22
m Comicorum adhuc libris invenio, *Heri ad me enit;* quod idem in epistolis Augusti, quas sua manu ripsit aut emendavit, deprenditur. Quid? non 23
ato Censorius *dicam* et *faciam dicem* et *faciem*

21. *gemina dicimus* T. L. Amb. 1. *gemina s dicimus* Sp.
Iam optimus Amb. 1. *etiam optimus* T. Sp.
mediam i litteram Neutro tamen modo vox, quam sentiebant, leiebatur, ideoque Ti. Claudius novam ad hos usus litteram adcerat; quae autem ea fuerit et qualis, primus Taylor ad marmor nolvic. p. 46. detexit probante F. A. Wolfio ad Suetonii Claud. c. 1. et Schneidero Element. L. 1. 1. pag. 6. Sed audiamus Velium ongum p. 2235: Aurifex melius per *i* sonat quam per *u;* ut aupare et aucupium mihi rursus melius videtur sonare per u — — — — — quam per i, et idem tamen aucipis malo quam aucupis, uia scio sermonem et decori servire et aurium voluptati, unde fit, t saepe aliud scribamus aliud enuntiemus, sicut supra locutus sum e viro et virtute, ubi i scribitur et paene u enuntiatur, *unde Ti. Claudius novam quandam litteram excogitavit similem ei notae, quam pro aspiratione gracci ponunt*, per quam scriberentur eae voces, quae neque secundum exilitatem litterae i neque secundum plenitudinem litterae u sonant. — Verba grammatici attuli, ut Schneiderus ea constituit Element. L. 1. 1. p. 22. compara ibidem p. 6.
littera litteram T.
C. primum Caesaris C. Iulium Caesarem intelligit Schneider Gr. I. 1. pag. 19. et Spengel ad Varronem pag. II., Spaldingius autem Caligulam. — Tur. dat a 2 m. *g primum C.* Conf. Velius ongus p. 2228: Antiquis varie scriptitatum est mancupium, aucuium, manubiae, siquidem *C. Caesar* per *i* scripsit, ut apparet ex tulis ipsius, at Augustus per u, ut testes sunt eius inscriptiones. ersutus ap. Cassiodorum p. 2284: Lacrumae an lacrimae, maxumus an maximus, et si quae similia sunt, scribi debeant quaesitum st. Terentius Varro tradidit, *Caesarem* per *i* eiusmodi verba solium esse enuntiare et scribere, inde propter auctoritatem tanti viri nsuetudinem factam. Sed ego in antiquiorum multo libris, quam . Caesar est, per *u* pleraque scripta invenio.

22. *heri ad me venit* Terent. Phorm. I, 1, 2. — Conf. Heinerf ad Horat. Serm. II, 8, 2. Vide 9, 2, 91. *Pater Gallio: Dura, nime, dura: here fortior fuisti.*
in epistolis Augusti ut nunc quoque in duabus Augusti epistolis Suetonio memoratis legitur. Aug. c. 71. Calig. c. 8.
deprenditur deprehenditur Sp.

23. *dicem et faciem dice ut face* (sic, non *facie* ut Spald.

scripsit, eundemque in ceteris, quae similiter cadunt, modum tenuit? quod ex veteribus eius libris manifestum est, et a Messala in libro de S littera posi-
24 tum. *Sibe* et *quase* scriptum in multorum libris est; sed an hoc voluerint auctores, nescio: T. Livium ita his usum ex Pediano comperi, qui et ipse
25 eum sequebatur; haec nos I littera finimus. Quid dicam *vortices* et *vorsus* ceteraque ad eundem modum, quae primus Scipio Africanus in E litteram
26 secundam vertisse dicitur? Nostri praeceptores *seruom ceruom*que U et O litteris scripserunt, quia subiecta sibi vocalis in unum sonum coalescere et confundi nequiret, nunc U gemina scribuntur ea ratione, quam reddidi: neutro sane modo vox, quam sentimus, efficitur. Nec inutiliter Claudius Aeolicam
27 illam ad hos usus litteram adiecerat. Illud nunc

refert) T. 1 m. *dice et face* 2 m T. et L. Amb. 1. Ea, quae nos in futuro *Dicam*, *Dices* et *Faciam*, *Facies* efferimus, Cato omnibus personis eadem vocali pronuntiabat *Dicem*, *Dices Facièm*, *Facies*. Similem errorem in Festo correxit I. Lipsius Variae Lectt. T. 1. pag. 301.

quod ex T. L. Amb. 1. *quod et ex* Sp.

24. *sibe et quase sive et quare se* Tur. *sibe et quase pro sibi et quasi* L.

T. Livium Spald. in Addendis: „*Sibe apud Livium IX*, 5, 10. *in cod. Florent. legitur, vide ad eum locum Drakenborch.*“ — *ex Pediano* de Asconio Pediano nuperrime edidit libellum elegantissime scriptum Madvigius. Havniae 1829.

haec — littera hic litteram 2 m T.

25. *primus Scipio* Amb. 1. ut voluit Spald. *primo Scipio* T. L. ceteri.

Scipio Africanus int. minorem, L. Patelli filium. Schneider L. G. I. 1. pag. 12.

26. *praeceptores praeceptoris* T. 1 m.

seruom ceruomque Amb. 1. *seruum ceruumque* T. L. *ceruum seruumque* Sp.

ea ratione, quam reddidi supra 1, 4, 11. — ea enim ratione, ut prima *u* iungatur ut consonans. Aliter intellexit verba Spalding.

usus litteram usus f litteram T. — Lasb. in margine habet *F.* — H. Ernstius in Thesauro Meermanni T. 1. p. 120 ex Mediceo. *I litteram* proposuit. Conf. Schneider Element. L. I. 1. p. 4.

27. *illud illuc* L.

melius, quod *cui* tribus quas posui litteris enotamus, in quo pueris nobis ad pinguem sane sonum *q* et *u* et *o* et *i* utebantur, tantum ut ab illo *qui* distingueretur.

Quid? quae scribuntur aliter quam enuntian- 28
tur? Nam et *Gaius C* littera significatur, quae inversa mulierem declarat, quia tam *Gaias* esse vocitatas quam *Gaios* etiam ex nuptialibus sacris apparet. Nec *Gneus* eam litteram in praenominis nota 29
accipit, quae sonat, et *clarissimos* et *consules* ge-

quod cui Sensus est: nunc melius scribitur *cui*, quam quod olim in usu fuerat *quoi*: tunc autem *quoi* dicere malebant in dativo quam *qui*, quod itidem pro dativo poni poterat, ne ambiguum esset, *qui* nominativus sit an dativus. Cum autem postea pro *qu* c litteram reciperent, in dativo *cui*, ut in genitivo *cuius*, scribebant. Aliam opinionem statuit Beier ad Cic. or. p. Tullio p. 68: „*Contra qui scripsere pro cui, ut indicat Quintilianus (hoc ipso loco), et ita ap. Cicer. de Amic. c. 6. Qui potest esse vita vitalis, ut ait Ennius etc., quod priore loco in cui mutarunt.*“ — Sed omnes codd. Quintil. *cui* firmant.

quas posui Gernh. in Add. hoc coniecit. *praeposui* T. L. A. *proposui* Sp.

enotamus enotemus L.

q et u et o et i Amb. 1. *qui et oi* T. *qu et oi* Sp.

tantum ut om. *ut* T.

28. *quid? quae quique tam scribuntur* L. *quidque* T. 1 m. *quique* 2 m.

enuntiantur enunciantur Sp.

Gaius gravis T.

significatur L. T. fort. Amb. 1. *notatur* Sp.

quia — apparet pro glossemate habet Spaldingius, si quidem eadem verba in Petri Diaconi Notis litterarum pag. 1587. Putsch., nulla Quintiliani mentione facta, leguntur. Conferatur Vel. Longus p. 2218. Conf. 1, 2, 22.

Gaias T. L. *Caias* Sp.

esse vocitatas quia tam gaias eas vocitatas esse L.

Gaios T. L. *Caios* Sp. — *C* littera loco *g* olim in usu erat. Huc pertinet Plutarchi locus ex Romulo cap. 26: τὸ δὲ δῆσαι Λατῖνοι πάλαι μὲν λικᾶρε, νῦν δὲ λιγᾶρε καλοῦσιν· ὅθεν οἱ ῥαβδοῦχοι λικτώρεις, modo vere constituerit locum Hasius, cuius adnotationem vide apud Schaeferum Vol. IV. p. 288.

29. *et clarissimos — legimus* Sic restitui ex Tur. Explicat enim Quintil. id, quod vocabulo *consulibus* in notis librariorum et inscriptionibus accidit, exemplo simili allato. *Coss.* enim scribitur pro *consulibus*, quasi eandem cum voce *clarissimus* haberet naturam, et in utroque esset s gemina. Tur. dat: *Se cgneus* (2 m. delet c.) *eam litteram in praenominis nota accipit quae sonat et clarissimos*

minata eadem littera legimus: et *Subura*, cum tribus litteris notatur, C tertiam ostendit. Multa sunt generis huius: sed haec quoque vereor ne modum tam parvae quaestionis excesserint.

30 Iudicium autem suum grammaticus interponat his omnibus. Nam hoc valere plurimum debet. Ego (nisi quod consuetudo optinuerit) sic scribendum quid-
31 que iudico, quomodo sonat. Hic enim est usus litterarum, ut custodiant voces et velut depositum reddant legentibus; itaque id exprimere debent, quod
32 dicturi sumus. Hae fere sunt emendate loquendi scribendique partes: duas reliquas significanter ornateque dicendi non equidem grammaticis aufero, sed, cum mihi officia rhetoris supersint, maiori operi reservo.

et consules geminata eadem littera legimus. Amb. 1. dat: *set gneus* (*sed* 2 m.) *c. l. t. p. n. a. quae* (ut verisimile est) *s. et clarissimos* (hoc a sec. m. super magnam abrasionem plurium vocum) *et consules geminata eadem litera legimus.* Hanc lect. Zumpt. probavit. Lassberg. sic: *sed gneus eam litteram in praenominis accipit nota quae sonat et clarissimos et consules et columnam exempta n littera legimus geminata eadem littera legimus.* Quae codicis verba in hunc ordinem sunt collocanda: *nec Gneus eam litteram in praenominis accipit nota, quae sonat, et columnam exempta n littera et clarissimos et consules geminata eadem legimus.* Quum autem tantae exemplorum copiae diffidam, Turicensem sequi malui. Spaldingius sic: *nec gneus eam literam in praenominis nota accipit, qua sonat et columnam et consules, exemta n litera, legimus.* Praeterea exemplum illud *columna* huic loco non aptum est. manifeste enim agit Quintilianus de notis quorundam nominum, non de integra scriptura. Ut enim littera *C. Gaium* notamus et Ↄ *Gaiam*, sic *Cn. Gnei* nota est, et *Coss. Consules*, *Suc. Suburam* significat. Vides ergo, in Spaldingii lectione *columnam* et *consules* alieno esse loco, nec melius expedivit rem Schneiderus L. G. 2. 1. p. 541.

Subura suburbana Amb. 1. a 2 m. Conf. Ruperti ad Iuven. 3, 5.

haec quoque 3, 6, 62. *sed ne haec quoque excesserint modum, vereor.*

30. *optinuerit obtinuerit* Sp.
est usus T. L. fort. A. 1. *usus est* Sp.

31. *dicturi ducturi* 1 m T.

32. *hae fere hec fere* T.
reliquas reliquas partes L.

Redit autem illa cogitatio, quosdam fore, qui 33
haec, quae diximus, parva nimium et inpedimenta quoque maius aliquid agentibus putent. Nec ipse ad extremam usque anxietatem et ineptas cavillationes descendendum, atque his ingenia concidi et comminui credo. Sed nihil ex grammatice nocue- 34
rit, nisi quod supervacuum est. An ideo minor M. Tullius orator, quod idem artis huius diligentissimus fuit et in filio (ut epistolis apparet) recte loquendi asper quoque exactor? aut vim C. Caesaris fregerunt editi *de analogia* libri? aut ideo minus Mes- 35
sala nitidus, quia quosdam totos libellos non verbis modo singulis sed etiam litteris dedit? Non obstant hae disciplinae per illas euntibus, sed circa illas haerentibus.

VIII. Superest lectio: in qua puer ut sciat, ubi suspendere spiritum debeat, quo loco versum distinguere, ubi claudatur sensus, unde incipiat,

33. *redit sedit* 1 m T. Amb. 1. *sedet* 2 m. Conf. 1, 5, 7.
inpedimenta impedimenta Sp.
agentibus T. L. fort. A. 1. *agendi* Sp.
ad extremam usque usque ad extr. L.
atque his iis T.
credo Bene monuit Cortius ad Sallustii Iugurth. c. 33. p. 577. „Pro *credo* melius legeres *censeo*." Sed conf. 2, 2, 15.

34. *grammatice* T. Amb. 1. *grammatica* Sp.
minor M. T. *minor est M.* Sp. — Laseb. omisit utramque vocem. Amb. 1. retinet *est*, omittit *M.* a 1 m.
epistolis in epistolis Amb. 1.
loquendi asper T. L. *loquendi usquequaque asper* Sp. fort. Amb. 1.
exactor exactore 1 m. *exactor est* 2 m Tur.
fregerunt editi freg. L.

35. *obstant opstant* T. — Cf. Saresberiensis Metal. I. c. 22. *Ut enim ait Quintilianus, non nocent hae disciplinae per illas euntibus.*

CAP. VIII.

1. *Superest lectio* scil. poetarum.
suspendere — distinguere conf. 2, 3, 35. 36.
ubi ibi 1 m T.

quando adtollenda vel submittenda sit vox, quo quidque flexu, quid lentius celerius concitatius lenius dicendum, demonstrari nisi in opere ipso non pot-
2 est. Unum est igitur, quod in hac parte praecipiam: ut omnia ista facere possit, intelligat. Sit autem in primis lectio virilis et cum suavitate quadam gravis, et non quidem prosae similis, quia et carmen est et se poetae canere testantur: non tamen in canticum dissoluta nec plasmate (ut nunc a plerisque fit) effeminata; de quo genere optime C. Caesarem praetextatum adhuc accepimus dixisse: *Si*
3 *cantas, male cantas; si legis, cantas.* Nec prosopopoeias, ut quibusdam placet, ad comicum morem pronuntiari velim, esse tamen flexum quendam, quo distinguantur ab iis, in quibus poeta persona
4 sua utetur. Cetera admonitione magna egent: in primis, ut tenerae mentes tracturaeque altius, quicquid rudibus et omnium ignaris insederit, non modo quae diserta, sed vel magis quae honesta sunt, discant.

5 Ideoque optime institutum est, ut ab *Homero*

adtollenda attollenda Sp.
quo quidque flexu Sic scripsi pro vulgato corrupto *quid quoque flexu*, quod codd. et edd. habent. conf. 1, 6, 16.

2. *in hac parte* om. *parte* T.
quia et Amb. 1. om. *et* T. Sp.
plasmate plasma est effeminata modulatio soni ac vocis. vid. Schneider in Lexico sub πλάσμα et Ernesti in Lex. rhet. lat. s. v.
Caesarem Conf. I. Saresberiensis Metalog. lib. I. cap. 21. Caesar praetextatus egregio scommate lusit in quendam: Si legis, cantas; si cantas, male cantas.

3. *prosopopoeias prosopaeias* T.
distinguantur distingantur T.
ab iis his L.
quibus poeta quibusdam poeta T.

4. *ut tenerae utenere* T.
mentes mentis 1 m T.
tracturae tacturae 1 m T. *tractaturae* L.
discant dicant Amb. 1. a 1 m.

5. *Homero atque Virgilio Homero Virgilioque* L.

atque *Virgilio* lectio inciperet, quamquam ad intellegendas eorum virtutes firmioris iudicii opus est; sed huic rei superest tempus: neque enim semel legentur. Interim et sublimitate heroici carminis animus adsurgat et ex magnitudine rerum spiritum ducat et optimis inbuatur. Utiles *Tragoediae;* alunt et 6 *Lyrici,* si tamen in his non auctores modo sed etiam partes operis elegeris; nam et Graeci licenter multa, et Horatium in quibusdam nolim interpretari. *Elegea* vero, utique quae amant, et *hendecasyllaba,*

firmioris iudicii Sic scripsi ex Amb. 1. (ultimum *i* est sec. man.). Tur. dat *firmiores iudicio* 1 m. *firmiori iudicio* 2 m. Lassb. *firmioris iudicio.* Spald. *firmiore iudicio.* Est ergo hoc novum exemplum, *opus* pro *necesse* genitivum nonnumquam admittere. alterum habes 12, 3, 8. *Sed etiam, si nosse, quid quisque senserit, volet, lectionis opus est.* vid. Ruddimann. Institt. T. 2. p. 66.

sublimitate subtilitate T. L.

optimis optumis T.

6. *tragoediae tragoede* 1 m. *tragoedi* 2 m T.

in his iis T.

Horatium — nolim Vid. Bentlei. ad Horat. Epod. 8, 17. — *nolim in quibusdam* Amb. 1.

Elegea vero utique quae ament hunc locum miserrime corruperunt editores, non secuti codices sed temerarium iudicium. Turicensis sic exhibet locum: *Elegea vero utique quae amant et hendecasyllaba quae sunt commata Sotadeorum nam de Sotadeis ne praecipiendum quidem est amoveantur.* Lassberg: *Elegea vero utique qua amat et hendecasyllabi qui sunt comata Sotadeorum nam de Sotadeis ne praecipiendum quidem est.* Gothanus: *Elegia vero utique quae amat et hendecasyllabi et quibus sunt commata Sotadeorum* etc. Ex his lectionibus haec vera esse videtur: *Elegea vero, utique quae amant, et hendecasyllaba, quibus sunt commata Sotadeorum, (nam de Sotadeis ne praecipiendum quidem est) amoveantur.* — Ut non omnes elegias repudiat Quintilianus, sed eas tantum, quae sunt amatoriae, sic ne hendecasyllaba quidem omnia removet, utpote multa eorum candidissima, sed ea tantum, quae continent Sotadeorum aliquid. nam Sotadicos a pueris numquam esse legendos patet. — In margine Stephani legitur *scommata Sotadeorum,* quae bona est coniectura pro *commata,* tamen etiam hoc intelligi potest. Verte: die elegischen Stücke alle, die von Liebe singen und die eilfsilbigen Gedichte, die etwas Sotadeisches haben (denn von den eigentlichen Sotadeen will ich nur gar nichts sagen) sollen weggelassen werden. — Spaldingius sic: *Elegia vero, utique quae amat, et hendecasyllabi et quibus sunt commata Sotadeorum (nam de Sotadeis ne praecipiendum quidem est) amoveantur,* quibus verbis amplissima est adiuncta disputatio de metris Sotadeorum, quamquam Quintilia-

quibus sunt commata *Sotadeorum* (nam de Sotadeis ne praecipiendum quidem est) amoveantur, si fieri potest: si minus, certe ad firmius aetatis robur reser-
7 ventur. *Comoediae*, quae plurimum conferre ad eloquentiam potest, cum per omnes et personas et adfectus eat, quem usum in pueris putem, paulo post suo loco dicam. Nam cum mores in tuto fuerint, inter praecipue legenda erit. De *Menandro* loquor: nec tamen excluserim alios.

8 Nam Latini quoque auctores afferent utilitatis aliquid. Sed pueris, quae maxime ingenium alant atque animum augeant, praelegenda; ceteris, quae ad eruditionem modo pertinent, longa aetas spatium dabit. Multum autem veteres etiam Latini conferunt, quamquam plerique plus ingenio quam arte valuerunt, inprimis copiam verborum, quorum in tragoediis gravitas, in comoediis elegantia et quidam velut
9 ἀττικισμὸς inveniri potest. *Oeconomia* quoque in his diligentior quam in plerisque novorum erit, qui omnium operum solam virtutem sententias putaverunt. Sanctitas certe et, ut sic dicam, virilitas ab his petenda est, quando nos in omnia deliciarum

nus in hoc loco non tam pedes ac mensuram horum versuum respexit quam argumentum. — Amb. 1. dat *elegea* a 2 m. — *qua amat* a 1 m. in ceteris cum Obrechto consentire videtur. — *Eleges* i. e. ἐλεγεῖα, elegea carmina. Haec mihi scripsit Hermannus: „Sie haben meines Erachtens ganz recht, wenn Sie Elegea utique, quae amant lesen: die folgenden Worte aber scheinen mir so verbessert werden zu müssen: et hendecasyllabi, qui sunt scommata Sotadeorum.“

7. *comoediae, quae* *comedia eque* T. L. Amb. 1. a 2 m.
paulo post cap. XI.
cum mores *cum ores* T.
inter praecipue legenda *inter praecipua legenda* T. L. Amb. 1.
8. *arte* *arce* T. 1 m.
copiam *copia* L.
velut *vel* T. 1 m.
9. *in his* *iis* T. L.
ab his *iis* T.
petenda est T. L. om. *est* Sp.

vitia dicendi quoque ratione defluximus. Denique credamus summis oratoribus, qui veterum poemata vel ad fidem causarum vel ad ornamentum eloquentiae adsumunt. Nam praecipue quidem apud Ciceronem, frequenter tamen apud Asinium etiam et ceteros, qui sunt proximi, videmus *Enni Acci Pacuvi Lucili Terenti Caecili* et aliorum inseri versus summa non eruditionis modo gratia sed etiam iucunditatis, cum poeticis voluptatibus aures a forensi asperitate respirant. Quibus accedit non mediocris utilitas, cum sententiis eorum velut quibusdam testimoniis, quae proposuere, confirment. Verum priora illa ad pueros magis, haec sequentia ad robustiores pertinebunt: cum grammatices amor et usus lectionis non scholarum temporibus, sed vitae spatio terminentur. 10 11 12

In *praelegendo* grammaticus et illa quidem minora praestare debebit, ut partes orationis reddi sibi soluto versu desideret et pedum proprietates, quae adeo debent esse notae in carminibus, ut etiam in oratoria compositione desiderentur. Deprehendat, 13

defluximus Amb. 1. Sp. *defluxerimus* T. L. probante Frotschero ad lib. 10, 1, 126. — Conf. Cicer. Tuscul. 1, 25. Omnes magni, qui fruges, qui vestitum, qui praesidia contra feras invenerunt: a quibus mansuefacti et exculti a necessariis artificiis ad elegantiora *defluximus*.

11. *Asinium* *asinum* T.

videmus recepi e Voss. 1. *vidimus* ceteri.

Enni Acci *Ennii ac Pacuvii* Amb. 1.

respirant T. L. Amb. 1. *respirent* Spaldingius ex coniectura Regii.

12. *Quibus accedit* scil. eruditionis gratiae et iucunditati.

velut *vel* T.

quae *qui* T.

haec sequentia Spald. et vocab. *priora* et *sequentia* delere voluit. Retractavit postea sententiam suam ad lib. 5, 10, 12. *Prius illud est — hoc sequens habet* etc.

13. *desiderentur* verte: die Metra sollen den Schülern in Gedichten so geläufig sein, dass man auch von ihnen verlangen darf, dass sie solche in rednerischen Uebungen geschickt anzubringen wissen.

deprehendatque Sp. om. *que* L. Amb. 1. — *deprendant* omisso

quae barbara, quae inpropria, quae contra legem
14 loquendi sunt posita, non ut ex his utique inprobentur poetae (quibus, quia plerumque servire metro coguntur, adeo ignoscitur, ut vitia ipsa aliis in carmine appellationibus nominentur; *metaplasmos* enim et *schematismos* et *schemata*, ut dixi, vocamus et laudem virtutis necessitati damus), sed ut
15 commoneat artificialium, et memoriam agitet. Id quoque inter prima rudimenta non inutile demonstrare, quot quaeque verba modis intellegenda sint.

que Tur.; qui tamen pluralis non convenit propter antecedentia: *grammaticus — praestare debebit, ut desideret*, ad quod refertur illud *deprendat* i. e. animum dirigat puerorum ad ea vocabula, quae barbara sunt; er mache aufmerksam. Omittit copulam etiam Io. Sarisberiensis Metalog. 1. c. 24. p. 781. Ergo ab autoritate eiusdem Quintiliani, in praelegendo, grammaticus et illa quidem minora praestare debebit, ut partes orationis reddi sibi soluto versu desideret, et pedum proprietates, quae debent in carminibus notae esse. Deprehendat quae barbara, quae impropria, aut alias contra legem loquendi sunt posita. Non tamen ut poëtas improbet, quibus ob metri necessitatem adeo ignoscitur, ut vitia ipsa in carmine virtutum nomine censeantur: laudem enim virtutis plerumque occupat necessitatis improbitas, cui sine dispendio negari non potest assensus. Metaplasmum, schematismumque, et oratorios tropos, multiplicitatem dictionum cum affuerint, et diversas sic vel sic dicendi rationes, ostendat, et crebris commonitionibus agat in memoriam auditorum. Ibid. pag. 783.: Id quoque inter prima rudimenta docebat, et infigebat animis, quae in occonomia virtus; quae in decore rerum, quae in verbis laudanda sunt: ubi copia probabilis, ubi excedens, ubi omnium modus. P. 784.: Superflua tamen fugienda dicebat; et ea sufficere, quae a claris authoribus scripta sunt: si quidem persequi quid quis unquam contemptissimorum hominum dixerit, aut nimiae miseriae, aut inanis iactantiae est, et detinet, atque obruit ingenia, melius aliis vacatura.

legem leges Amb. 1.
sunt posita sint composita L.
14. *ex his iis* T.
servire metro T. L. Amb. 1. *metro servire* Sp.
ignoscitur cognoscitur T.
metaplasmos — schematismos — schemata metaplasmus — schematismus — schemata 1 m Tur. Lassb. De voce σχηματισμός v. Ernesti Lex. Technol. gr. s. v. Spald. in suspicionem traxit *et schematismos*, sed Io. Sarisberiensis quoque ea tuetur.
ut dixi 1, 5, 52.
artificialium haec sunt, quae dicimus vocabula technica. Die Kunstausdrücke.

Circa *glossemata* etiam id est voces minus usitatas, non ultima eius professionis diligentia est. Enim- 16
vero iam maiore cura doceat *tropos* omnes, quibus praecipue non poema modo sed etiam oratio ornatur, *schemata* utraque id est *figuras* quaeque λέξεως quaeque διανοίας vocantur: quorum ego sicut troporum tractatum in eum locum differo, quo mihi de ornatu orationis dicendum erit. Praecipue 17
vero illa infigat animis, quae in oeconomia virtus, quae in decore rerum, quid personae cuique convenerit, quid in sensibus laudandum, quid in verbis, ubi copia probabilis, ubi modus.

His accedat enarratio historiarum, diligens qui- 18
dem illa non tamen usque ad supervacuum laborem occupata. Nam receptas aut certe claris auctoribus memoratas exposuisse satis est. Persequi quidem, quid quis unquam vel contemptissimorum hominum dixerit, aut nimiae miseriae aut inanis iactantiae est et detinet atque obruit ingenia melius aliis vacatura. Nam qui omnes etiam indignas lectione scidas excu- 19

15. *glossemata* cf. Sueton. de gramm. 22.

16. *utraque* omitt. T.
λέξεως *lexeos* T. 1 m. *verborum* addit 2 m.
διανοίας *dianoeas* 1 m. *sententiarum* addit 2 m T.
vocantur vocant Amb. 1. a 1 m.
in eum locum lib. 9. cap. 1. 2. 3.

17. *decore* T. L. Amb. 1. et omnes codd. — Regius mutavit *in decora rerum*, quem secuti sunt et alii et Spald. — *in decore* i. e. in nitore, ornatu. Spald. ipse posthac malebat *decore* collato loco 4, 2, 19. sed praeterea coniiciebat *decore, tum*.

18. *accedat* Amb. 1. (sic enim habet Obrecht.). *accedit* T. L. *accedet* Sp.
quid quis recepi e Io. Sarisberiensi. *quid quisque* T. L. *quod quisque* Sp. *Persequi* valet explorare, eruere.
unquam nequam T. L. Amb. 1.
contemptissimorum contempsi morum 1 m. *contemptim* 2 m T. *contemtissimorum* Sp.

19. *scidas* 1 m. *scedas* 2 m T. Lassb. Amb. 1. a 1 m. *schedas* Sp. cf. Cic. ad Attic. I, 20. *Nunc L. Papirius Paetus mihi libros eos, quos Ser. Claudius reliquit, donavit. Nunc, si me amas, si*

tit, anilibus quoque fabulis adcommodare operam potest. Atqui pleni sunt eiusmodi inpedimentis grammaticorum commentarii vix ipsis, qui composuerunt, satis noti. Nam *Didymo*, quo nemo plura scripsit, accidisse compertum est, ut, cum historiae cuidam tamquam vanae repugnaret, ipsius proferretur liber, qui eam continebat. Quod evenit praecipue in fabulosis usque ad deridicula, quaedam etiam pudenda, unde inprobissimo cuique pleraque fingendi licentia est, adeo ut de libris totis et auctoribus, ut succurrit, mentiantur tuto, quia inveniri, qui numquam fuere, non possunt. Nam in notioribus frequentissime deprenduntur a curiosis. Ex quo mihi inter virtutes grammatici habebitur, *aliqua nescire.*

De officio grammatici.

IX. Et finitae quidem sunt partes duae, quas haec professio pollicetur, id est, *ratio loquendi* et *enarratio auctorum*, quarum illam *methodicen*, hanc *historicen* vocant. Adiciamus tamen eorum curae

te a me amari scis, enitere per amicos, clientes, hospites, libertos denique ac servos tuos, ut scida ne qua depereat.

adcommodare acommodare T.
eiusmodi huiusm. Amb. 1.

20. *Didymo, quo D. quoque, quo* T. L. A. Conf. Io. Sarisberiensis Metalog. p. 798.: Tanta est opinionum oppositionumque congeries, ut vix suo nota esse possit authori. Accidit hoc Didymo, quo nemo plura scripsit, ut cum historiae cuidam tanquam vanae repugnaret, ipsius proferretur liber, qui eam continebat.
proferretur profertur L.

21. *mentiantur — deprenduntur* ad utrumque verbum idem intelligendus nominativus *auctores inprobissimi*. *mentiantur* habet T. Amb. 1. *mentiatur — deprehenduntur* Sp.

CAP. IX.

1. *historicen historiam* L. — Tur. a 2 m. supra *methodicen fabulam*, supra *historicen gesta* scripsit.

quaedam dicendi primordia, quibus aetates nondum rhetorem capientes instituant. Igitur *Aesopi fabel-* 2
las, quae fabulis nutricularum proxime succedunt, narrare sermone puro et nihil se supra modum extollente, deinde eandem gracilitatem stilo exigere condiscant: *versus* primo solvere, mox mutatis verbis interpretari: tum paraphrasi audacius vertere, qua et breviare quaedam et exornare salvo modo poetae sensu, permittitur. Quod opus, etiam consummatis 3
professoribus difficile, qui commode tractaverit, cuicunque discendo sufficiet. *Sententiae* quoque et *chriae* et *ethologiae* subiectis dictorum rationibus apud grammaticos scribantur, quia initium ex lectione ducunt; quorum omnium similis est ratio, forma diversa, quia *sententia* universalis est vox, *ethologia*

aetates — capientes aetatis — capientis T.

2. *Aesopi fabellas.* 5, 11, 19. *Illae quoque fabellae, quae, etiamsi originem non ab Aesopo acceperunt, (nam videtur earum primus auctor Hesiodus.) nomine tamen Aesopi maxime celebrantur, ducere animos solent praecipue rusticorum et imperitorum, qui et simplicium, quae ficta sunt, audiunt, et capti voluptate facile iis, quibus delectantur, consentiunt.* — Haec exercitatio fabulas Aesopicas variis modis exponendi, eadem est, quam Lessingius et alii tironibus commendarunt. Verba sunt F. A. Wolfii ad Sueton. de clar. Rhett. p. 32.

gracilitatem gratilitatem T.

stilo exigere i. e. reddere, imitari, exprimere.

versus solvere i. e. partes orationis dissoluto versu enumerare.

audacius audatius T.

breviare brevitate quaedam 1 m. *quadam* deleo sequenti *et* 2 m T.

3. *professoribus* hanc exercitationem non solum discipuli non facile expediunt, sed ne professores quidem omnes ei satisfaciunt. — Sarpe coniecit in Anal. p. 25. *consummatis profectibus*, prob. Buttm. in praef. T. IV. p. 11. Frotscher. ad lib. 10. p. 175. Gerahard., dissentiente Zumpt.

sententiae Eadem declamationum genera enumerat Suetonius de illustr. grammat. c. 4. Conf. Ernesti Lex. Rhet. Graec. v. *προγυμνάσματα.*

et ethologiae ethiolog. Amb. 1. a 1 m. *chriae ethimologiae* 1 m T. *et eth.* 2 m T. omitt. *et* L.

dictorum doctorum T. L. Amb. 1. a m 2.

ethologia aetiologia 1 m. *aetimologia* 2 m T. Amb. 1. a 2 m. Conf. 6, 2, 17.

4 personis continetur. *Chriarum* plura genera tradantur: unum simile sententiae, quod est positum in voce simplice *Dixit ille* aut *Dicere solebat*: alterum, quod est in respondendo *Interrogatus ille* vel *cum hoc ei dictum esset, respondit*: tertium huic non dissimile *cum quis dixisset aliquid vel fe-*
5 *cisset*. Etiam in ipsorum factis esse chriam putant ut *Crates, cum indoctum puerum vidisset, paedagogum eius percussit*, et aliud paene par ei, quod tamen eodem nomine appellare non audent, sed dicunt χρειώδες ut *Milo, quem vitulum adsueverat ferre, taurum ferebat*. In his omnibus et declinatio per eosdem ducitur casus, et tam factorum, quam
6 dictorum ratio est. Narratiunculas a poetis celebratas notitiae causa non eloquentiae tractandas puto. Cetera maioris operis ac spiritus Latini praeceptores relinquendo necessaria grammaticis fecerunt: Graeci magis operum suorum et onera et modum norunt.

An oratori futuro necessaria sit plurium artium scientia.

X. Haec de *Grammatice*, quam brevissime potui, non ut omnia dicerem sectatus, quod infinitum erat, sed ut maxime necessaria: nunc de cete-

4. *quis dixisset* Lassb. et Amb. 1. dant: *cum quis dixisset aliquid vel fecisset*, idque recepi. *cum quis non dixisset* (*sed* 2 m.) *aliquid fecisset* T. Spald.

5. *in ipsorum non ips.* L. Conf. 3, 7, 24.

Crates Vid. Hermog. Praeexercitam. p. 428. ed. Kreh. Πρακτικαὶ δὲ χρεῖαι, ἐν αἷς πρᾶξις μόνον· οἷον Διογένης ἰδὼν μειράκιον ἀκακτοῦν, τὸν παιδαγωγὸν ἔτυψε λέγων· τί γὰρ τοιαῦτα ἐπαίδευες; Leopardi Emendatt. III. 7. in Gruteri Lamp. T. 3. p. 49.

declinatio quomodo id fiat, ex Diomede discimus pag. 289 Putsch.

et tam etiam T.

CAP. X.

1. *grammatice* T. L. Amb. 1. *grammatica* Sp.

ris artibus, quibus instituendos, priusquam rhetori tradantur, pueros existimo, strictim subiungam, ut efficiatur orbis ille doctrinae, quam Graeci ἐγκύκλιον παιδείαν vocant.

Nam isdem fere annis aliarum quoque disciplinarum studia ingredienda sunt: quae, quia et ipsae artes sunt, et esse perfectae sine orandi scientia [non] possunt, nec rursus ad efficiendum oratorem satis valent solae; an sint huic operi necessariae, quaeritur. Nam quid, inquiunt, ad agendam causam dicendamve sententiam pertinet, scire quemadmodum data linea constitui triangula aequis lateribus possint? Aut quo melius vel defendet reum vel reget consilia, qui citharae sonos nominibus et spatiis distinxerit? Enumerent etiam fortasse multos quamli-

rhetori tradantur T. L. Amb. 1. *tradantur rhetori* Sp.
ἐγκύκλιον παιδείαν encicyon (sic) pedian T.

2. *isdem iisdem* Sp.
studia Spald. secutus Klotzium *stadia* voluit improbante Gernh.

[*non*] *possunt non* uncis inclusi, et fortasse consentit Amb. 1. Zumpt. enim sic: *perfectae — possunt sic etiam Flor. Amb.* 1. 2i (*qui tamen omitt. non* cum Bad. Vid.) dubium, *omittit* an *omittunt* legas). *non* vitiosum puto hac ductus ratione: quia haec disciplinae ipsae sunt artes, nec ad efficiendum oratorem satis valent solae, nec necessariam habent cum eloquentia coniunctionem, dubitari potest, an omnino oratori instituendo sint necessariae. nam per se quidem non intelligitur, cur disciplinis talibus instruatur orator. Id autem non quaeritur, an illae disciplinae sine orandi scientia possint esse perfectae (haec enim quaestio nihil ad rem pertinet.) at si illae perfectae esse possunt sine orandi scientia, haec nova est causa, cur moveatur quaestio, an non eodem modo etiam eloquentia sine illis perfecta esse possit. — Defendit Spalding negandi particulam, nec tamen mihi persuasit.

3. *quemadmodum queadmodum* T.
data linea Amb. 1. a 1 m. *ducta linea* T. L. Amb. 1. a 2 m. *in data linea* Sp.
possint possit Amb. 1. T. 2 m.
defendet defendat L.
reum rerum 1 m. *reum* 2 m T.
distinxerit distinxerint 1 m T.

bet utiles foro, qui nec geometren audierint nec musicos nisi hac communi voluptate aurium intellegant. Quibus ego primum hoc respondeo, quod M. Cicero in scripto ad Brutum libro frequentius testatur, non eum a nobis institui oratorem, qui sit aut fuerit, sed imaginem quandam concepisse nos animo perfecti illius et nulla parte cessantis. Nam et sapientem formantes eum, qui sit futurus consummatus undique et (ut dicunt) mortalis quidam deus, non modo cognitione caelestium vel mortalium putant instruendum, sed per quaedam parva sane, si ipsa demum aestimes, ducunt sicut exquisitas interim ambiguitates: non quia *ceratinae* aut *crocodilinae* possint facere sapientem, sed quia illum ne in minimis quidem oporteat falli. Similiter oratorem, qui debet esse sapiens, non geometres faciet aut musicus, quaeque his alia subiungam, sed hae quoque artes, ut sit consummatus, iuvabunt. Nisi forte

4. *foro fero* 1 m. *fore* 2 m Tur. *fero* L.
geometren geometron T. *geometres* L. Amb. 1. a sec. m. an voluit *geometras*?
audierint T. L. Amb. 1. *audiverint* Sp.
M. Cicero A. *in Cicero* Tur. i. e. *M. Cicero* plane ut 1, 5, 44. et 1, 10, 18. pro *multa* dat *inulta*. — *et Cicero* 2 m T. *quod et M. Cicero* Sp. qui tamen *quod etiam Cicero* proposuit. — *quod Cicero* L.
in scripto Lassb. — omitt. *in* T. Sp. Conf. Orator c. 1. et 29.
non eum non enim Amb. 1.
illius istius T. L.
et nulla Amb. 1. *ex n.* T. Sp.

5. *consummatus consumatus* T. una *m* ut §. 6.
deus deos 1 m T.
caelestium coelestium Sp. Cicero scientiam divinarum humanarumque rerum vocat.
ceratinae caeratinae T. hoc et sequens graecis litteris dat Amb. 1.
crocodilinae crocodillinae T. graece κροκόδειλος vel κροκοδειλίτης. conf. Ernesti Lexic. Technol. gr. v. σοφίσματα. et Lucian. de Vitarum auctione §. 22.

6. *subiungam subiungas* Amb. 1. a 2 m.
nisi forte — videmus — nos mirabimur Eandem constructionem invenimus 2, 3, 6 et 5, 12, 21.

antidotos quidem atque alia, quae oculis aut vulneribus medentur, ex multis atque interim contrariis quoque inter se effectibus componi videmus, quorum ex diversis fit una illa mixtura, quae nulli eorum similis est, quibus constat, sed proprias vires ex omnibus sumit; et muta animalia mellis illum inimitabi- 7
lem humanae rationi saporem vario florum ac sucorum genere perficiunt: nos mirabimur, si oratio, qua nihil praestantius homini dedit providentia, pluribus artibus egeat, quae, etiam cum se non ostendunt in dicendo nec proferunt, vim tamen occultam suggerunt et tacitae quoque sentiuntur. „Fuit aliquis sine 8
his disertus:“ ast ego oratorem volo. „Non mul-

antidotum *antidotus* T. L., quod corrigendum est *antidotos*. Terminatio *os* et *us* saepe commutatur. 1, 8, 14 *metaplasmos, schematismos* ubi T. et L. *metaplasmus et schematismus* habet. 1, 6, 38 *Longos et Rufos* ubi T. et L. *Longus et Rufus*. Nunc confirmatam video coniecturam meam Amb. 1. eamque ideo recepi.

quae oculis sic codd. omnes. Aldus mutabat *quae morbis*, quem secuti sunt cuncti editores et ipse Spalding, optime critici munus sic se exercutos esse rati.

una illa m. Amb. 1. *illa una m.* T. L. *illa m. una* Sp.

quae nulli eorum correxi lenissimâ mutatione locum. codd. omnes *quae nulli earum* praebent. Ineptus enim librarius pronomen ad praecedens substantivum *mixtura* referendum esse ratus, *eorum* (sc. *effectuum*) mutavit in *earum*. Remedia autem non ex multis fiunt mixturis, sed ex multis mixtis, neque illud, si verum esset, a Quintiliano hic afferri posset, quia haec observatio non ad rem quam tractat, pertinet. Spalding violentiore modo restituere voluit locum: *nisi forte antidotum quidem atque alia, quae morbis aut vulneribus medentur, ex multis herbis atque interim contrariis quoque inter se effectibus componi videmus, quarum* (pro *quorum*) *ex diversis fit illa mixtura una, quae nulli earum similis est.* Zumpt hoc adnotat: „*nisi velis corrigere eorum, nihil aliud superest, quam ut grammaticum genus ad mixturam illam unam et singulas eius quasi partes referas.*“ — Gernh. ad *earum* intelligit *virium* ex sequenti.

7. *inimitabilem* *inmutabilem* T. cf. 2, 16, 16 *opera quaedam nobis inimitabilia, qualia sunt cerarum et mellis.*

humanae rationi *ratione* 1 m T. *humana ratione* 2 m.

sucorum *succorum* Sp.

egeat Amb. 1. *eget* T. Spald.

tacitae sic T.

8. *sine his* *sine iis* T.

ast ego *ast ergo* T. *ast ego* L. *at ego* Sp. *sed ego* Amb. 1.

tam adiciunt:“ sed utique non erit totum, cui vel parva deerunt: et optimum quidem hoc esse conveniet: cuius etiamsi in arduo spes est, nos tamen praecipiamus omnia, ut saltem plura fiant. Sed cur deficiat animus? Natura enim perfectum oratorem esse non prohibet, turpiterque desperatur, quicquid fieri potest.

De Musice.

9 Atque ego vel iudicio veterum poteram esse contentus. Nam quis ignorat musicen, ut de hac primum loquar, tantum iam illis antiquis temporibus non studii modo verum etiam venerationis habuisse, ut iidem musici et vates et sapientes iudicarentur (mittam alios) *Orpheus* et *Linus:* quorum utrumque dis genitum, alterum vero, quia rudes quoque atque agrestes animos admiratione mulceret, non feras modo sed saxa etiam silvasque duxisse posteri-
10 tatis memoriae traditum est; itaque et Timagenes auctor est, omnium in litteris studiorum antiquissimam musicen exstitisse, et testimonio sunt clarissimi poetae, apud quos inter regalia convivia laudes heroum ac deorum ad citharam canebantur. Iopas vero ille

spes est est spes L.
quicquid quicquic Tur. *quidquid* Sp.

9. *studii studui* T. 1 m.
dis diis Sp. 2, 16, 14. *dis inmortalibus. Di* dixerunt Latini et *dis*, non duabus syllabis. V. Wunder Variae Lectiones p. LXXX: non aliter scripserunt *idem*, *isdem*, non *iidem*, *iisdem*.
quia T. L. *quod* Sp.
saxa etiam etiam saxa L.

10. *itaque et Timagenes* Sic scripsi. *itaque et imagines autores sunt* T. Amb. 1. Librarius quidam pro plurali habuit illud *Timagenes*, corruptum in *imagines*, et mutavit reliqua verba. *et Timagenes* om. *itaque* Sp. sed postea *Itaque T. a. est* praeferebat. *itaque et timagenes auctores sunt* L.
testimonio et clarissimi testimonio sunt poetae L.
apud quos — canebantur Displicuit Spaldingio praeteritum tempus *canebantur*, quod tamen verum est, et desideravit *cantan-*

Virgili nonne canit *errantem lunam solisque labores* et cetera? Quibus certe palam confirmat auctor eminentissimus, musicen cum divinarum etiam rerum cognitione esse coniunctam. Quod si datur, 11
erit etiam oratori necessaria, siquidem (ut diximus) haec quoque pars, quae ab oratoribus relicta a philosophis est occupata, nostri operis fuit, ac sine omnium talium scientia non potest esse perfecta eloquentia. Atque claros nomine sapientiae viros nemo 12
dubitaverit studiosos musices fuisse, cum Pythagoras atque eum secuti acceptam sine dubio antiquitus opinionem vulgaverint, mundum ipsum ratione esse compositum, quam postea sit lyra imitata, nec illa modo contenti dissimilium concordia, quam vocant ἁρμονίαν, sonum quoque his motibus dederint. Nam 13
Plato cum in aliis quibusdam tum praecipue in Timaeo ne intelligi quidem nisi ab iis, qui hanc quoque partem disciplinae diligenter perceperint, potest. Quid de philosophis loquor, quorum fons ipse Socrates iam senex institui lyra non erubescebat? Duces maximos et fidibus et tibiis cecinisse traditum, 14

tur. — *apud quos* tempori designando inservit. Verte: zu deren Zeit beym königlichen Mahle das Lob der Götter gesungen wurde.

Virgili A. 1, 746.
et cetera sic Tur. *cet.* Sp.

11. *ut diximus* Prooem. 14.

12. *ipsum ratione* Tur. a 1 m. et Lamb. Amb. 1. *ipsum eius ratione* Tur. a 2 m. et Spald.
lyra lyria T. 1 m.
ἁρμονίαν *harmonian* T.
dederint T. L. Amb. 1. *dederunt* Spald. — coniunctivus pendet a *cum* aeque ac *vulgaverint.*

13. *Plato — in Timaeo* ed. Bekker III. 2. p. 55.
nisi ab iis his L.
quoque p. p. quoque Amb. 1.
fons frons T.
Socrates iam Socrates se iam T. L. Amb. 1. dat *S. se iam senex.*

14. *tibiis tribus* 1 m T.

et exercitus Lacedaemoniorum musicis accensos modis. Quid autem aliud in nostris legionibus cornua ac tubae faciunt? quorum concentus quanto est vehementior, tantum Romana in bellis gloria ceteris
15 praestat. Non igitur frustra Plato civili viro, quem πολιτικὸν vocant, necessariam musicen credidit. Et eius sectae, quae aliis asperrima videtur, principes in hac fuere sententia, ut existimarent sapientium aliquos nonnullam operam his studiis adcommodaturos. Et Lycurgus durissimarum Lacedaemoniis le-
16 gum auctor musices disciplinam probavit. Atque eam natura ipsa videtur ad tolerandos facilius labores velut muneri nobis dedisse, siquidem et remigem cantus hortatur; nec solum in iis operibus, in quibus plurium conatus praeeunte aliqua iucunda voce conspirant, sed etiam singulorum fatigatio quamlibet
17 se rudi modulatione solatur. Laudem adhuc dicere artis pulcherrimae videor, nondum eam tamen oratori coniungere. Transeamus igitur id quoque, quod grammatice quondam ac musice iunctae fuerunt. Siquidem Archytas atque Aristoxenus etiam subiectam

et exercitus om. *et* 1 m T. L.
Lacedaemoniorum *Lacaedemoniorum* T.

15. *quae aliis asperrima videtur* Ex hoc uno loco iam manifesto apparet, praestantissimum esse codicem Turicensem. Ceteri codd. et editiones hunc locum sic exhibent: *Et eius sectae, quae aliis severissima, aliis asperrima videtur, principes in hac fuere sententia.* Turicensis solus illa *aliis severissima* omittit. Quomodo autem editores hanc ineptam corruptelam *quae aliis severissima, aliis asperrima videtur* tam diu tulerunt? quid enim interest inter eos, qui Stoicos asperrimos et inter eos, qui severissimos esse dicunt? cum autem *alii — alii* ponimus, diversas sane res significamus. Nostra autem lectio sic explicanda est: Stoici aliis asperrimi esse videntur et abhorrere ab artibus musicis, sed falso.
sapientium T. L. Amb. 1. *sapientum* Sp.

16. *conatus — conspirant* Sic scripsi e Turic. *conspirat* Sp.
17. *eam tamen* T. L. Amb. 1. *tamen eam* Sp.

igitur id quoque *igitur id quod quod* T. *igitur id quod* L. Obrecht omitt. *id quoque.* An legendum est: *transeamus igitur ad id, quod* etc.?

grammaticen musicae putaverunt, et eosdem utriusque rei praeceptores fuisse cum Sophron ostendit mimorum quidem scriptor, sed quem Plato adeo probavit, ut suppositos capiti libros eius, cum moreretur, habuisse tradatur, tum Eupolis, apud quem 18
Prodamus et musicen et litteras docet et Maricas, qui est Hyperbolus, *nihil se ex musice scire nisi litteras* confitetur. Aristophanes quoque non uno libro sic institui pueros antiquitus solitos esse demonstrat, et apud Menandrum in *Hypobolimaeo* senex, qui reposcenti filium patri velut rationem inpendiorum, quae in educationem contulerit, exponens psaltis se et geometris multa dicit dedisse. Unde etiam 19
ille mos, ut in conviviis post coenam circumferretur lyra, cuius cum se inperitum Themistocles confessus esset, ut verbis Ciceronis utar, *est habitus indo-*

mimorum minorum T. 1 m.
tradatur oredatur T. L. Amb. 1. prob. Zumpt.

18. *Hyperbolus hyperbolius* T.
ex musice T. L. fort. Amb. 1. *ex musicis* Sp. hunc versum apud Aristophanem habemus in Equitibus, ex qua fabula plurima in suam transtulerat Eupolis, v. 188. *ἀλλ' ὠγαθ' οὐδὲ μουσικὴν ἐπίσταμαι πλὴν γραμμάτων.*
non uno libro h. e. in pluribus fabulis. *non uno loco* coni. Gesner prob. Spald. Gernh.
demonstrat, et — senex, qui sic T. L. Amb. 1. probante Zumpt his verbis „*cum ipso poeta Aristophane persona quaedam ex Menandri fabula variandi causa coniungitur.*“ Spald. dedit *Aristophanes — demonstrat. Et apud Menandrum, in H., senex, reposcenti filium* etc. De Hypobolimaeo Menandri agit Meinecke in Fragmentis huius poetae pag. 172.
inpendiorum impendiorum Sp.
educationem aeducationem T.
exponens T. L. fort. Amb. 1. *opponens* Sp.

19. *verbis Ciceronis* Tuscul. 1, 2 *Igitur et Epaminondas, princeps meo iudicio Graeciae fidibus praeclare cecinisse dicitur, Themistoclesque aliquot ante annis, quum in epulis recusaret lyram, est habitus indoctior.*
est habitus T. L. Amb. 1. *habitus est* edd. pleraeque cum Spald. Illud habent Ciceronis quoque codd., etsi editores ex vulgata lect. Quintil. *habitus est* in Ciceronem intulerunt. Orellius tandem meos codices defendere ausus est, quamvis in adnotatione ad hunc Tusculan. locum immerito Quintiliani fidem in dubium vocaret. nam

20 *ctior.* Sed veterum quoque Romanorum epulis fides ac tibias adhibere moris fuit. Versus quoque Saliorum habent carmen. Quae cum omnia sint a Numa rege instituta, faciunt manifestum ne illis quidem, qui rudes ac bellicosi videntur, curam musices, quan-
21 tum illa recipiebat aetas, defuisse. Denique in proverbium usque Graecorum celebratum est, *indoctos*
22 *a Musis atque Gratiis abesse.* Verum quid ex ea proprie petat futurus orator, disseramus. Numeros musice duplices habet in *vocibus* et in *corpore;* utriusque enim rei aptus quidam modus desideratur. *Vocis* rationem Aristoxenus musicus dividit in *ῥυθμὸν* et *μέλος*, quorum alterum *modulatione*, alterum *canore* ac *sonis* constat. Num igitur non haec omnia oratori necessaria? quorum unum ad gestum, alterum ad conlocationem verborum, tertium ad fle-

ex multis locis editionis nostrae apparebit, Turicensem codicem Quintiliani in iis, quae ex Cicerone sumserit, cum optimis Ciceronis codd., ac cum Erfurtensi potissimum accurate consentire.

20. *quantum* T. L. fort. Amb. 1. *quantam* Sp.

21. *atque Gratiis* sic Lassb. *atque a graecis* T. *atque a gratiis* Sp.

22. *numeros musice* voces et motus corporis musicae sunt subiecta, et utriusque modum emetiri studet ars.

μέλος; quorum T. Amb. 1. — *dividit in ἔμμετρον alterum* Lassb. a 1 m. *dividit in ῥυθμὸν καὶ μέλος quorum alterum* 2 m. *dividit in ῥυθμὸν et μέλος ἔμμετρον* Spald. Sed vocabulum *ἔμμετρον* huic iunctum non aptum est. — *dividit in ῥυθμὸν et μέλος et μέτρον* (ex emendat. Regii): *quorum alterum modulatione, canore alterum, tertium sonis constat* coniecit G. Schneider. At, si quid video, *ῥυθμός* et *μέλος* (Rhythmus und Melodie) totam iam vocis rationem complectitur. Zumpt quoque hanc coniecturam improbavit. *μέλος* est cantus et modulatio illa, quam intentio aut remissio vocis efficit, diversa a *ῥυθμῷ*, qui in intervallorum notatione dominatur. *ῥυθμός* in vocis humanae apto usu corporisque motu verbis accommodato cernitur.

modulatione modulatio est mensura vocum et sonorum, die Prosodie der Wörter. 1, 6, 2 *Poetae metri necessitas excusat, nisi quando nihil impediente in utroque modulatione pedum alterum malunt.*

alterum canore T. L. *can. alt.* Sp.

haec omnia musice enim gestum regit oratoris et numerum verborum et vocis inflexiones.

xus vocis, qui sunt in agendo quoque plurimi, pertinet. Nisi forte in carminibus tantum et in canti- 23
cis exigitur structura quaedam et inoffensa copulatio vocum, in agendo supervacuum est: aut non compositio et sonus in oratione quoque varie pro rerum modo adhibetur sicut in musice. Namque et 24
voce et modulatione grandia elate, iucunda dulciter, moderata leniter canit: totaque arte consentit cum eorum, quae dicuntur, affectibus. Atqui in orando 25
quoque intentio vocis remissio flexus pertinet ad movendos audientium affectus, aliaque et conlocationis et vocis (ut eodem utar verbo) modulatione concitationem iudicis, alia misericordiam petimus, cum etiam organis, quibus sermo exprimi non potest, affici animos in diversum habitum sentiamus. Corpo- 26
ris quoque actus et decens motus, qui dicitur *εὐρυθμία*, et est necessarius, nec aliunde peti potest; in quo pars actionis non minima consistit, qua de re sepositus nobis est locus. Age, non habebit in 27
primis curam vocis orator? quid tam musices proprium? Sed ne haec quidem praesumenda pars est:

in agendo quoque om. *quoque* L.

23. *supervacuum est* T. L. Amb. 1. (qui praeterea omittit *est*) „*quod placet, nec sapit correctorem; supplendum enim: eam exigere*." Zumpt. — *supervacua est* Sp.

in musice *in musicen* Amb. 1.

24. *grandia elate* *grandi elata* Amb. 1. *grandia elatae* T.

25. *conlocationis* *conlocutionis* 2 m T. *conciliationis* L. *ut eodem utar verbo modulationem* dicit hic non solum de rhythmo verborum, ut antea, sed etiam de ratione vocum (*μέλει*). *iudicis* T. L. *iudicum* Sp. *modulationem iudicis* Amb. 1. a 1 m.

26. *actus et decens* T. L. A. *actus* eodem sensu infra legitur 2, 13, 9 *flexus ille et ut sic dixerim motus dat actum quendam et affectum. actus* idem fere valet quod actio vel gestus. — *Corporis quoque decens et aptus motus* Sp. Verte: Auch der Körper muss in Activität sein.

et est T. L. om. *et* Sp.

sepositus — locus I. 11, 3. — *sep. est nobis* Amb. 1.

27. *age, non habebit* T. L. Amb. 1. prob. Zumpt. *age, si habebit* T. 2 m. Spald.

uno Amb. 1. prob. Zumpt. *ut uno* T. L. Sp.

uno interim contenti simus exemplo C. Gracchi praecipui suorum temporum oratoris, cui concionanti consistens post eum musicus fistula, quam τονάριον vocant, modos, quibus deberet intendi, monstrabat. 28 Haec ei cura et inter turbidissimas actiones vel terrenti optimates vel iam timenti profuit. Libet propter quosdam inperitiores etiam *crassiore*, ut vocant, 29 *Musa* dubitationem huius utilitatis eximere. Nam poetas certe legendos oratori futuro concesserint: num igitur hi sine musice? Ac si quis tam caecus animi est, ut de aliis dubitet: illos certe, qui carmina ad lyram composuerunt. Haec diutius forent dicenda, si hoc studium velut novum praeciperem. 30 Cum vero antiquitus usque a Chirone atque Achille ad nostra tempora apud omnes, qui modo legitimam disciplinam non sint perosi, duraverit, non est com-

contenti s. *contentissimus* T. 1 m.
praecipui praecipue L. T. 1 m.
τονάριον *quantonarion* T. 1 m.
monstrabat T. L. *ministrabat* Sp. quae eadem diversitas est in Gellio 1, 11 *tibiae quoque illius concionatoriae in mentem venit, quam C. Graccho cum populo agenti pracisse ac praemonstrasse modulos ferunt.* al. *praeministrasse.*
28. *haec ei cura et* sic scripsi. *haec ei et cura* L. *haec et cura ei* T. 1 m. *hacc etiam* 2 m. — omittit *et* Spald. et Amb. 1.
terrenti terreni T.
profuit T. L. Amb. 1. *fuit* Sp.
29. *concesserint concesserim* 2 m T.
ac si T. L. *at si* Sp., sed illud optabat.
tam caecus t. caetus 1 m. *tam incertus* 2 m T.
animi est est animi, ut dubitet de aliis L.
illos certe, qui hunc locum corruptum putavit Spaldingius. „*Lenissima*, inquit, *fuerit mutatio, si supra pro hi scribas hos hoc sensu: Num igitur hos sine musice legendos putant?*“ Equidem abhorreo a tali casuum mutatione, idque praesertim in hoc sano loco. — *num igitur hi sine musice?* i. e. num igitur hi sine musice legi vel intelligi possunt? *illos certe* ex praecedenti sic supplentur: *illos certe concesserint poetas sine musice legi non posse, qui carmina ad lyram composuerunt.*
composuerunt compusuerunt T. 1 m.
dicenda discenda 2 m T.
30. *usque a usque a Chirone atque Achille usque ad nostra* Tur. *a Chirone atque Achille usque ad nostra* L. Receptam tuetur Amb. 1. Sp.

mittendum, ut illa dubia faciam defensionis sollicitudine. Quamvis autem satis iam ex his, quibus sum 31
modo usus, exemplis, credam esse manifestum, quae mihi et quatenus musice placeat: apertius tamen profitendum puto, non hanc a me praecipi, quae nunc in scenis effeminata et inpudicis modis fracta non ex parte minima, si quid in nobis virilis roboris manebat, excidit, sed qua laudes fortium canebantur quaque ipsi fortes canebant: nec *psalteria* et *spadicas* etiam virginibus probis recusanda, sed cognitionem rationis, quae ad movendos leniendosque affectus plurimum valet. Nam et Pythagoran acci- 32
pimus, concitatos ad vim pudicae domui adferendam iuvenes iussa mutare in spondeum modos tibicina composuisse, et Chrysippus etiam nutricum illi, quae adhibetur infantibus, adlectationi suum quoddam

sollicitudine *solicitudine* Sp. III, 11, 22 *sollicitae*. IV. Pro. 1. *sollicitudo*.

31. *ex his* T. L. *ex ipsis* Sp. et Amb. 1.

quae mihi *quam mihi* L.

si quid *sed quid* L.

sed qua *sed quia* T.

quaque *quasque* 2 m T.

ipsi T. L. Amb. 1. *et ipsi* Sp.

spadicas et psadicas T. 1 m. *ipsa dicas* 2 m. *et psaldicas* L. *spadicas* in accusativo plurali dixit ut *Allobrogas* 11, 1, 89. *apud Amphictyonas* 5, 10, 111. *Ariona* 6, 3, 41. *Chirona* 8, 6, 37.

recusanda *recusandas* L. Amb. 1. soloece.

sed cognitionem *nec c.* 2 m T.

lenicndos *liniendos* L.

32. *Pythagoran* *pydagoran* T. *Pythagoram* Sp. multa nomina, quae *th* habent, in codicibus *d* scribuntur: pronunciabant enim latini th ut d, *θεός*, deus.

accipimus T. L. Amb. 1. *accepimus* Sp.

iuvenes iussa *i. iussum* 1 m T. L. Amb. 1. *iuvenem iussum* 2 m Tur. iunxit enim librarius et *concitatos modos* et *iuvenem iussum*.

Chrysippus *Chrisippus* T.

illi, quae T. L. Amb. 1. om. *illi* Sp.

adhibetur *adhibentur* 1 m. *adhibetur* 2 m T. L. fort. Amb. 1.

adlectationi *adlectioni* T. *lallationi* Hemsterhusius, *ablactationi* Gebhard. *adlectatio* h. e. blandiciae, quibus nutrices adliciunt infantes ad quiescendum. Forcellini. Das Einlullen der Kinder: Cantalenae tales graece dicuntur *καταβαυκαλήσεις*.

quoddam *quendam* T. L.

33 carmen adsignat. Est etiam non inerudite ad declamandum ficta materia, in qua ponitur tibicen, qui sacrificanti Phrygium cecinerat, acto illo in insaniam et per praecipitia delato accusari, quod causa mortis exstiterit; quae si dici debet ab oratore, nec dici citra scientiam musices potest; quomodo non hanc quoque artem necessariam esse operi nostro vel iniqui consentient?

De Geometria.

34 In *geometria* partem fatentur esse utilem teneris aetatibus. Agitari namque animos et acui ingenia et celeritatem percipiendi venire inde concedunt: sed prodesse eam non ut ceteras artes, cum perceptae
35 sint, sed cum discatur, existimant. Id vulgaris opi-

adsignat adsignant 1 m T.

33. *ponitur tibicen — accusari* Spaldingius soloecismum inesse in hac oratione censet, nam aut *ponitur tibicinem — accusari* aut *ponitur tibicen — accusatus* esse legendum. Cum vero *ponitur* eadem ratione, ut *dicitur*, construi soleat, non offendor illa formula.

dici — dici disci — disci 2 m T.

debet debeat Amb. 1.

operi nostro nostro operi iniqui consentient L.

consentient T. L. *consentiant* Sp. — Amb. 1. a 2 m. receptam habet, prius erat: *nostro velint.*

34. *et acui* T. L. Amb. 1. *atque acui* Sp.

discatur discantur L.

35. *id vulgaris* Invitus hic codices sum secutus. in Cicerone enim hoc loquendi genus non ferrem, sed in Quintiliano et Seneca alia est lex. Gernhard in hoc loco emendationem editorum *ea vulgaris est opinio* retinuit, etsi alias alterum loquendi genus defendit ad 4, 1, 64. pluribus exemplis, quibus adde 4, 2, 27. cum Spaldingii nota. Invenimus autem utriusque generis exempla apud Quintilianum. 1, 1, 35 *Protinus enim potest interpretationem linguae secretioris, quas Graeci γλώσσας vocant, ediscere.* 1, 5, 29 *quia plura illis loquendi genera, quas διαλέκτους vocant,* ubi Lassb. *quae.* 1, 5, 42 *ideoque quod vocant dualem, in illo solo genere consistit.* 1, 6, 28 *σύμβολον quod est nota.* 1, 7, 1 *quod Graeci ὀρθογραφίαν vocant.* 1, 10, 1 *orbis ille doctrinae, quam Graeci ἐγκύκλιον παιδείαν vocant.* 1, 10, 26 *aptus et decens motus, qui dicitur εὐρυθμία.* 1, 10, 27 *fistula, quam τονάριον vocant.* 1, 10, 37 *enthymemate, qui rhetoricus est syllogismus.* 2, 4, 18 *opus destruendi confirmandique, quod ἀναασκευή et κατασκευή vocatur.* 2, 18, 1 *aliae artes, quae θεωρητική vocatur.* 3, 6, 25 *tem-*

nio est. Nec sine causa summi viri etiam inpensam huic scientiae operam dederunt. Nam cum sit *geometria* divisa in numeros atque formas, *numerorum* quidem notitia non oratori modo sed cuicumque in primis saltim litteris erudito necessaria est. In causis vero frequentissime versari solet; in quibus actor, non dico, si circa summas trepidat, sed si digitorum saltim incerto aut indecoro gestu a computatione dissentit iudicatur indoctus. Illa vero *linearis* 36
ratio et ipsa quidem cadit frequenter in causas, si de terminis mensurisque sint lites. Sed habent maiorem quandam aliam cum arte oratoria cognationem. Iam primum ordo est geometriae necessarius; nonne 37
et *eloquentiae?* Ex prioribus geometria probat insequentia, et certis incerta; nonne id in dicendo fa-

pus, *quod χρόνον vocant.* 3, 8, 52 *Quae omnia possunt videri*, *prosopopoeiae.* 4, 1, 63 *Sermonem a persona iudicis aversum, quae ἀποστροφὴ dicitur.* 5, 10, 3 *hunc (ἐνθύμημα) alii rhetoricum syllogismum vocaverunt.* 5, 10, 73 *ex eo genere, quod ἐπαγωγὴν Graeci vocant.* 5, 11, 24 *illud genus, quod εἰκόνα Graeci vocant.* 5, 14, 13 *Quam adsumptionem alii, rationem alii vocant.* 6, 2, 8 *duae sunt species: alteram Graeci πάθος vocant, quam nos vertentes recte ac proprie affectum dicimus.* 6, 3, 97 *quae παρῳδία dicitur.* 2, 16, 7 *supplicationes, qui maximus honor victoribus bello ducibus datur.* — Spald. tuetur *ea vulgaris opinio est*, improbante Zumpt. — Veteres Romani in talibus locutionibus pronomen adiectivum esse volunt, quod ad genus sequentis nominis sit referendum, recentiores pronomen substantivi loco esse putant.

inpensam inpensum L.

in primis saltim T. L. *primis saltem* Sp. *saltem primis* Amb. 1.

vero freq. Amb. 1. *vero vel freq.* T. L. Sp.

actor auctor 1 m T.

summas trepidat circa summa strepidat 1 m T.

saltim saltem Sp.

dissentit dissensit T.

36. *linearis ratio* i. e. *formarum* ut 2 m. addit. *ἡ γραμμικὴ ἔφοδος.*

causas, *si de* Amb. 1. *causas. nam si de* T. 1 m. L. *iam si de* T. 2 m. *causas. nam de* Aldus. Spald. Duae ergo lectiones hic confluxerunt. altera erat *si de terminis* etc. altera *nam de terminis* etc.

sint T. L. Amb. 1. *sunt* Sp.

habent T. L. intelligendum est: *numerorum notitia et linearis ratio vel utraque geometriae pars.* quod probat etiam Zumpt. *habet* Sp.

37. *iam primum* sic L. et Turic., non ut Sp. notat in praefat. p. 79. *nam primum.* om. *iam* Amb. 1.

cimus? Quid? illa propositarum quaestionum conclusio non tota fere constat syllogismis? propter quod plures invenias, qui dialecticae similem quam qui rhetoricae fateantur hanc artem. Verum et orator etiamsi raro non tamen numquam probabit dialectice.
38 Nam et syllogismis, si res poscet, utetur et certe *enthymemate*, qui rhetoricus est syllogismus. Denique probationum, quae sunt potentissimae, γραμμικαὶ ἀποδείξεις vulgo dicuntur; quid autem magis
39 oratio quam probationem petit? Falsa quoque verisimilia *geometria* ratione deprendit. Fit hoc et in numeris per quasdam, quas ψευδογραφίας vocant, quibus pueri ludere solebamus. Sed alia maiora sunt. Nam quis non ita proponenti credat: Quorum locorum extremae lineae eandem mensuram colligunt, eorum spatium quoque, quod his lineis conti-
40 netur, par sit necesse est? At id falsum est. Nam plurimum refert, cuius sit formae ille circuitus: re-

tota tam T. *fere tota* Amb. 1.
syllogismis syllogissimis T.
plures pluris 1 m T.

38. *syllogismis syllogismus* 1 m. *syllogismo* 2 m T.
enthymemate ENΘTMHMATE T.

γραμμικαὶ ἀποδείξεις *grammaticae apodixis* 1 m T. L. Amb. 1. *dialecticae ap.* 2 m T. cf. Schaefer. ad Gregor. Cor. p. 284. — 5, 10, 7 Ἀπόδειξις est evidens probatio ideoque apud geometras γραμμικαὶ ἀποδείξεις dicuntur.
dicuntur dicitur T.

39. *verisimilia verissimilia* T. L. Amb. 1. a 2 m.
deprendit deprehendit Sp.

fit hoc et in numeris haec verba cum non intelligeret Spaldingius, pro glossemate habuit. — In numeris quoque ψευδογραφίαι deprenduntur ratione lineari. Explicat Gernhard: *per quasdam* sc. probationes quas ψ. vocant.

ψευδογραφίας *pseudograuias* 1 m. *pseudografias* 2 m T.
maiora i. e. maiora quam ut pueri his ludant.
lineae linte T. 1 m.
quod quo 1 m T. L.
par sit parsi 1 m T. *pars sit* L.

40. *plurimum primum* T.

prehensique a geometricis sunt historici, qui magnitudinem insularum satis significari navigationis ambitu crediderunt. Nam ut quaeque forma perfectissima, ita capacissima est. Ideoque illa circumcur- 41
rens linea, si efficiet orbem, quae forma est in planis maxime perfecta, amplius spatium complectetur, quam si quadratum paribus oris efficiat, rursus quadrata triangulis, triangula ipsa plus aequis lateribus quam inaequalibus. Sed alia forsitan obscuriora: nos 42
facillimum etiam inperitis sequamur experimentum. Iugeri mensuram ducentos et quadraginta longitudinis pedes esse dimidioque in latitudinem patere, non fere quisquam est qui ignoret, et qui sit circuitus, et quantum campi claudat, colligere expeditum. At 43
centeni et octogeni in quamque partem pedes idem spatium extremitatis, sed multo amplius clusae quatuor lineis areae faciunt. Id si computare quem piget, brevioribus numeris idem discat. Nam deni in

geometricis T. L. Amb. 1. *geometris* Sp. — 1, 11, 15 *palaestrici. qui quia* L.

magnitudinem T. L. Amb. 1. *magnitudines* Sp. — „Haec vox non magis videtur pluraliter efferri posse quam antiquitas, veritus etc.“ Lochmannus.

significari magnificari T.

41. *efficiet* Amb. 1. Sp. *efficiat* T.

spatium spacium T.

42. *qui sit circuitus* est pedum 720. nam duae longitudines faciunt 480 et duae latitudines 240, summa igitur crit 720. Capperonn. — *circumitus* T. 1 m.

quantum campi id est areae, superficiei, *τοῦ ἐπιπέδου*; habet enim pedes 28800, quae summa exurgit ex multiplicatione *τοῦ* 240 per *τὸ* 120. Capp.

43. *at centeni accentini* T. 1 m. *ac cent.* L.

idem spatium extremitatis nam quater 180 conficiunt etiam 720. Capp.

extremitatis exterminatis 1 m. *exterminant* 2 m T.

clusae quatuor lineis areae nam quadratus numerus *τοῦ* 180 conficit 32400, quae summa longe superat *τὴν τοῦ* 28800. Haec porro vocabula *clausae areae* sunt in genitivo casu. Capp. *clusae* dat T. fort. Amb. 1. *clausae* Sp. [vid. Duker. ad Flor. III. 20, 13.]

discat discant L.

quadram pedes quadraginta per oram intra centum erunt. At si quinideni per latera, quini in fronte sint: ex illo, quod amplectuntur, quartam deducent
44 eodem circumductu. Si vero porrecti utrinque undeviceni singulis distent, non plures intus quadratos habebunt, quam per quot longitudo ducetur: quae circumibit autem linea, eiusdem spatii erit, cuius ea, quae centum continet. Ita quicquid formae quadrati
45 detraxeris, amplitudini quoque peribit. Ergo etiam id fieri potest, ut maiore circuitu minor loci amplitudo cludatur. Haec in planis. Nam in collibus vallibusque etiam inperito patet plus soli esse, quam
46 coeli. Quid? quod se eadem geometria tollit ad rationem usque mundi? in qua, cum siderum certos constitutosque cursus numeris docet, discimus ni-

quadram T. L. *quadrum* Sp. In margine: *geometrae quadram non quadrum dicunt.*

per oram per circuitum, ambitum. et sane quater deni faciunt 40. Capp.

intra centum nam quadratus τοῦ 10 numerus est 100. Capp.

at si quinideni si duo latera parallela pedes 15 habuerint et duo reliqua pedes 5, eundem semper efficient circuitum videlicet pedum 40, nam bis 15 seu 30 et bis 5 seu 10 faciunt 40. Capp. — *at si quin idem* T. 1 m. *si totidem* 2 m T.

quini sc. pedes 2 m T. mox *circumductu* sc. *quadrato* T. 2 m. *in fronte inter frontes* Amb. 1.

quartam nam τὸ 15 multiplicatum per τὸ 5 producit 75, quae summa aequivalet τῷ 100 dempta parte quarta seu 25. Capp. *quartam sc. partem* T. 2 m.

44. *si vero porrecti* supple *pedes*. Capp. *porrectis* T. L. Amb. 1. *singulis distent* supple *pedibus*, id est, unicum in latitudine pedem habeant. Capp.

intus sc. in area 2 m T. *inter* L.

non plures haec area, hoc spatium erit pedum quadratorum 19. Capp.

quadratos supple *pedes*. Capp.

per quot quod T.

ducetur circumducetur T. L. Amb. 1. a 2 m.

circumibit circuibit L.

centum continet sc. spacium interlineare 2 m T.

quae centum supple *pedes quadratos*. Capp.

ita itaque L.

amplitudini sc. areae 2 m T.

45. *maiore circuitu sicut in angulosis et incurvis* 2 m T.

cludatur claudatur Sp. et Amb. 1.

haec T. L. Amb. 1. *hoc* Sp.

46. *discimus dicimus* T. L.

hil esse inordinatum atque fortuitum: quod ipsum nonnumquam pertinere ad oratorem potest. An vero 47
cum Pericles Athenienses solis obscuratione territos redditis eius rei causis metu liberavit, aut cum Sulpicius ille Gallus in exercitu L. Pauli de lunae defectione disseruit, ne velut prodigio divinitus facto militum animi terrerentur, non videntur esse usi oratoris officio? Quod si Nicias in Sicilia scisset, non 48
eodem confusus metu pulcherrimum Atheniensium exercitum prodidisset: sicut Dion, cum ad destruendam Dionysi tyrannidem venit, non est tali casu deterritus. Sint extra licet usus bellici, transeamusque, quod Archimedes unus obsidionem Syracusarum in longius traxit: illud utique iam proprium ad effi- 49
ciendum quod intendimus, plurimas quaestiones, quibus difficilior alia ratione explicatio est, ut de ratione dividendi, de sectione in infinitum, de celeritate augenda linearibus illis probationibus solvi solere, ut si est oratori (quod proximus demonstrabit liber) de omnibus rebus dicendum, nullo modo sine geometria esse possit orator.

47. *Athenienses* *anthenienses* T.
Sulpicius ille *ille Sulp.* L.
in exercitu *exercitui* Amb. 1.
Pauli *Paulli* Sp. Conf. de hac re Perizonii Animadv. hist. p. 79.
videntur — usi Sic Lassb. et 2 m Tur. *videntur — usus* 1 m Tur. *videtur — usus* Sp. et Amb. 1.

48. *Nicias* *Niceas* 2 m T.
Dionysi *Dionisi* 1 m. *Dionisii* 2 m Tur. *Dionysii* Sp.
transeamusque, quod *transeamus usque ad Archidemides* T.

49. *proprium* T. L. Amb. 1. *proprium est* Sp.
plurimas *plurimos* T.
quibus T. L. Amb. 1. *quarum* coniec. Regius Spald.
dividendi *videndi* T. L. *vivendi* Amb. 1.
de sectione *defectione* *infinitum* 1 m. *defectionem* *in infinitum* 2 m T.
augenda recepi ex Guelf. monente Lünem. Gernh. *augendi* T. L. Sp.
linearibus *liniaribus* 1 m T.
proximus lib. 2. cap. 21.

De prima pronuntiationis et gestus institutione.

XI. Dandum aliquid comoedo quoque, dum eatenus, qua pronuntiandi scientiam futurus orator desiderat. Non enim puerum, quem in hoc instituimus, aut femineae vocis exilitate frangi volo aut se-
2 militer tremere. Nec vitia ebrietatis effingat, neque servili vernilitate inbuatur, nec amoris avaritiae metus discat affectum: quae neque oratori sunt necessaria, et mentem praecipue in aetate prima teneram
3 adhuc et rudem inficiunt. Nam frequens imitatio transit in mores. Ne gestus quidem omnis ac motus a comoedis petendus est. Quamquam enim utrumque eorum ad quendam modum praestare debet orator, plurimum tamen aberit a scaenico nec vultu nec manu nec excursionibus nimius. Nam si qua in his ars est dicentium, ea prima est, ne ars esse videatur.
4 Quod est igitur in his doctoris officium? In primis vitia, si qua sunt, oris emendet, ut expressa

CAP. XI.

1. *comocdo de comoedo* T. 1 m.
qua qui T.
quem omitt. L.
femineae feminae T. 1 m.
2. *neque serv.* T. *nec s.* Sp.
nec amoris amores avariciae nec metu discat adfectum 2 m T.
3. *aberit abicrit* L.
scaenico ascacnio T. 1 m. *ab scenico* Amb. 1.
in his iis T.
4. *in his doctoris huius doctoris* T. L. A. *huius d. off. est* T. 2 m.

in primis vitia — emendet. Iulius Victor p. 112. *In primis vicia si qua sunt oris emendanda sunt, ut expressa sint verba, ut suis quaeque litterae sonis enuncientur, nec verba in faucibus patiamur audiri, nec oris inanitatem resonare, nc quod minime sermoni puro convcniat simpliciter vocis naturam pleniore quodam sono circumliniri quod graeci catapeplasmenon dicunt. Curandum etiam ne ultimae syllabae intercidant. — — —* (p. 113.) *ut quotiens exclamandum erit, lateris conatus sit ille non capitis: ut gestus ad vocem, vultus ad gestum accommodetur.*
sunt, oris oris sunt L.

sint verba, ut suis quaeque litterae sonis enuntientur. Quarundam enim vel exilitate vel pinguedine nimia laboramus: quasdam velut acriores parum efficimus et aliis non dissimilibus sed quasi hebetioribus permutamus. Quippe *P* litterae, qua Demosthenes quo- 5
que laboravit, *Λ* succedit (quarum vis est apud nos quoque), et cum C ac similiter G non valuerunt, in T ac D emolliuntur. Ne illas quidem circa *S* lit- 6
teram delicias hic magister feret, nec verba in faucibus patietur audiri, nec oris inanitate resonare, nec quod minime sermoni puro conveniat, simplicem vocis naturam pleniore quodam sono circumlinire, quod

pinguedine Forcellini haec: „*Agnoscit hanc formam pinguedo ut latinum Eutychis de discern. coniugatt. p.* 2155. *Putsch. Itaque Servius ad Georg.* 3, 124. *latinum esse frustra negat.*“ — *pinguitudine* Spald. Illud dat T. L. fort. Amb. 1.

5. *quippe P quippe ethro* Tur. *et rho* L.

Λ succedit labda s. T. *labdu successit* L. Cuius permutationis lepidissima habet exempla Bentleius ad Horat. Serm. 1, 3, 48.

cum C ac similiter G. Codex noster ita manifesto haec verba expressit: *cum c ac similiter g ine valuerunt in t ac d demoliuntur;* non ut Spald. ea laudat: *cum e a e similiter g. n. ne valuerunt inter a. c. d. demoliuntur.* Lassb. dat. *nonne valuerunt inter a. c. d. demolliuntur. non valuerunt* i. e. parum valide pronuntiantur, ut Schneider Lat. Gr. 1, 1. p. 241 explicavit. Amb. 1. cum Obrechto consentire videtur.

emolliuntur sic scripsi pro eo quod Tur. habet *demoliuntur.* — *molliuntur* Sp.

6. *circa S litteram delicias* Ernesti Lex. Technol. v. frangere p. 180. mollitudinis quoddam genus intelligit, quod ad balbuticm pertinet, das Lisbeln, die lisbelnde Stimme.

inanitate intinitate T. *intinnitate* L. Verte *in der Mundhöhle.*

nec quod neque T.

sermoni puro v. Heindorf. ad Horat. Serm. 1, 4, 54.

conveniat conveniet 2 m T. *quod sermoni puro minime conveniat* L.

pleniore pleriore T. 1 m.

quodam quosdam T. 1 m.

circumlinire Explicavit hanc vocem Ferd. Handius in notis a Meier et Schulze Winkelmanni operibus subiectis Tom. VI. P. 2. p. 182. „*Circumlinere*, inquit, mit dem aus ihm geformten Substantivum bedeutet allein das Bestreichen, das Bekleben; *circumlinire* aber hat seine figürliche Bedeutung von der Malerei, und bezeichnet im Allgemeinen, den Grund malen, durch dunkeln Grund oder durch die Schattenseite das Lichte hervorheben. So braucht Quintilian *circumlinire* lib. 8. c. 5, 26. wo er von den Sentenzen der Redner

7 Graeci καταπεπλασμένον dicunt: sic appellatur cantus tibiarum, quae praeclusis, quibus clarescunt, foraminibus, recto modo exitu graviorem spiritum reddunt.

8 Curabit etiam, ne extremae syllabae intercidant; ut par sibi sermo sit; ut, quotiens exclamandum erit, lateris conatus sit ille non capitis; ut gestus 9 ad vocem, vultus ad gestum adcommodetur. Observandum erit etiam, ut recta sit facies dicentis, ne labra distorqueantur, ne inmodicus hiatus rictum distendat, ne supinus vultus, ne deiecti in terram 10 oculi, ne inclinata utrolibet cervix. Nam frons pluribus generibus peccat. Vidi multos, quorum super-

spricht, und die Lehre giebt, dass die Sentenzen gehörig vertheilt werden müssen, wie in der Malerei nur das hervorgehoben wird, was dunkeln Grund hat. Daher auch die Künstler wie die guten Redner in den Sentenzen, bey Gemälden von mehrern Figuren Raum lassen, damit die Schatten nicht auf die nachstehenden lichten Figuren fallen. Eine ähnliche Bedeutung hat *circumlinire* bey Quintilian lib. 1. c. 11, 6. und lib. 12, c. 9, 8, indem es in der ersten Stelle im übertragenen figürlichen Sinne so viel ist als die Stimme durch Nachdruck bedeutsam machen, und in der zweiten so viel als hervorheben." — Explicarunt hunc locum etiam Ernesti Lex. Technol. s. v. *plasma.* et Schneider in Indice Scriptt. Rei Rust. s. *tibiae.*

καταπεπλασμένον *catapelasme* T.

7. *cantus tibiarum* 11, 3, 20 *nam ut tibiae eodem spiritu accepto alium clausis, alium apertis foraminibus, alium non satis purgatae, alium quassae sonum reddunt: ita fauces tumentes strangulant vocem, obtusae obscurant, rasae exasperant, convulsae fractis sunt organis similes.* Conf. Gesnerus. Amb. 1. dat *sonus tibiarum.* Pro *sic appellatur* fortasse legendum *sicut app. sic* nimis abruptum est. Similem imaginem habes apud Senecam Epist. 108. *Nam, ut dicebat Cleanthes, quemadmodum spiritus noster clariorem sonum reddit, cum illum tuba per longi canalis angustias tractum patentiore novissime exitu effudit, sic sensus nostros clariores carminis arta necessitas efficit.*

8. *Curabit curabunt* T. L.
ut par ut par sit sibi sermō L.
lateris litteris T.
adcommod. commod. Amb. 1.
9. *erit etiam etiam erit* L.
distorqueantur decorquantur 1 m. *detorqucantur* 2 m T. L.
rictum strictum T.
distendat discindat Amb. 1.
ne inclinata T. L. om. *ne* Sp.

cilia ad singulos vocis conatus adlevarentur, aliorum constricta, aliorum etiam dissidentia, cum altero in verticem tenderent, altero paene oculus ipse premeretur. Infinitum autem, ut mox dicemus, in his 11
quoque rebus momentum est; et nihil potest placere, quod non decet.

Debet etiam docere comoedus, quomodo nar- 12
randum, qua sit auctoritate suadendum, qua concitatione consurgat ira, qui flexus deceat miserationem. Quod ita optime faciet, si certos ex comoediis elegerit locos et ad hoc maxime idoneos, id est, actionibus similes. Iidem autem non ad pronuntiandum 13
modo utilissimi, verum ad augendam quoque eloquentiam maxime adcommodati erunt. Et haec, 14
dum infirma aetas maiora non capiet: ceterum cum legere orationes oportebit, cum virtutes earum iam sentiet, tum mihi diligens aliquis ac peritus adsistat: neque solum lectionem formet, verum ediscere etiam electa ex iis cogat, et ea dicere stantem clare, et quemadmodum agere oportebit: ut protinus pronuntiationem vocem memoriam exerceat.

Ne illos quidem reprehendendos puto, qui pau- 15
lum etiam palaestricis vacaverunt. Non de his lo-

10. *adlevarentur* *allevarentur* Sp.
cum altero *cum alterum* — *tenderet* Amb. 1.
11. *mox dicemus* l. 2. c. 3.
12. *docere comoedus* *doceri e comoediis* 2 m T.
qui flexus *quis flexus* T. L. Amb. 1. a 2 m.
comoediis *comoedis* T.
actionibus similes 2 m addit: *causae recitationibus similes.*
13. *iidem* *id est* L.
14. *lectionem formet* recepi ex coni. Gesneri, a Lochmanno probata, nunc etiam ab Amb. 1. confirmata. *lectione f.* T. L. Sp.
ediscere etiam T. Amb. 1. *etiam ediscere* Sp.
iis *his* Sp.
dicere *discere* L.
agere 2 m T. addit *scil. causam.*
pronuntiationem v. mem. T. L. Amb. 1. *pronuntiatione vocem et mem.* Sp. Illud probavit etiam Lochmannus et Gernh.
15. *puto* — *vacaverunt* T. L. Amb. 1. *putem* — *vacaverint* Sp.
palaestricis cf. 2, 8, 7 *palaestricus ille.*

quor, quibus pars vitae in oleo, pars in vino consumitur, qui corporum cura mentem obruerunt (hos enim abesse ab eo, quem instituimus, quam longis-
16 sime velim): sed nomen est idem iis, a quibus gestus motusque formantur, ut recta sint brachia, ne indoctae, rusticae manus, ne status indecorus, ne qua in proferendis pedibus inscitia, ne caput oculi-
17 que ab alia corporis inclinatione dissideant. Nam neque haec esse in parte pronuntiationis negaverit quisquam, neque ipsam pronuntiationem ab oratore secernet: et certe, quod facere oporteat, non indignandum est discere, cum praesertim haec *chironomia*, quae est (ut nomine ipso declaratur) *lex gestus*, et ab illis temporibus heroicis orta sit, et a summis Graeciae viris atque ipso etiam Socrate probata, a Platone quoque in parte civilium posita virtutum, et Chrysippo in praeceptis de liberorum edu-
18 catione compositis non omissa. Nam Lacedaemonios quidem etiam saltationem quandam tamquam ad bella quoque utilem habuisse inter exercitationes accepimus. Neque id veteribus Romanis dedecori fuit:

corporum T. L. Amb. 1. *corporis* Spald. defendente Gernh.

16. *formantur* Amb. 1. Sp. *formatur* T. L.

indoctae, rusticae m. T. 1 m. L. *inductae r.* T. 2 m. *indocte rusticae* Amb. 1. a 1 m. *indoctae rusticaeve m.* Sp. Particula *ve* non opus est.

proferendis proferundis T.

caput capud T.

17. *neque haec* T. Amb. 1. *neque hoc* Sp.

secernet discernit T. 1 m. *discernet* 2 m.

chironomia scil. manum lex 2 m.

ut nomine in nomine T. *ut in nomine* L. *quae in nomine* T. 2 m. Gronov. ad Senec. lib. 1. de Ira c. 3. ita haec verba laudat: *haec chironomia, quae est, in nomine ipso declarata, lex gestus.* „ita scribimus, ait, adinti Vossiano codice. unam quippe literam adiecimus, cum esset illic *declarat.*“

atque ipso Amb. 1. *et ab i.* T. L. Sp.

Platone de Legg. l. 7. p. 16. ed. Bekk. l. 8. p. 78.

et Chrysippo T. Lassb. *et a Chrysippo* Sp.

18. *Lacedaemonios Lacaedemonios* T.

ad bella quoque quoque delendum puto. abundat enim hic locus particulis, quarum magna pars librariis saepe debetur.

argumentum est sacerdotum nomine ac religione durans ad hoc tempus saltatio et illa in tertio Ciceronis de Oratore libro verba Crassi, quibus praecipit, ut orator utatur *laterum inclinatione forti ac virili non a scaena et histrionibus, sed ab armis aut etiam a palaestra:* cuius disciplinae usus in nostram usque aetatem sine reprehensione descendit. A me 19
tamen nec ultra pueriles annos retinebitur, nec in his ipsis diu. Neque enim gestum oratoris componi ad similitudinem saltationis volo, sed subesse aliquid ex hac exercitatione puerili, unde nos non id agentes furtim decor ille discentibus traditus prosequatur.

An plura eodem tempore doceri prima aetas possit.

XII. Quaeri solet, an, etiamsi discenda sint haec, eodem tamen tempore tradi omnia et percipi possint. Negant enim quidam, quia confundatur animus ac fatigetur tot disciplinis in diversum tendentibus, ad quas nec mens, nec corpus, nec dies ipse

in tertio intentio intertio T.
de Oratore 3, 59 *omnes autem hos motus subsequi debet gestus, non hic verba exprimens scenicus, sed universam rem et sententiam non demonstratione sed significatione declarans, laterum inflexione hac forti ac virili, non ab scena et histrionibus, sed ab armis aut etiam a palaestra.*
praecipit praecepit T. L.
scaena scena Sp.
cuius disciplinae T. L. *cuius etiam disciplinae* Sp.

19. *pueriles puerilis* T.
unde inde T.
agentes agentis 1 m *agentes* 2 m T.
furtim decor ille. Ex Tibullo hoc sumsit. 4, 2, 8
Illam quicquid agit, quoquo vestigia movit,
Componit furtim subsequiturque decor.
prosequatur persequatur 1 m T. L. *persequitur* 2 m Tur.

CAP. XII.

1. *eodem tamen t.* Lassb. *eodem tempore tamen* Tur. Sp.

sufficiat: et, si maxime patiatur hoc aetas robustior, pueriles annos onerari non oporteat.

2 Sed non satis perspiciunt, quantum natura humani ingenii valeat, quae ita est agilis et velox, sic in omnem partem, ut ita dixerim, spectat, ut ne possit quidem aliquid agere tantum unum: in plura vero non eodem die modo, sed eodem temporis 3 momento vim suam inpendat. An vero citharoedi non simul et memoriae et sono vocis et plurimis flexibus serviunt, cum interim alios nervos dextra percurrunt, alios laeva trahunt, continent, praebent, ne pes quidem otiosus certam legem temporum ser- 4 vat, et haec pariter omnia? Quid? nos agendi subita necessitate deprensi nonne alia dicimus, alia providemus, cum pariter inventio rerum, electio verborum, compositio, gestus, pronuntiatio, vultus, motus desideretur? Quae si velut sub uno conatu tam diversa parent simul, cur non pluribus curis horas partiamur? cum praesertim reficiat animos ac reparet varietas ipsa, contraque sit aliquanto difficilius in

patiatur hoc T. L. *haec patiatur* Sp.
robust., puer. T. L. Amb. 1. *robustior, tamen pueriles* Sp.
2. *et velox ac vel.* Amb. 1.
in plura vero in p. ut T. 2 m.
vim suam vini suam T. 1 m.
3. *plurimis* T. L. Amb. 1. *pluribus* Sp.
flexibus verte Läufer, Kadenzen. Ernesti Lex. Tcchnol. s. v. *flexio.*
percurrunt T. L. fort. Amb. 1. *percutiunt* Sp.
praebent prement L.
certam legem temporum Accepi ex summa humanitate viri clarissimi, Moseri, professoris Ulmensis, codicem, quem in praefatione libris de Divinatione Ciceronis praemissa descripsit, quique capita nonnulla ex pluribus Institutionum libris continet. Hic ergo codex Ulmensis in hoc loco *certam legem temporis* legit. Amb. 1. quoque dat *temporis.*
4. *deprensi* T. *deprehensi* Sp.
motus desideretur Tur. Lassb. Ulmensis. *motusque desideretur* Sp.
sub uno uno sub conatu L.
pluribus curis in pluribus c. L.
sit aliquanto si aliquando T.

labore uno perseverare. Ideo et stilus lectione requiescit, et ipsius lectionis taedium vicibus levatur. Quamlibet multa egerimus, quodam tamen modo recentes sumus ad id, quod incipimus. Quis non obtundi possit, si per totum diem cuiuscumque artis unum magistrum ferat? Mutatione recreabitur sicut in cibis, quorum diversitate reficitur stomachus et pluribus minore fastidio alitur. Aut dicant isti mihi, quae sit alia ratio discendi? grammatico soli deserviamus? deinde geometrae tantum, omittamus interim quod didicimus? mox transeamus ad musicum, excidant priora? et cum Latinis studebimus litteris, non respiciamus ad Graecos, et ut semel finiam, nihil faciamus nisi novissimum? Cur non item suademus agricolis, ne arva simul et vineta et oleas et arbustum colant? ne pratis et pecoribus et hortis et alvearibus avibusque adcommodent curam? Cur ipsi aliquid forensibus negotiis, aliquid desideriis amicorum, aliquid rationibus domesticis, aliquid curae corporis, nonnihil voluptatibus cotidie damus? quarum nos una res quaelibet nihil intermittentes fatigaret. Adeo facilius est multa facere quam diu.

in labore uno *in uno labore* L.

stilus cum diu scripserimus, legendo recreamur, et varia legendo ipsam lectionem levamus. — *stilos* T. 1 m.

5. *obtundi* *optundi* T.
possit *potest* Amb. 1.
cuiuscumque *cuiusque* Amb. 1.
ferat *forat* 1 m T.
minore fast. *min. et fast.* Amb. 1. a 2 m.

6. *geometrae* *geometri* T. L. Amb. 1.
et ut *ut et* L. T. 1 m.
finiam *finimus* T. *finiamus* L. Amb. 1. a 2 m.

7. *cur non item* sic scripsi pro *cur non idem*. Spald. autem duo proposuit aut *item* aut *iidem*.
arbustum *arubustum* T. 1 m.
pecoribus *peccoribus* T.
avibusque T. L. Amb. 1. omitt. a Spald. — *et alvearibus et avibusque* Ulmensis.

8 Illud quidem minime verendum est, ne laborem studiorum pueri difficilius tolerent; neque enim ulla aetas minus fatigatur. Mirum sit forsitan; sed ex-
9 perimentis deprehendas. Nam et dociliora sunt ingenia, priusquam obduruerunt. Id vel hoc argumento patet, quod intra biennium, quam verba recte formare potuerunt, quamvis nullo instante omnia fere loquuntur: at novitiis nostris per quot annos sermo latinus repugnat! Magis scias, si quem iam robustum instituere litteris coeperis, non sine causa dici παιδομαθεῖς eos, qui in sua quidque arte optime
10 faciant. Et patientior est laboris natura pueris quam iuvenibus. Videlicet ut corpora infantium nec casus, quo in terram totiens deferuntur, tam graviter affligit, nec illa per manus et genua reptatio, nec post breve tempus continui lusus et totius diei discursus, quia pondus illis abest, nec sese ipsi gravant: sic animi quoque, credo, quia minore conatu moventur nec suo nisu studiis insistunt, sed formandos se tan-
11 tummodo praestant, non similiter fatigantur. Praeterea secundum aliam aetatis illius facilitatem velut

8. *minime minimum* L.
ulla illa 1 m T.
deprehendas deprehendis L.
9. *recte recta* T. L.
loquuntur locuntur T.
novitiis lib. 8, 2, 8 *Item quod commune est et aliis nomen, intellectu alicui rei peculiariter tribuitur, ut urbem Romam accipimus et venales novitios et Corinthia aera, cum sint urbes aliae quoque, et venalia multa, et tam aurum et argentum quam aes Corinthium.*
coeperis coeperimus T. L.
παιδομαθεῖς *philomathes i. plurifatuos* T. 2 m. Conf. Athenaeus lib. 6. p. 522. ed. Dind.
τὸ τεχνίον ἀεὶ τοῦτό μοι κατεπίνετο,
καὶ παιδομαθὴς πρὸς αὐτὸ τὴν διάνοιαν ἦν.
quidque quique T.
10 *patientior pacientior* T.
affligit afflictet Amb. 1.
breve tempus b. quoque t. A.
sese Amb. 1. *se* T. Sp.
minore minorem T 1 m.

simplicius docentes sequuntur, nec, quae iam egerint, metiuntur. Abest illis adhuc etiam laboris iudicium. Porro, ut frequenter experti sumus, minus afficit sensus fatigatio quam cogitatio.

Sed ne temporis quidem umquam plus erit: 12
quia his aetatibus omnis in audiendo profectus est. Cum ad stilum secedet, cum generabit ipse aliquid atque componet; tum inchoare haec studia vel non vacabit vel non libebit. Ergo cum grammaticus to- 13
tum occupare diem non possit nec debeat, ne discentis animum taedio avertat: quibus potius studiis haec temporum velut subsiciva donabimus? Nam 14
nec ego consumi studentem in his partibus volo, nec moduletur aut musicis notis cantica excipiat, nec utique ad minutissima usque geometriae opera descendat. Non comoedum in pronuntiando nec saltatorem in gestu facio; quae si omnia exigerem, suppeditabat tamen tempus. Longa est enim, quae discit, aetas, et ego non de tardis ingeniis loquor.

11. *egerint* *legerint* Amb. 1.
adhuc etiam T. L. Amb. 1. *etiam adhuc* Sp.
sensus *sensum* T. 2 m. *scnsu* T 1 m.
fatigatio fatigatur discipulus opera, quam praeceptor dictat, sed minus fatigatur his laboribus, quam is, qui cogitatione assidua et non intermissa attentione animi utitur et ipse aliquid componit.

12. *secedet* *recedet* T. L. Amb. 1.
tum *tunc* T. L.

13. *occupare diem* Amb. 1. *d. occ.* T. L. Sp.
subsiciva *subficiva* T. 1 m. *subsiciva* 2 m, non ut Spald. notat e Turic. *subsiciva corr. subseciva.* Receptum dat etiam Lassb. fort. Amb. 1. — Spald. dat *subseciva*, quamquam malebat *succisiva*. Gernhard defendit *subseciva*.

14. *nec ego* *non ego* T.
partibus sic recepi ex T. Amb. 1. *artibus* Sp. *in his partibus* sc. doctrinae, vel quod nos dicimus Hülfswissenschaften.
musicis notis T. L. Amb. 1. Spald. primum dedit *musicis modis*, sed postea in praefat. p. 80. probabat codd. scripturam. Laudavit alium locum Quintiliani (9, 4, 51.), in quo *notae* eadem plane vi *musicorum notae* sunt, Sarpe in libello de Tachygraphia p. 12.
usque T. Amb. 1. omitt. Sp. — *nec utique usque ad minutissima* g. o. L.
non comoedum *nec com.* L.

15 Denique cur in his omnibus, quae discenda oratori futuro puto, eminuit Plato? qui non contentus disciplinis, quas praestare poterant Athenae, non Pythagoreorum, ad quos in Italiam navigaverat, Aegypti quoque sacerdotes adiit atque eorum arcana perdidicit.

16 Difficultatis patrocinia praeteximus segnitiae. Neque enim nobis operis amor est: nec, quia sit honesta ac rerum pulcherrima eloquentia, petitur ipsa, sed ad vilem usum et sordidum lucrum accin-
17 gimur. Dicant sine his in foro multi et adquirant; dum sit locupletior aliquis sordidae mercis negociator, et plus voci suae debeat praeco. Nec velim quidem lectorem dari mihi, quid studia referant
18 computaturum. Qui vero imaginem ipsam eloquentiae divina quadam mente conceperit, quique illam (ut ait non ignobilis tragicus) reginam rerum orationem ponet ante oculos, fructumque non ex stipe advocationum, sed ex animo suo et contemplatione ac scientia petet perpetuum illum nec fortunae subiectum; facile persuadebit sibi, ut tempora, quae spectaculis, campo, tesseris, otiosis denique sermonibus,

15. *cur* *cum* 2 m T.
Pythagoreorum *pydagoreorum* T.
16. *segnitiae* *senitiae* T.
ac rerum pulcherrima T. L. Amb. 1. *atque pulcherrima rerum* Sp. Conf. 12, 1, 32. De Spaldingii interpretatione huius locutionis, quam in Praefat. pag. 81. conabatur, monuit Schaefer. ad Eurip. Phoen. 1730. et Gregor. Cor. p. 1064.
vilem usum *venalem u.* Amb. 1.
sordidum *sordium* T.
17. *mercis* *mercedis* L.
negociator *negotiator* T.
voci *vocis* T. L.
nec velim Amb. 1. *ne velim* T. L. Sp.
lectorem i. e. nec desidero lectores tales operis mei etc. Spald. *lectorem* explicabat *servum anagnosten.*
18. *non ignobilis tragicus* *Pacuvium* intelligit non *Euripidem.* vid. Porson ad Eurip. Hecub. 810.
scientia *conscientia* L.
illum *illud* T. L.

ne dicam somno et conviviorum mora conteruntur, geometriae potius ac musicae inpendat, quanto plus delectationis habiturus quam ex illis ineruditis voluptatibus? Dedit enim hoc providentia hominibus mu- 19
nus, ut honesta magis iuvarent. Sed nos haec ipsa dulcedo longius duxit. Hactenus ergo de studiis, quibus, antequam maiora capiat, puer instituendus est: proximus liber velut novum sumet exordium et ad rhetoris officia transibit.

M. FABI QUINTILIANI

AD VICTORIUM MARCELLUM

INSTITUTIONUM ORATORIARUM

LIBER SECUNDUS.

QUANDO RHETORI TRADENDUS SIT PUER.

1. Tenuit consuetudo, quae cotidie magis invalescit, ut praeceptoribus eloquentiae, Latinis quidem semper, sed etiam Graecis interim, discipuli serius quam ratio postulat traderentur. Eius rei duplex causa est, quod rhetores utique nostri suas par-

conteruntur Tur. Amb. 1. *conterunt* Sp.
geometriae p. ac musicae geometriae p. ac musico T. 1 m. L. *musicae* 2 m T. *geometrae p. ac musico* Amb. 1. Sp.
19. *hoc provid. hoc quoque p.* A.
duxit dixit T. 1 m.
sumet sumat Amb. 1.

LIB. II. CAP. I.

1. *causa est* T. L. Amb. 1. *est causa* Sp.
quod rhetores Amb. 1. *quod et rh.* T. L. Sp.

tes omiserunt, et grammatici alienas occupaverunt. 2 Nam et illi declamare modo et scientiam declamandi ac facultatem tradere officii sui ducunt, idque intra deliberativas iudicialesque materias (nam cetera ut professione sua minora despiciunt): et hi non satis credunt excepisse, quae relicta erant (quo nomine gratia quoque iis habenda est), sed ad prosopopoeïas usque et suasorias, in quibus onus dicendi 3 vel maximum est, inrumpunt. Hinc ergo accidit, ut, quae alterius artis prima erant opera, facta sint alterius novissima: et aetas altioribus iam disciplinis debita in schola minore subsidat, ac rhetoricen apud grammaticos exerceat. Ita, quod est maxime ridiculum, non ante ad declamandi magistrum mittendus videtur puer, quam declamare sciat.

4 Nos suum cuique professioni modum demus, et grammatice, quam in latinum transferentes *litteraturam* vocaverunt, fines suos norit, praesertim tantum ab hac appellationis suae paupertate, intra quam primi illi constitere, provecta: nam tenuis a fonte, adsumptis poetarum historicorumque viribus pleno

2. *nam et* abest *nam* ab Almelov. prob. Lochmanno.
iudicialesque iudicialisque T.
habenda est T. L. *est habenda* Sp.
usque et suasorias Lassb. *usque ad suasorias* T. Amb. 1. *usque et ad suas.* Sp.
inrumpunt irrumpunt Sp.

3. *altioribus iam iam alt.* L. Amb. 1.
debita dedita 2 m T.
subsidat T. L. Amb. 1. probante Gernhard qui explicat *deservescat.* — *subsideat* Sp.
videtur videatur T. L. Amb. 1. a 2 m.
sciat T. L. fort. Amb. 1. *iam sciat* Sp. Illud probat Lochmannus et Gernh.

4. *quam — vocaverunt* pro glossa habuit Lochmannus.
grammatice — litteraturam cf. 2, 14, 3. *grammatice litteratura est non litteratrix.*
constitere consistere 1 m *constitere* 2 m T. *provecta provectam* L.
adsumptis assumtis Sp.
poetarum criticorum historicorumque T. 1 m. *oratorum h.* 2 m. *creticorum h.* Lassb. *historicorum criticorumque* Amb. 1.

iam satis alveo fluit, cum praeter rationem recte loquendi non parum alioqui copiosam prope omnium maximarum artium scientiam amplexa sit: et *rhetorice*, cui nomen vis eloquendi dedit, officia sua non detrectet, nec occupari gaudeat pertinentem ad se laborem: quae, dum opere cedit, iam paene possessione depulsa est. Neque infitiabor aliquem ex iis qui *grammaticen* profiteantur, eousque scientiae progredi posse, ut ad haec quoque tradenda sufficiat; sed cum id aget, rhetoris officio fungetur non suo.

Nos porro quaerimus, quando iis, quae *rhetorice* praecipit, percipiendis puer maturus esse videatur. In quo quidem non id est aestimandum, cuius quisque sit aetatis, sed quantum in studiis iam effecerit. Et ne diutius disseram; quando sit rhetori tradendus, sic optime finiri credo: *cum poterit*. Sed hoc ipsum ex superiore pendet quaestione. Nam si grammatices munus usque ad *suasorias* prorogatur, tardius rhetore opus est. At si rhetor prima officia operis sui non recusat, a narrationibus statim

alioqui parum in alio quidem c. T. 2 m.

5. *possessione depulsa est* Cicero de Orat. 3, 27. *Sed quoniam de nostra possessione depulsi in parvo et eo litigioso praediolo relicti sumus, et aliorum patroni nostra tenere tuerique non potuimus, ab iis (quod indignissimum est), qui in patrimonium nostrum inruperunt, quod opus est nobis, mutuemur.*

6. *neque infit.* T. L. Amb. 1. *nec inf.* Sp.
aliquem ex iis al. ex his T. L. Amb. 1. *ex his aliquem* Sp.
profiteantur T. L. Amb. 1. prob. Gernh. *profitentur* Sp.
ut ad h. ut et h. T. 1 m.

7. *quaerimus quaeremus* T.
iis, quae usque L.
id est om. *est* Amb. 1.
finiri finire T. 1 m. L. *definire* 2 m.

8. *suasorias prorogatur* Sic Tur. Sp. alii codd. ut ipse Amb. 1. et Lassb. glossam habent, *ad suasorias, quae sunt apud rhetorem materiae inter rudimenta (crudimenta L.) dicendi, prorogatur.* cf. 1, 6, 33.
at si rhetor sic Lassb. Amb. 1. *at* omitt. Tur. Spald. *at* post *est* in ceteris codd. excidit.
officia o. s. T. L. Amb. 1. *operis sui officia* Sp.
statim standi T.

et laudandi vituperandique opusculis cura eius desi-
9 deratur. An ignoramus antiquis hoc fuisse ad augendam eloquentiam genus exercitationis, ut *thesis* dicerent et *communes locos* et cetera citra complexum rerum personarumque, quibus verae fictaeque controversiae continentur? Ex quo palam est, quam turpiter deserat eam partem rhetorices insti-
10 tutio, quam et primam habuit et diu solam. Quid autem est ex iis, de quibus supra dixi, quod non cum in alia, quae sunt rhetorum propria, tum certe in illud iudiciale causae genus incidat? An non in foro narrandum est? qua in parte nescio an sit vel
11 plurimum. Non laus ac vituperatio certaminibus illis frequenter inseritur? Non communes loci, sive qui sunt in vitia directi, quales legimus a Cicerone compositos: seu quibus quaestiones generaliter tractantur, quales sunt editi a Q. quoque Hortensio ut *Sitne parvis argumentis credendum?* et *pro testibus* et

9. *thesis* T. L. *theses* Sp. in margine: *quia thesis ad rhetores, hypothesis ad philosophos spectat.* cf. 2, 4, 23. *thesis.* 3, 5, 11. *thesis.* ib. 14.
dicerent discerent 2 m T.
citra circa T. L.

10. *ex iis ex his* T. L. Amb. 1. *supra dixi* §. 8.
cum in T. L. fort. Amb. 1. *tum in* Sp.
rhet. pr. pr. rhet. Amb. 1.

11. *non laus nonne laus* 2 m T.
directi derecti T. 1 m.

legimus a Cicerone compositos Cicero in prooemio Paradoxorum §. 3. *Ego vero illa ipsa, quae vix in gymnasiis et in otio Stoici probant, ludens conieci in communes locos. — Degustabis genus hoc exercitationum earum, quibus uti consuevi, quum ea quae dicuntur in scholis θετικά, ad nostrum hoc oratorium transfero dicendi genus.*

Quinto quoque Spald. repudiabat *quoque*. Sensus est: Edidit locos communes praeter alios Q. etiam Hortensius. 2, 4, 27 *Nam locos quidem quales sunt de testibus, semperne his credendum? et de argumentis, an habenda etiam parvis fides? adeo manifestum est ad forenses actiones pertinere, ut quidam nec ignobiles in officiis civilibus scriptos eos memoriaeque diligentissime mandatos in promptu habuerint, ut, quotiens esset occasio, extemporales eorum dictiones his velut emblematis exornarentur.*

in testes in mediis litium medullis versantur? Arma 12
sunt haec quodammodo praeparanda semper, ut iis, quum res poscet, utaris. Quae qui pertinere ad orationem non putabit, is ne statuam quidem inchoari credet, cum eius membra fundentur. Neque hanc (ut aliqui putabunt) festinationem meam sic quisquam calumnietur, tamquam eum, qui sit rhetori tradendus, abducendum protinus a grammaticis putem. Dabuntur illis tum quoque tempora sua, ne- 13
que erit verendum, ne binis praeceptoribus oneretur puer. Non enim crescet, sed dividetur, qui sub uno miscebatur, labor; et erit sui quisque operis magister utilior: quod adhuc optinent Graeci, a Latinis omissum est, et fieri videtur excusate, quia sunt, qui labori isti successerint.

De moribus et officiis praeceptoris.

II. Ergo cum ad eas in studiis vires pervenerit puer, ut, quae prima esse praecepta rhetorum dixi-

12. *ad orationem ad oratorem.* Sp. quem vide in praef. p. LXXXI. Illud dat T. fort. Amb. 1. prob. Gernh.
credet credit L.
membra menbra T.
putabunt putabant T 1 m.
rhetori tradendus traditus Guelfert. Goth. prob. Gesnero et Spald. — Lochmannus autem dicit: „at cum c. 2. adhuc de puero tradendo loquatur Fabius, illud prius malim, atque ita et in iis, quae sequuntur, non *Dabuntur illis* sed *illi* legerim, quae cum recipiantur, in legendo non vocula *tum* sed *quoque* erit acuenda.“ Equidem non muto *illis*: sic enim argumentatur scriptor: Quamvis pueros apud grammaticos tam diu manere nolim, non abduco tamen eos prorsus ex illorum disciplina. Sed eodem tempore et grammaticum et rhetorem frequentare debent. *tum quoque* i. e. etiam quum iam rhetoris schola utentur, grammaticum tamen non relinquent. non enim verendum erit, ne duos praeceptores non sustineat.
13. *illis et illis* Amb. 1. *illi* T. 2 m.
quod adhuc optinent hic mos dividendi munera grammatici et rhetoris apud Graecos adhuc valet, apud Romanos autem non amplius durat, quia hic rhetorum officiis fungi grammatici coepere.
successerint successerunt T. L.

CAP. II.

1. *diximus* supra 2, 1, 8.

mus, mente consequi possit, tradendus eius artis magistris erit; quorum in primis inspici mores opor-
2 tebit. Quod ego non idcirco potissimum in hac parte tractare sum adgressus, quia non in ceteris quoque doctoribus idem hoc examinandum quam diligentissime putem, sicut testatus sum libro priore, sed quod magis necessariam eius rei mentionem fa-
3 cit aetas ipsa discentium. Nam et adulti fere pueri ad hos praeceptores transferuntur, et apud eos iuvenes etiam facti perseverant, ideoque maior adhibenda tum cura est: ut et teneriores annos ab iniuria sanctitas docentis custodiat, et ferociores a li-
4 centia gravitas deterreat. Neque vero sat est summam praestare abstinentiam, nisi disciplinae severitate convenientium quoque ad se mores adstrinxerit.

Sumat igitur ante omnia parentis erga discipulos suos animum, ac succedere se in eorum locum,
5 a quibus sibi liberi tradantur, existimet. Ipse nec habeat vitia nec ferat. Non austeritas eius tristis, non dissoluta sit comitas, ne inde odium, hinc contemptus oriatur. Plurimus ei de honesto ac bono sermo sit. Nam quo saepius monuerit, hoc rarius castigabit. Minime iracundus: nec tamen eorum, quae emendanda erunt, dissimulator: simplex in docendo; patiens laboris; adsiduus potius quam im-
6 modicus. Interrogantibus libenter respondeat, non interrogantes percontetur ultro. In laudandis disci-

2. *idcirco* iccirco Sp.
libro priore 1, 2, 5.
3. *ut et* om. *et* L. *et ut* T. 1 m.
4. *sat* satis Sp. Illud dat T. L. Amb. 1.
summam p. a. suam praestare a. A.
adstrinxerit astrinxerit Sp.
5. *tristis* tristris T. 1 m.
sermo sit T. L. Amb. 1. *sit sermo* Sp.
nam quo quod L.
adsiduus assiduus 2 m T. Sp.
6. *percontetur* percontentur T. 1 m.
discipulorum dictionibus 2, 4, 27 *extemporales dictiones.*

pulorum dictionibus nec malignus nec effusus; quia res altera taedium laboris, altera securitatem parit. In emendando quae corrigenda erunt, non acerbus 7 minimeque contumeliosus; nam id quidem multos a proposito studendi fugat, quod quidam sic obiurgant, quasi oderint. Ipse aliquid, imo multa, coti- 8 die dicat, quae secum auditores referant. Licet enim satis exemplorum ad imitandum ex lectione suppeditet, tamen *viva illa*, ut dicitur, *vox* alit plenius, praecipueque eius praeceptoris, quem discipuli, si modo recte sunt instituti, et amant et verentur. Vix autem dici potest, quanto libentius imitemur eos, quibus favemus.

Minime vero permittenda pueris, ut fit apud 9 plerosque, assurgendi exultandique in laudando licentia: quin etiam iuvenum modicum esse, cum audient, testimonium debet. Ita fiet, ut ex iudicio praeceptoris discipulus pendeat, atque id se dixisse recte, quod ab eo probabitur, credat. Illa vero 10 odiosissima, quae etiam *humanitas* vocatur, invicem qualiacumque laudandi cum est indecora et theatralis et severe institutis scholis aliena, tum studiorum

taedium thedium T.

8. *auditores* T. L. fort. Amb. 1. *audita* Sp.

referant referunt 2 m T.

viva vox Senecae Epist. 6. *plus tamen tibi et viva vox et convictus quam oratio proderit.*

eius praeceptoris om. *eius* T. 1 m.

9. *in laudando licentia* Gernhard hunc locum contra Spald. his verbis defendit: „*Spald. praeceptorem intelligit, qui laudetur, Wolfius iuvenes inter ipsos: infeliciterque transponendum esse censet Sp.* § 8. *post* § 12. *Equidem universum hoc genus licentiae notari existimo, quod in laudando expromitur assurgendo exultandoque. Debet enim et iudicium modicum esse iuvenum et iudicii significatio temperata. Deinde* § 10. *invicem qualiacunque laudandi vitium perstringitur, et* § 13. *idem vituperatur in laudando magistro.*“ —

10. *odiosissima* sic scripsi. *otiosissima* Tur. *vitiosissima* Sp.

quae etiam T. L. *quae iam* Sp.

scholis in scholis T. L.

studiorum tum pernic. hostis studiorum L.

perniciosissima hostis. Supervacua enim videntur cura
11 ac labor parata, quicquid effuderint, laude. Vultum igitur praeceptoris intueri tam qui audiunt debent quam ipse qui dicit; ita enim probanda atque improbanda discernent, si stilo facultas continget, au-
12 ditione iudicium. At nunc proni atque succincti ad omnem clausulam non exurgunt modo, verum etiam excurrunt et cum indecora exultatione conclamant. Id mutuum est, et ibi declamationis fortuna. Hinc tumor et vana de se persuasio usque adeo, ut illo condiscipulorum tumultu inflati, si parum a prae-
13 ceptore laudentur, ipsi de illo male sentiant. Sed se quoque praeceptores intente ac modeste audiri velint; non enim iudicio discipulorum dicere debet magister, sed discipulus magistri. Quin, si fieri potest, intendendus animus in hoc quoque, ut perspiciat quae quisque et quomodo laudet: et placere, quae bene dicet, non suo magis quam eorum nomine delectetur, qui recte iudicabunt.

14 Pueros adolescentibus permixtos sedere non placet mihi. Nam etiamsi vir talis, qualem esse oportet studiis moribusque praepositum, modestam habere potest etiam iuventutem: tamen vel infirmitas a robustioribus separanda est, et carendum non solum crimine turpitudinis, verum etiam suspicione.
15 Haec notanda breviter existimavi. Nam ut absit ab

labor p. *labore p.* T. 2 m.
11. *si stilo* T. L. Amb. 1. *sic st.* Sp.
auditione *auditioni* L. Amb. 1 a 2 m.
12. *condiscipulorum* *discip.* Amb. 1.
13. *discipulorum* om. L.
sed discipulus Amb. 1. *sed discipuli* T. Sp.
placere pendet a verbo *delectetur.*
14. *adolescentibus* *adulcstibus* 1 m T.
permixtos sedere T. L. Amb. 1. *sedere permixtos* Sp.
qualem — praepositum *qualis — praepositum* 1 m T. *qualis — praepositus* 2 m T. Amb. 1 a 2 m. habet *praepositus.*
15. *ab ultimis vitiis* i. a summis v.

ultimis vitiis ipse praeceptor ac schola, ne praecipiendum quidem credo. Ac si quis est, qui flagitia manifesta in eligendo filii praeceptore non vitet, iam hinc sciat, cetera quoque, quae ad utilitatem iuventutis componere conamur, esse sibi hac parte omissa supervacua.

An protinus praeceptore optimo sit utendum.

III. Ne illorum quidem persuasio silentio transeunda est, qui, etiam cum idoneos rhetori pueros putaverunt, non tamen continuo tradendos eminentissimo credunt, sed apud minores aliquamdiu detinent, tamquam instituendis artibus magis sit apta mediocritas praeceptoris cum ad intellectum atque imitationem facilior, tum ad suscipiendas elementorum molestias minus superba. Qua in re mihi non arbi- 2
tror diu laborandum, ut ostendam, quanto sit melius optimis inbui, quanta in eluendis, quae semel insederint, vitiis difficultas consequatur, cum geminatum onus succedentes premat, et quidem dedocendi gravius ac prius quam docendi. Propter quod 3
Timotheum clarum in arte tibiarum ferunt duplices

ac schola hac schola 2 m T. Amb. 1. omitt. *praeceptor.*
eligendo T. L. fort. Amb. 1. *deligendo* Sp.

CAP. III.

1. *idoneos hetori pueros idoneos ad discendum pueros* T. L.
atque imit. atq. ad im. Amb. 1.
facilior faciliori 1 m T.
2. *optimis optimi* L.
quanta T. *quantaque* Sp. Illud dat Amb. 1. Gernh.
eluendis eludendis T.
consequatur consequitur T.
prius plus 2 m T.
3. *Timotheum* „Qui hoc de duplici mercede narraret praeter Quintilianum, inveni neminem.“ — Spalding. — Io. Sarisberiensis vero hoc e Quintiliano refert in Metalog. II, 7. p. 798: Refert Quintilianus Timotheum quendam clarum in arte tibiarum solitum

ab iis, quos alius instituisset, solitum exigere mercedes, quam si rudes traderentur. Error tamen est in re duplex: unus, quod interim sufficere illos minores existimant, et bono sane stomacho contenti
4 sunt: quae, quamquam et ipsa reprensione digna, securitas tamen esset utcumque tolerabilis, si eiusmodi praeceptores minus docerent, non peius: alter, et ille etiam frequentior, quod eos, qui ampliorem dicendi facultatem sint consecuti, non putant ad minora descendere, idque interim fieri, quia fastidiant praestare hanc inferioribus curam; interim,
5 quia omnino non possint. Ego porro eum, qui nolit, in numero praecipientium non habeo; posse autem maxime, si velit, optimum quemque contendo: primum, quod eum, qui eloquentia ceteris praestet, illa quoque, per quae ad eloquentiam pervenitur,
6 diligentissime percepisse credibile est: deinde, quia plurimum in praecipiendo valet ratio, quae doctissimo cuique plenissima est: postremo, quia nemo sic in maioribus eminet, ut eum minora deficiant.

exigere duplas mercedes ab his, quos alius instituisset, quam si traderentur rudes omnino. Idem rursus narrat de Nugis Curialium VII, 9. pag. 434.

ab iis ab his T. L. Amb. 1.

est in re in re est L.

illos minores illos minoris 1 m. *illis minores* 2 m T.

4. *et ipsa est i.* Amb. 1.

reprensione reprehensione Sp.

esset utcumque esse L. De *utcumque* v. Walch ad Taciti Agricol. p. 393.

tolerabilis tollerabilis T. non constanter tamen hanc exhibet formam.

alter, et ille etiam f. recepi ex Burmanni coni. a Spald. probata in praef. p. 82. — *alter error ille etiam frequentior ille quod* T. *alter error ille etiam fr. quod* L. *alter ille etiam freq.* Spald. et Obr. et Amb. 1.

sint consecuti T. L. fort. Amb. 1. *sunt c.* Sp.

fastidiant fastidant 1 m T.

5. *contendo continendo* 1 m T.

6. *plenissima* T. L. Rationem, quam *θεωρίαν* dicimus, doctissimus quisque perfectissime tenet. *planissima* Sp. Illud probat etiam Zumpt.

Nisi forte Iovem quidem Phidias optime fecit, illa quae in ornamentum operis eius accedunt, alius melius laborasset; aut orator loqui nesciet; aut leviores morbos curare non poterit praestantissimus medicus.

Quid ergo? non est quaedam eloquentia ma- 7
ior, quam ut eam intellectu consequi puerilis infirmitas possit? Ego vero confiteor: sed hunc disertum praeceptorem prudentem quoque et non ignarum docendi esse oportebit submittentem se ad mensuram discentis: ut velocissimus quisque, si forte iter cum parvulo faciat, det manum et gradum suum minuat, nec procedat ultra quam comes possit. Quid? 8
si plerumque accidit, ut faciliora sint ad intelligendum et lucidiora multo, quae a doctissimo quoque dicuntur? Nam et prima est eloquentiae virtus perspicuitas, et, quo quis ingenio minus valet, hoc se magis adtollere et dilatare conatur: ut statura breves in digitos eriguntur et plura infirmi minantur. Nam tumidos et corruptos et tinnulos et quocumque 9
alio cacozeliae genere peccantes certum habeo non

Iovem uouem 1 m. *bovem* 2 m T.

illa quae illa quidem quae 1 m T. sed eadem manus delevit *quidem. illa autem quae* L. et Sp. Cf. 1, 10, 6 *nisi forte — componi videmus, — nos mirabimur.*

laborasset T. L. *elaborasset* Sp.

orator loqui nesciet Verte: Wird der grosse Redner nicht auch im gewöhnlichen Gespräche exaltiren? Simili modo Cicero dixit in Oratore c. 27. *Phalereus Demetrius meo iudicio praestitit ceteris, cuius oratio cum sedate placideque loquitur, tum illustrant eam quasi stellae quaedam translata verba. — nesciret* Lassb.

praestantissimus medicus T. L. Amb. 1. *medicus praestantissimus* Sp.

7. *non est num est* L.

intellectu consequi intellectu L.

confiteor: sed hunc confiteor disertum p. p. quoque et non ignarum docendi esse oportere summittentem se ad m. d. Tur. (non, ut Zumpt ait, deleto *esse*) L. — Gernh. Add. dicit: *summittere* Camp. non male, si cum Tur. *esse* deleveris. Decepit virum doctissimum error Zumptii.

parvulo parvolo 1 m. *parvulo* 2 m T.

8. *quo quis quo quisque* Lassb. 1 m.

9. *cacozeliae cacoteliae* T. Conf. lib. 8, 3, 56. et Ernesti Lex. v. *κακόζηλον.*

virium sed infirmitatis vitio laborare, ut corpora non robore sed valetudine inflantur, et recto itinere lassi plerumque divertunt. Erit ergo etiam obscurior, quo quisque deterior.

10 Non excidit mihi, scripsisse me in libro priore, cum potiorem in scholis eruditionem esse quam domi dicerem, libentius se prima studia tenerosque profectus ad imitationem condiscipulorum, quae facilior esset, erigere; quod a quibusdam sic accipi potest, tamquam haec, quam nunc tueor, sententia priori
11 diversa sit. Id a me procul aberit; namque ea causa vel maxima est, cur optimo cuique praeceptori sit tradendus puer, quod apud eum discipuli quoque melius instituti aut dicent, quod inutile non sit imitari, aut si quid erraverint, statim corrigentur; at indoctus ille etiam probabit fortasse vitiosa,

valetudine valitudine 2 m T. 1 Pro. 27. *valitudo.*

lassi recepi e Tur. et Lassb. probante Ernesto in Lexico Technolog. Lat. p. 409 sq. et Frotschero ad lib. 10. pag. 82. — *lapsi* Spald. Sensus est: Ingenii infirmitas facit, ut tumidi simus in dicendo; mala autem valetudo, ut corporis afficiamur tumore, atque lassitudo, ut de recta via interdum discedamus. Consentit mecum Zumpt.

divertunt T. L. *devertunt* Sp.
etiam obscurior T. L. fort. Amb. 1. *obscurior etiam* Sp.

10. *libro priore* c. 2, 26.

condiscipulorum condisciplorum T.

11. *namque ea causa namque ea igitur causa quam vel maxima est.* T. L. igitur explicat *namque* et *quam vel.*

aut dicent discent T. L. „*Habet*, inquit Lochmannus, *quo se commendare possit lectio discent, quia obscurum quodammodo est, quis imitandus, et cui non inutile sit imitari, et Fabius alibi praecipit, ut quod quisque imitari velit, intelligat et quare bonum sit, sciat et discat: attamen recepta lectio loco non movenda, propterea quod Fabius ea in mente habuisse videtur, quae sunt* l. 1, 2, 23 *ordinem dicendi secundum vires ingenii dabant, et paulo post: Sicut firmiores in litteris profectus alit aemulatio, ita incipientibus atque adhuc teneris condiscipulorum quam praeceptoris iucundior hoc ipso quod facilior imitatio est. dicent igitur firmiores, quod non sit inutile imitari incipientibus, et si quid erraverint, statim corrigentur.*“ —

et placere audientibus iudicio suo coget. Sit ergo 12
tam eloquentia quam moribus praestantissimus, qui
ad Phoenicis Homerici exemplum dicere ac facere
doceat.

De primis apud rhetorem exercitationibus.

IV. Hinc iam, quas primas in docendo partes rhetorum putem, tradere incipiam dilata parumper illa, quae sola vulgo vocatur, *arte rhetorica*, ac mihi opportunus maxime videtur ingressus ab eo, cuius aliquid simile apud grammaticos puer didicerit.

Et quia narrationum, excepta qua in causis 2
utimur, tris accipimus species, *fabulam*, quae versatur in tragoediis atque carminibus non a veritate modo sed etiam a forma veritatis remota; *argumentum*, quod falsum sed vero simile comoediae fingunt; *historiam*, in qua est gestae rei expositio; grammaticis autem poeticas dedimus: apud rhetorem initium sit historica; tanto robustior, quanto verior. Sed narrandi quidem quae nobis optima ra- 3
tio videatur, tum demonstrabimus, cum de iudiciali parte dicemus. Interim admonere illud sat est, ut

12. *sit sic* 1 m T.
Homerici homirici T. 1 m. Conf. Iliad. 9, 442.

CAP. IV.

1. *in docendo inducendi* Amb. 1 a 2 m.
dilata delata L.
ac mihi T. L. Amb. 1. *at mihi* Sp. Illud probat Zumpt quoque et Gernh.
2. *tris tres* 2 m T. Sp.
accipimus T. L. *accepimus* Amb. 1. et Sp., quamquam illud ipse probavit in Praefat. p. 82.
remota T. L. Amb. 1. *remotam* Sp.
initium sit historica initium si historica 1 m. *vitium sed historica* 2 m T. *vitium sit historica* L.
historica poesis institutioni puerili convenit, historia adolescentiae. — *historica* (intell. *narratio*) recepi e T. L. Amb. 1. *historia* Sp.
3. *cum — dicemus* l. 4, c. 2.
sat T. *satis* Sp.

sit ea neque arida prorsus atque ieiuna (nam quid opus erat tantum studiis laboris inpendere, si res nudas atque inornatas indicare satis videretur?), neque rursus sinuosa et arcessitis descriptionibus, in quas plerique imitatione poeticae licentiae ducuntur, 4 lasciviat. Vitium utrumque: peius tamen illud, quod ex inopia quam quod copia venit.

Nam in pueris oratio perfecta nec exigi nec sperari potest: melior autem indoles laeta generosique conatus et vel plura iusto concipiens interim spi- 5 ritus. Nec umquam me in his discentis annis offendat, si quid superfuerit. Quin ipsis doctoribus hoc esse curae velim, ut teneras adhuc mentes more nutricum mollius alant, et satiari velut quodam iucundioris disciplinae lacte patiantur. Erit illud plenius interim corpus, quod mox adulta aetas adstrin- 6 gat. Hinc spes roboris. Maciem namque et infirmitatem in posterum minari solet protinus omnibus membris expressus infans. Audeat haec aetas plura et inveniat et inventis gaudeat, sint licet illa non satis sicca interim ac severa. Facile remedium

arida arrida p. a. ieiunia T. 1 m.

sinuosa nimis dilatata, producta. Ernesti Lex. Technol. Lat. s. v.

lasciviat. vitium T. L. Amb. 1. *lasciva. Vitium* Spald. nullo codice auctore. Illud probat Gernh. Pro *vitium* fortasse legendum *vitiosum.*

4. *quod copia quod ex copia* Sp.

melior autem T. L. *melior autem est* Sp. *mel. autem et ind.* Amb. 1.

vel plura om. *vel* Amb. 1. a 1 m.

5. *discentis dicentis* Amb. 1.

quin qui in ipsis T. *quin ipsis quoque d.* Amb. 1.

adhuc mentes adhuc mores mentes nutricum T. 1 m. *adhuc mentes more n.* 2 m.

plenius i. corpus Verte: den iugendlich vollen Körper des Knaben machen die zunehmenden Jahre bald wieder dünn und schlank.

6. *audeat haec aetas* Victor Art. Rhet. p. 118. *Exercitatio iuvenilis uberior et habundantior esse debet, quia multum inde quoque anni, multum ratio limabit. Volo, an M. Tullius, se efferat in adolescente fecunditas. Audeat ergo haec aetas plura et inveniat. Facile remedium est ubertati, sterilia nullo labore vincuntur.*

sicca interim ac sev. T. L. Amb. 1. *int. sicca et sev.* Sp.

est ubertatis, sterilia nullo labore vincuntur. Illa 7
mihi in pueris natura minimum spei dederit, in qua ingenium iudicio praesumitur. Materiam esse primum volo vel abundantiorem atque ultra quam oporteat fusam. Multum inde decoquent anni, multum ratio limabit, aliquid velut usu ipso deteretur, sit modo unde excidi possit et quod exculpi: erit autem, si non ab initio tenuem nimium laminam duxerimus, et quam caelatura altior rumpat. Quod me 8
de his aetatibus sentire minus mirabitur, qui apud Ciceronem legerit *Volo enim se efferat in adulescente fecunditas.*

Quapropter in primis evitandus et in pueris praecipue magister aridus, non minus quam teneris adhuc plantis siccum et sine humore ullo solum. Inde 9
fiunt humiles statim et velut terram spectantes, qui nihil supra cotidianum sermonem adtollere audeant. Macies illis pro sanitate, et iudicii loco infirmitas est: et dum satis putant vitio carere, in id ipsum incidunt vitium, quod virtutibus carent. Quare mihi ne maturitas quidem ipsa festinet, nec musta in lacu statim austera sint: sic et annos ferent et vetustate proficient.

Ne illud quidem quod admoneamus indignum 10
est, ingenia puerorum nimia interim emendationis severitate deficere: nam et desperant et dolent et novissime oderunt, et (quod maxime nocet) dum omnia timent, nihil conantur. Quod etiam rusticis 11

7. *illa mihi illa nihil* T.
decoquent dequoquent T.
laminam lamniam 1 m T.
8. *mirabitur mirabuntur* L.
legerit legent 1 m T. L. *leget* 2 m T. — Cic. de Orat. 2, 21.
efferat offerat L.
adulescente adolescente Sp.
10. *ne illud nec i.* Amb. 1.
admoneamus amoneamus T.
11. *nondum cicatricem* T. L. *cicatricem nondum* Sp. Imitatur Virgilium in Georg. 2, 362.
Ac dum prima novis adolescit frondibus aetas,

notum est, qui frondibus teneris non putant adhibendam esse falcem, quia reformidare ferrum vi-
12 dentur et nondum cicatricem pati posse. Iucundus ergo tum maxime debet esse praeceptor, ut remedia, quae alioquin natura sunt aspera, molli manu leniantur; laudare aliqua, ferre quaedam, mutare etiam reddita cur id fiat ratione, inluminare interponendo aliquid sui. Nonnumquam hoc quoque erit utile, totas ipsum dictare materias, quas et imitetur
13 puer, et interim tamquam suas amet, et si tam neglegens ei stilus fuerit, ut emendationem non recipiat, expertus sum prodesse, quotiens eandem materiam rursus a me retractatam scribere de integro iuberem; *posse enim eum adhuc melius:* quatenus
14 nullo magis studia quam spe gaudent. Aliter autem alia aetas emendanda est, et pro modo virium exigendum et corrigendum opus. Solebam ego dicere pueris aliquid ausis licentius aut laetius, *laudare illud me adhuc; venturum tempus, quo idem non permitterem:* ita et ingenio gaudebant, et iudicio non fallebantur.

15 Sed ut eo revertar, unde sum digressus: narrationes stilo componi quanta maxima possit adhibita

> Parcendum teneris: et dum se lactus ad auras
> Palmes agit, laxis per purum inmissus habenis,
> *Ipsa acie nondum falcis tentanda,* sed uncis
> Carpendae manibus frontes interque legendae.
> Inde ubi iam validis amplexae stirpibus ulmos
> Exierint, tum stringe comas, tum brachia tonde:
> *Ante reformidant ferrum,* tum denique dura
> Exerce imperia et ramos compesce fluentis.

12. *ut remedia* etc. *ut qui natura sunt aspera* (*asperi* 2 m.) *molli manu leniantur* T. *ut remedia alioquin quae* L. *ipsum ipsas* L. *ipsum totas* Amb. 1.

13. *et si* Amb. 1. *at si* T. Sp. *retractatam tractatam* Amb. 1. mox *studia* dictum pro studentes, ut iuvenes academici simili utuntur figura, die Musen, cum musarum potius alumnos significant. *studia studio* L. Amb. 1.

14. *corrigendum opus* T. L. Amb. 1. *et exigendum opus et corrigendum* Sp. In Lassb. omitt. etiam *et* ante *exig.*

15. *digressus* T. L. fort. Amb. 1. *egressus* Sp. Conf. supra § 3.

diligentia volo. Nam, ut primo, cum sermo instituitur, dicere quae audierint utile est pueris ad loquendi facultatem; ideoque et retro agere expositionem et a media in utramque partem discurrere sane merito cogantur; sed ad gremium praeceptoris, et dum aliud non possunt, et dum res ac verba connectere incipiunt, ut protinus memoriam firment: ita cum iam formam rectae atque emendatae orationis accipient, extemporalis garrulitas nec expectata cogitatio et vix surgendi mora circulatoriae vere iactationis est. Hinc parentium inperitorum inane gaudium; 16
ipsis vero contemptus operis et inverecunda frons et consuetudo pessime dicendi et malorum exercitatio et quae magnos quoque profectus frequenter perdidit, adrogans de se persuasio innascitur. Erit 17
suum parandae facilitatis tempus, nec a nobis neglegenter locus iste transibitur. Interim satis est, si

ad gremium Si *gremium* hoc loco tenerae aetatis institutionem accipere possumus, explicabimus haec verba *primo institutionis puerilis tempore.* Sed obscura est locutio haec, et sequentia verba, *et dum non possunt*, quod omnes codd. habent. an vero sic construenda videntur: *et dum res ac verba connectere non possunt, et dum id facere incipiunt.* Spald. dat *et dum aliud non possunt* ex coni. nescio cuius. Gernh. tota *et — possunt* uncis inclusit.

connectere conectere T.

rectae atque Gernh. ex Gothano recepit *formam recte loquendi atque e. o.*

extemporalis et temporalis 2 m T.

nec expectata non meditantur paene, quid dicant, antequam incipiunt.

vix surgendi loqui paene incipiunt, antequam assurgunt.

vere verae T. 1 m. *fere* coni. Sp. *circulatoria verae iactationis* 2 m T.

16. *parentium* T. Amb. 1. *parentum* Sp. cf. 1, 2, 25 *parentum.* 3, 6, 96 *parentium.* 6, 1, 18 *parentum.*

inperitorum imperatorum T.

et consuetudo pessime dicendi et malorum exercitatio una eademque res duobus significatur modis. Die Gewohnheit gegen alle Grammatik zu sprechen und die Uebung in schlechten Redensarten. Spald. hac coniunctione similium rerum offenditur. — *excitatio* T.

adrogans arrogans Sp.

17. *facilitatis* T. L. Amb. 1 a 2 m. prob. Gernh. *facilitati* Amb. 1 a 1 m. Sp.

puer omni cura et summo, quantum illa aetas capit, labore aliquid probabile scripserit: in hoc adsuescat, huius sibi rei naturam faciat. Ille demum in id, quod quaerimus, aut ei proximum poterit evadere, qui ante discet recte dicere quam cito.

18 Narrationibus non inutiliter subiungitur opus destruendi confirmandique eas, quod ἀναασκευὴ et κατασκευὴ vocatur. Id porro non tantum in fabulosis et carmine traditis fieri potest, verum etiam in ipsis annalium monumentis, ut si quaeratur *an sit credibile super caput Valeri pugnantis sedisse corvum, qui os oculosque hostis Galli rostro atque alis everberaret?* sit in utramque partem ingens ad di-
19 cendum materia: ut *de serpente, quo Scipio traditur genitus*, et *lupa Romuli* et *Egeria Numae;* nam Graecis historiis plerumque poeticae similis licentia est. Saepe etiam quaeri solet de tempore, de loco, quo gesta res dicitur, nonnumquam de persona quoque: sicut Livius frequentissime dubitat et alii ab aliis historici dissentiunt.

20 Inde paulatim ad maiora tendere incipiet, *laudare claros viros* et *vituperare inprobos:* quod non simplicis utilitatis opus est. Namque et ingenium exercetur multiplici variaque materia, et ani-

illa aetas T. L. Amb. 1. *aetas illa* Sp.
huius sibi r. n, Amb. 1. *huius rei sibi n.* T. L. *huius rei nat. sibi* Sp.
18. ἀναασκευή *ANACKETH et ACKETH* T. 1 m, *anaccie i. destructio et ascie i. astructio* 2 m.
fabulosis fabulis L.
traditis traditus 1 m T.
monumentis monimentis 2 m T. L.
Valeri T. L. *Valerii* 2 m T. Sp,
qui os quos 1 m T.
oculos acculos T. ut constanter est scriptum.
materia om. Amb. 1.
19. *ut de at de* 1 m. *ac de* 2 m T. *aut de* Amb. 1.
licentia est T. L. Amb. 1. *est licentia* Sp.
dissentiunt dissentunt T.
20. *vit. inp. imp. vit.* Amb. 1. a 2 m.

mus contemplatione recti pravique formatur, et multa inde cognitio rerum venit exemplisque, quae sunt in omni genere causarum potentissima, iam tum instruitur, cum res poscet, usurus. Hinc illa quoque 21
exercitatio subit *comparationis*, *uter melior uterve deterior?* quae quamquam versatur in ratione simili, tamen et duplicat materiam et virtutum vitiorumque non tantum naturam sed etiam modum tractat. Verum de ordine laudis contraque, quoniam tertia haec rhetorices pars est, praecipiemus suo tempore.

Communes loci (de iis loquor, quibus citra 22
personas in ipsa vitia moris est perorare, ut in *adulterum aleatorem petulantem*) ex mediis sunt iudiciis et si reum adiicias, accusationes: quamquam hi quoque ab illo generali tractatu ad quasdam deduci species solent, ut si ponatur *adulter caecus*, *aleator pauper*, *petulans senex*. Habent autem non- numquam etiam defensionem. Nam et pro *luxuria* 23
et pro *amore* dicimus, et leno interim parasitusque defenditur sic, ut non homini patrocinemur sed crimini.

Theses autem, quae sumuntur ex rerum com- 24
paratione, ut *rusticane vita an urbana potior? iurisperiti an militaris viri laus maior?* mire sunt ad exercitationem dicendi speciosae atque uberes, quae

exemplisque et exemplis Amb. 1.
21. *contraque contra quae* L.
tertia om. L.
praecipiemus lib. 3, cap. 7.
22. *de iis de his* T. L. Amb. 1.
vitia vita T.
adulterum adulterium T. 1 m.
reum rerum T. L.
accusationes excusationes T.
tractatu actu Amb. 1 a 1 m. *tractu* 2 m.
pauper omitt. T.
24. *theses thesis* T. L.
exercitationem exercitationes T. L. Mutavit *exercitationes*, qui iunxit *exercitationes speciosae atque uberes*.

vel ad suadendi officium vel etiam ad iudiciorum disceptationem iuvant plurimum. Nam posterior ex praedictis locus in causa Murenae copiosissime a Ci-
25 cerone tractatur. Sunt et illae paene totae ad deliberativum pertinentes genus *ducendane uxor*, *petendine sint magistratus?* Namque et hae personis modo adiectis suasoriae erunt.

26 Solebant praeceptores mei neque inutili et nobis etiam iucundo genere exercitationis praeparare nos coniecturalibus causis, cum quaerere atque exequi iuberent *Cur armata apud Lacedaemonios Venus?* et *Quid ita crederetur Cupido puer atque volucer et sagittis ac face armatus?* et similia, in quibus scrutabamur voluntatem, cuius in controversiis frequens quaestio est: quod genus chriae videri potest.

27 Nam locos quidem, quales sunt de testibus *semperne his credendum?* et de argumentis *an habenda etiam parvis fides?* adeo manifestum est ad forenses actiones pertinere, ut quidam neque ignobiles in officiis civilibus scriptos eos memoriaeque diligentissime mandatos in promptu habuerint, ut quotiens esset occasio, extemporales eorum dictiones

disceptationem disceptationemque T. L. *que* ortum, quod alii *ad iudiciorum disceptationumque* construxerunt.

Murenae Muraenae Sp. quam tamen postea formam improbavit ad IV. 1, 25. V. Garatoo. ad argumentum h. orationis.

25. *ad deliberativum ad liberativum* T.
pertinentes pertingentes L.
sint sine T 1 m.
namque et hae L. *namque et haec* T. *namque hae* Sp.

26. *atque v.* T. L. Amb. 1. *ac vol.* Sp.
ac face atque f. L.
scrutabamur scrutamur L.
voluntatem Vertu: den innern Grund der Sache. — *voluptatem* T 2 m.

27. *neque ign.* T. L. Amb. 1. *nec i.* Sp.
promptu promptu Sp.
extemporales extipla tales 2 m T. *extemporalibus e. dictionibus* L.

his velut emblematis exornarentur. Quo quidem (ne- 28
que enim eius rei iudicium differre sustineo) summam videbantur mihi infirmitatem de se confiteri. Nam quid hi possint in causis, quarum varia et nova semper est facies, proprium invenire? quomodo propositis ex parte adversa respondere? altercationibus velociter occurrere? testem rogare? qui etiam in iis, quae sunt communia et in plurimis causis tractantur, vulgatissimos sensus verbis nisi tanto ante praeparatis prosequi nequeant. Nec vero ipsis, cum 29
eadem iudiciis pluribus dicunt, aut fastidium moveant velut frigidi et repositi cibi, aut pudorem deprensa totiens audientium memoria infelix supellex, quae sicut apud pauperes ambitiosos pluribus et diversis officiis conteratur? cum eo quidem, quod vix 30
ullus est tam communis locus, qui possit cohaerere cum causa nisi aliquo propriae quaestionis vinculo copulatus; appareatque eum non tam insertum quam adplicitum; vel quod dissimilis est ceteris, vel quod 31
plerumque adsumi etiam parum apte solet, non quia desideratur, sed quia paratus est: ut quidam senten-

28. *differre* *diferre* T.
hi *ii* T.
et nova T. Amb. 1. *ac nova* Sp. *nova et varia* L.
ex parte adversa T. L. fort. Amb. 1. *ex p. diversa* Sp.
qui etiam *quaedam* L.

29. *nec vero ipsis* Sic scripsi. *nec vero* dat T. L. Amb. 1., quod convenit, si interrogationis signum ponis post *conteratur*. Nonne fastidium movent dicentibus hi velut repositi cibi, nonne pudorem haec deprensa toties ab auditoribus supellex? — *ipsis* scripsi pro *is* T. 1 m. *iis* 2 m. *his* Obr. Amb. 1. Sp. — *Necesse est*, *his*, *cum* etc. Sp. Gernh. qui infra *appareatque* a *necesse est* regi putat, et *his* ad *verbis tanto ante praeparatis* pertinere.
dicunt *dicta* 2 m T.
supellex *suppellex* T.
ambitiosos *ambiciosos* T.

30. *cum eo quidem*, *quod* i. e. quo accedit, quod. conf. 10, 7, 13. 12, 10, 47.
appareatque ab illo *cum eo quidem*, *quod* pendet. quo accedit, ut quivis fere intelligere possit, hunc locum adsutum esse pannum. Lochmannus volebat *nisi sit aliquo— copulatus, appareatque*. Spald. ad lib. 10, 3, 16. legendum esse coniecit *appareat alioqui*.

tiarum gratia verbosissimos locos arcessunt, cum ex
32 locis debeat innasci sententia. Ita sunt autem speciosa haec et utilia, si oriuntur ex causa: ceterum quamlibet pulchra elocutio, nisi ad victoriam tendit, utique supervacua, sed interim etiam contraria est. Verum hactenus evagari satis fuerit.

33 *Legum laus* ac *vituperatio* iam maiores ac prope summis operibus suffecturas vires desiderant: quae quidem suasoriis an controversiis magis accommodata sit exercitatio, consuetudine et iure civitatum differt. Apud Graecos enim lator earum ad iudicem vocabatur: Romanis pro concione suadere ac dissuadere moris fuit. Utroque autem modo pauca de his et fere certa dicuntur. Nam et genera sunt
34 tria *sacri publici privati iuris*. Quae divisio ad laudem magis spectat, si quis eam per gradus augeat, quod *lex*, quod *publica*, quod *ad religionem deum comparata* sit. Ea quidem, de quibus
35 quaeri solet, communia omnibus. Aut enim de iure dubitari potest eius, *qui rogat*, ut *de P. Clodi, qui non rite creatus tribunus arguebatur:* aut de ipsius rogationis, quod est varium, sive *non trino* forte

31. *arcessunt accersunt* Amb. 1. — 5, 13, 4 in T. L. A. legitur *accersitum*.
cum ex locis ambigue dictum quia *locos* praecedit. intelligo *ex locis*, *in quibus causa versatur*.
innasci T. L. Amb. 1 a 2 m. *nasci* Sp. et Amb. 1 a 1 m.
32. *speciosa haec spec.* L.
pulchra elocutio Amb. *e. pulchrae locutioni si* T. L. *pulchra locutio* Sp.
interim — est etiam interim contraria omisso *est* L.
hactenus actenus T.
evagari vagari Amb. 1.
33. *laus ac* T. L. Amb. 1 a 2 m. *laus et* Sp.
an controv. magis T. L. fort. Amb. 1. *magis an cont.* Sp.
civitatum Lassb. *civitatium* T. Sp.
apud Graecos v. F. A. Wolf in Prolegom. ad Demosth. Leptin. pag. 185.
concione contione T.
35. *de iure dicere* T.
Clodi T. L. *Clodii* Sp. *Clodio* Amb. 1.

nundino promulgata sive *non idoneo die* sive *contra intercessionem* vel *auspicia aliudve quid*, *quod legitimis obstet*, dicitur lata esse vel ferri, sive *alicui manentium legum repugnare.* Sed haec ad 36
illas primas exercitationes non pertinent; nam sunt eae citra complexum personarum, temporum, causarum. Reliqua eadem fere vero fictoque certamine huiusmodi tractantur. Nam vitium aut *in verbis* aut *in rebus* 37
est. In verbis quaeritur, *an satis significent? an sit in iis aliquid ambiguum?* In rebus, *an lex sibi ipsa consentiat? an in praeteritum ferri debeat? an in singulos homines?* Maxime vero commune est quaerere, *an sit honesta? an utilis?* Nec 38
ignoro, plures fieri a plerisque partes: sed nos *iustum*, *pium*, *religiosum* ceteraque his similia *honesto* complectimur. *Iusti* tamen species non simpliciter excuti solent. Aut enim de re ipsa quaeritur, ut *dignane poena* vel *praemio sit?* aut de modo praemii poenaeve, *qui* tam *maior* quam *minor* culpari potest. Utilitas quoque interim *natura* discer- 39
nitur, interim *tempore.* Quaedam *an optineri pos-*

intercessionem Amb. 1. *intercessiones* T. Sp.
quid, *quod* Sp. *quidquid* T.
legitimis obstet interpretor: Quidquid noceat, quominus sit legitima et rata lex. Gernh. *legitimis* vel *legibus* vel *legitime*, quod alii habent, pro interpretamento verbi *obstet* habet.
lata esse omitt. *esse* T.

36. *sunt eae sunt haec* T. Amb. 1 a 2 m.
reliqua i. e. reliqua huiusmodi, de quibus quaeri solet, eodem modo, sive causa sit vera, sive ficta, tractantur.
certamine huiusmodi T. L. fort. Amb. 1. *hui. cert.* Gesner. Sp.

37. *aut in rebus est* T. L. Amb. 1. *in verbis est aut in rebus* Sp.
in iis in his L.
ferri Amb. 1 a 1 m. *referri* T. L. Amb. 1 a 2 m.
an utilis an inutilis T. L. *inutilis* ex repetito *an* ortum.

38. *excuti solent* T. L. fort. Amb. 1. *solet* Sp.
dignane poena digna nec pena T.
qui quia 2 m T. fort. Amb. 1. Obr.

39. *quaedam an optineri quaedam optinere* 1 m T. *quaenam opt.* 2 m. *quaedam an optinere* L.

sint, ambigi solet. Ne illud quidem ignorare oportet, leges aliquando *totas*, aliquando *ex parte* reprehendi solere, cum exemplum rei utriusque nobis
40 claris orationibus praebeatur. Nec me fallit, eas quoque leges esse, quae non in perpetuum rogentur, sed de honoribus aut imperiis, qualis *Manilia* fuit, de qua Ciceronis oratio est. Sed de his nihil hoc loco praecipi potest. Constant enim propria rerum, de quibus agitur, non communi qualitate.

41 His fere veteres facultatem dicendi exercuerunt, adsumpta tamen a dialecticis argumentandi ratione. Nam fictas ad imitationem fori consiliorumque materias apud Graecos dicere, circa Demetrium Pha-
42 lerea institutum fere constat. An ab ipso id genus exercitationis sit inventum, (ut alio quoque libro sum confessus,) parum comperi: sed ne ii quidem, qui hoc fortissime adfirmant, ullo satis idoneo auctore nituntur. Latinos vero dicendi praeceptores extremis L. Crassi temporibus coepisse, Cicero auctor est; quorum insignis maxime Plotius fuit.

ignorare omitt. T. *ignorari* Amb. 1 a 2 m.

40. *constant constat* T.

41. *nam f. iam f.* T. Conf. Foss de Gorgia Leontino p. 92. sq. *Demetrium Phalcrea* Similiter *Periclea* 3, 1, 12. 12, 2, 22. 12, 10, 24. *Tydea* 3, 7, 12. *Nirea* 3, 7, 19. *Stratoclea* 11, 3, 178. *Ariona* 6, 3, 41. *spadicas* 1, 10, 31. *Allobrogas* 11, 1, 89. *tetrastichon* (genitivo plurali) 6, 3, 96. *Metamorphosesi* 4, 1, 77.
constat constabat T. L. Amb. 1.

42. *an ab* om. *ab* L.
ne ii ne hi T. L. Amb. 1.
Cicero de Orat. 3, 24.
Plotius v. Sueton. de clar. rhet. c. 2. Heind. ad Hor. sat. 1, 5, 40. Seneca Controvers. l. 2. praefat.

De lectione oratorum et historicorum apud rhetorem.

V. Sed de ratione declamandi post paulum: interim, quia prima rhetorices rudimenta tractamus, non omittendum videtur id quoque, ut moneam, quantum sit collaturus ad profectum discentium rhetor, si, quemadmodum a grammaticis exigitur poetarum enarratio, ita ipse quoque historiae atque etiam magis orationum lectione susceptos a se discipulos instruxerit: quod nos in paucis, quorum id aetas exigebat, et parentes utile esse crediderant, servavimus. Ceterum sentientibus iam tum optima, 2 duae res inpedimento fuerunt, quod et longa consuetudo aliter docendi fecerat legem, et robusti fere iuvenes, nec hunc laborem desiderantes, exemplum nostrum sequebantur. Nec tamen, etiam si quid novi 3 vel sero invenissem, praecipere in posterum puderet. Nunc vero scio id fieri apud Graecos, sed magis per adiutores: quia non videntur tempora suffectura, si legentibus singulis praeire semper ipsi velint.

Et hercule praelectio, quae in hoc adhibetur, 4 ut facile atque distincte pueri scripta oculis sequan-

CAP. V.

1. *post paulum* sic Turic. Amb. 1. et Ulmensis, quem supra laudavi. *post paululum* Lassb. *post paullo* Spald. graece *ὕστερον ὀλίγον*. — 2, 17, 25 *post paululum*. 9, 4, 19 *post paulum*. — Agit autem Quint. de declamandi ratione cap. 10. huius libri.

a grammaticis grammaticos om. *a* T. 1 m. *grammaticis* T 2 m. L.
quod nos om. *nos* L.
exigebat exciebat T 1 m.

2. *sentientibus* sc. nobis.
nec hunc ne hunc T. Ulmensis.
exemplum i. e. discipuli mei erant.

3. *nec tamen, etiam si* T. L. Ulmensis. Amb. 1. om. *etiam* Burmann Gesn. Sp.
praecipere praeceptore T. 1 m. *praeceptorem* 2 m.

4. *hercule* T. Amb. 1. *hercle* Sp.

tur; etiam illa, quae vim cuiusque verbi, si quod minus usitatum incidat, docet, multum infra rhetoris officium existimanda est.

5 At demonstrare virtutes vel, si quando ita incidat, vitia, id professionis eius atque promissi, quo se magistrum eloquentiae pollicetur, maxime proprium est; eo quidem validius, quod non utique hunc laborem docentium postulo, ut ad gremium revocatis, cuius quisque eorum velit, libri lectione deser-
6 viant. Nam mihi cum facilius tum etiam multo videtur magis utile, facto silentio unum aliquem (quod ipsum imperari per vices optimum est) constituere lectorem, ut protinus pronuntiationi quoque adsue-
7 scant: tum exposita causa, in quam scripta legetur oratio (nam sic clarius, quae dicentur, intelligi poterunt), nihil otiosum pati, quodque in *inventione*,

si quod si quid T.

5. *quo se qui se* Ulmensis.

eo quidem et eo quidem Ulmensis.

ut ad gremium — deserviant reliqui lectionem, etsi corruptam credo, cum loco mederi nondum contingeret. Zumptius quidem ingeniosa coniectura lucem attulit aliquam. emendat enim: *ut ad gremium revocati cuiusque eorum lectioni deserviant.* — Tur. haec habet: *ut ad gremium revocatis cuiusquisque* (*cuiusque* 2 m) *eorum liberis libri lectione deserviant*, omisso *velit*, non eo servato, ut Spald. e. Tur. refert. Lassb. *ut ad gremium cuius eorum liberis revocatis libri lectione deserviant.* Ulmensis: *ut ad gremium cuiusque eorum libris lectione deserviant.* Ex Amb. 1. nihil affertur nisi *eorum liberis lectione*, omisso *velit*: in ceteris ergo cum Obr. et recepta consentire videtur. Lochmannus vulgatam lect. defendit et ad *parentes* retulit *eorum*. „*nam ea*, inquit, *quae a* § 2 *ad* 5 *usque continentur, in parenthesi posita videntur, nisi forte ea Fabius in opere suo relegendo limandoque in marginem coniecerit, ita ut postea a librariis sint recepta. — Si eorum ad parentes referes, fortasse legendum erit: quibusque eorum liberis lectione deserviant.*“ — Haec vero suasit optimus Hermannus, cum de emendando loco desperarem: die Worte sind wohl von alten Erklärern verderbt worden. Irre ich nicht, so schrieb Quint.: quod non utique hunc laborem docentium postulo, ut ad gremium revocatis cuiusque liberis lectione deserviant. „ich verlange nicht, dass der Lehrer selbst die Kinder aller Laute mit Lesen bediene.“ —

6. *videtur magis* Amb. 1. *providetur magis* T. L. *magis videtur* Sp.

7. *nihil otiosum pati* i. e. nihil praetermittere.

quodque in inv. quod in inv. T. 1 m.

quodque in *elocutione* adnotandum erit; quae in *prooemio* conciliandi iudicis ratio; quae *narrandi* lux, brevitas, fides; quod aliquando consilium et quam occulta calliditas: namque ea sola in hoc ars 8
est, quae intelligi nisi ab artifice non possit; quanta deinceps in *dividendo* prudentia, quam subtilis et crebra *argumentatio;* quibus viribus inspiret, qua iucunditate permulceat; quanta in *maledictis* asperitas, in *iocis* urbanitas: ut denique dominetur in *affectibus*, atque in pectora inrumpat, animumque iudicum similem iis, quae dicit, efficiat. Tum in ra- 9
tione *eloquendi*, quod verbum proprium, ornatum, sublime; ubi *amplificatio* laudanda, quae virtus ei contraria; quid speciose *translatum;* quae *figura* verborum; quae levis et quadrata, sed virilis tamen *compositio.*

Ne id quidem inutile, etiam corruptas aliquando 10
et vitiosas orationes, quas tamen plerique iudiciorum pravitate mirantur, legi palam ostendique in his, quam multa inpropria, obscura, tumida, humilia, sordida, lasciva, effeminata sint; quae non laudan-

quodque quoque Ulmensis.
quae in prooemio quoque in prophemio 1 m *quodque* 2 m T. *quaeque* Ulmensis.
narrandi lux graece dicunt eodem sensu φῶς. vid. Ern. Lex. s. v. φῶς.

8. *prudentia providentia* Ulmensis.
inspiret i. e. impleat auditorum animos. 5, 14, 32. Senec. Controv. l. 2. praef.
iudicum iudicium 1 m *inductum* 2 m T.
iis his T. Amb. 1.
efficiat efficit Ulmensis.

9. *in ratione in oratione* L.
speciose sepcıose Ulmensis.
figura verborum figura L.
quae levis Sp. malebat aliquando *quam l.*
quadrata — compositio i. numerosa, concinna.

10. *mirantur* T. L. Ulmensis. Amb. 1. *mirentur* Sp.
palam ost. Amb. 1. *pàlam pueris, ost.* T. L. Sp.
tumida tumida lasciva sordida humilia Ulmensis.

tur modo a plerisque, sed (quod est peius) propter
11 hoc ipsum, quod sunt prava, laudantur. Nam sermo rectus et secundum naturam enuntiatus nihil habere ex ingenio videtur: illa vero, quae utcumque deflexa sunt, tamquam exquisitiora miramur non aliter quam distortis et quocumque modo prodigiosis corporibus apud quosdam maius est pretium quam iis, quae
12 nihil ex communi habitu boni perdiderunt. Atque etiam qui specie capiuntur, vulsis levatisque et inustas comas acu comentibus et non suo colore nitidis plus esse formae putant, quam possit tribuere incorrupta natura, ut pulchritudo corporis venire videatur ex malis moribus.

13 Neque solum haec ipse debebit docere praeceptor, sed frequenter interrogare, et iudicium discipulorum experiri. Sic audientibus securitas aberit, nec quae docentur, superfluent aures: simulque ad id perducentur, quod ex hoc quaeritur, ut inveniant ipsi et intelligant. Nam quid aliud agimus docendo eos, quam ne semper docendi sint?

14 Hoc diligentiae genus ausim dicere plus collaturum discentibus quam omnes omnium artes, quae iuvant sine dubio multum, sed latiore quadam

modo om. Ulmensis.
est peius T. L. Ulm. Amb. 1. *peius est* Sp.
prava parva T.
11. *pretium precium* T.
ex communi habitu boni Amb. 1. *ex communis habitus bonis* T. L. Sp.
13. *neque sol.* T. Amb. 1. *nec s.* Sp.
quae docentur quae dicentur Sp.
superfluent sic T. L. fort. Amb. 1. Sp. magis tritum esset *praeterfluent*. quod Quint. ipse 11, 2, 1. habet: *frustra docemur, si quidquid audimus praeterfluat.* et quod Gernhard hoc loco ex Gryphiana et Basiliensi recepit. Burmannus volebat *praefluent*, quod idem valet. Sed etiam recepta linguae rationi non repugnat. Similiter dicimus „nicht wird, was man ihm sagt, über das Ohr herunterfliessen."
semper doc. doc. s. Amb. 1.
14. *ausim ausum* T.
artes Verte: Theorien der Beredsamkeit *arces* T. 1 m.
latiore latiorem T. 1 m *latoria* Amb. 1.

comprensione per omnes quidem species rerum cotidie paene nascentium ire qui possunt? Sicut de 15
re militari quamquam sunt tradita quaedam praecepta communia, magis tamen proderit scire, qua ducum quisque ratione, in quali re, tempore, loco, sit sapienter usus aut contra. Nam in omnibus fere minus valent praecepta, quam experimenta. An vero 16
declamabit quidem praeceptor, ut sit exemplo suis auditoribus: non plus contulerint lecti Cicero aut Demosthenes? corrigetur palam, si quid in declamando discipulus erraverit: non potentius erit emendare orationem, quin imo etiam iucundius? Aliena enim vitia quisque reprendi mavult quam sua. Nec 17
deerant plura, quae dicerem; sed neminem haec utilitas fugit: atque utinam tam non pigeat facere istud, quam non displicebit.

Qui primi legendi.

Quod si potuerit optineri, non ita difficilis su- 18
pererit quaestio, qui legendi sint incipientibus? Nam quidam illos minores, quia facilior intellectus videbatur, probaverunt: alii floridius genus, ut ad alenda primarum aetatum ingenia magis adcommodatum. Ego optimos quidem et statim et semper, sed ta- 19
men eorum candidissimum quemque et maxime expositum velim, ut Livium a pueris magis quam Sa-

comprensione compressione Ulm.
15. *in quali re t. l.* Amb. 1. *in quali loco tempore* T. L. Sp. *sit sap.* Amb. 1. *sit sap. sit usus* L. *sit usus sap.* T. Sp.
16. *declamabit declamabat* 1 m T. L. *non plus nec p.* L. *aut Demosthenes* T. L. fort. Amb. 1. *ac Demosthenes* Sp. *corrigetur corrigitur* T. L. Ulm. Amb. 1.
17. *sed neminem nec neminem* T.
18. *facilior intellectus* T. L. Amb. 1. a 1 m. *facilior eorum intell.* Sp. *alii ali* 1 m T. item *idem* numquam *iidem.* *aetatum aetatium* T.
19. *a pueris* intellige: ego velim optimos quidem et statim et

lustium: et hic historiae maior est auctor, ad quem
20 tamen intellegendum iam profectu opus sit. Cicero, ut mihi quidem videtur, et iucundus incipientibus quoque et apertus est satis, nec prodesse tantum, sed etiam amari potest: tum (quemadmodum Livius praecipit) ut quisque erit Ciceroni simillimus.

21 Duo autem genera maxime cavenda pueris puto: unum, ne quis eos antiquitatis nimius admirator in Gracchorum Catonisque et aliorum similium lectione durescere velit; fient enim horridi atque ieiuni: nam neque vim eorum adhuc intellectu consequentur, et elocutione, quae tum sine dubio erat optima, sed nostris temporibus aliena est, contenti, quod est pessimum, similes sibi magnis viris videbuntur.
22 Alterum, quod huic diversum est, ne recentis huius lasciviae flosculis capti voluptate prava deliniantur,

semper a pueris legi, sed tamen eorum candidissimum quemque et maxime expositum, ut Livium magis quam Sallustium. Spald. *a pueris* adverbialiter accipit inprobante etiam Zumpt.

Salustium Sallustium Sp. cf. 2, 13, 14. 3, 8, 9.

et hic sic codd. defendente Gernh. et Zumpt. Spald. desiderabat *etsi* pro *et hic*. Naturam copulae recte explicabis, si interpreteris *et, ut aliud etiam de Salustio addam, hic in historia magis eminet, sed difficilior est.*

20. *est satis satis est* L.

prodesse prodeesse T.

sed etiam om. *etiam* Ulmensis.

Livius Lib. X, 1, 39: „*Fuit igitur brevitas illa tutissima, quae apud Livium in epistola ad filium scripta, legendos Demosthenem atque Ciceronem, tum ita, ut quisque esset Demostheni et Ciceroni simillimus.* Memoratur haec epistola etiam lib. VIII, 2, 18.

ut quisque aut quisquam 2 m T.

simillimus simillimis 1 m T.

21. *ne quis eos eorum* 2 m T. Ulm.

Gracchorum Grachorum T.

Catonis ex cuius orationibus nunc apud Frontonem ab A. Maio editum duo eximia fragmenta leguntur.

quae tum cum T.

sed nost. om. *sed* Amb. 1. a 1 m.

aliena est T. L. Ulm. Amb. 1. om. *est* Sp.

videbuntur videntur Ulm.

22. *huic diversum huic adversum* Ulm.

voluptate prava T. L. Ulm. Amb. 1. *vol. quadam prava* Sp.

deliniantur declinantur T. 1 m. mox *aut praedulce* Amb. 1. a 1 m.

ut praedulce illud genus et puerilibus ingeniis hoc gratius, quo propius est, adament. Firmis autem iu- 23
diciis iamque extra periculum positis suaserim et antiquos legere (ex quibus si adsumatur solida ac virilis ingenii vis deterso rudis saeculi squalore, tum noster hic cultus clarius enitescet) et novos, quibus et ipsis multa virtus adest. Neque enim nos tardi- 24
tatis natura damnavit, sed dicendi mutavimus genus, et ultra nobis, quam oportebat, indulsimus: ita non tam ingenio illi nos superarunt quam proposito. Multa ergo licebit eligere: sed curandum erit, ne iis, quibus permixta sunt, inquinentur. Quosdam 25
vero etiam, quos totos imitari oporteat, et fuisse nuper et nunc esse, quidni libenter non concesserim modo verum etiam contenderim? Sed hi qui sint, 26
non cuiuscumque est pronuntiare. Tutius circa priores vel erratur; ideoque novorum distuli lectionem, ne imitatio iudicium antecederet.

De divisione et parenchiresi.

VI. Fuit etiam in hoc diversum praecipientium propositum, quod eorum quidam materias, quas di-

adament adamant L.

23. *deterso detruso* Ulm. De sensu cf. Ernesti Lex. Tech. s. v. *squalor.*

enitescet enitescit T.

24. *mutavimus mutabimus* T. 1 m.

ita — licebit eligere mediis omissis Ulm.

25. *non conc. m. n. m. c.* Amb. 1.

26. *sed hi* T. L. *sed ii* Sp.

cuiuscumque T. L. Amb. 1. prob. Zumpt. *cuiusque* Sp.

priores vel erratur sic 1 m T. L. Sp. *priores imitatio est vel erratur* 2 m T. Ulm.

ideoque novorum T. *ideoque hanc novorum* Sp. *novorum hanc* Ulmensis.

antecederet antecedere L.

CAP. VI.

1. *praecipientium propositum praecip.* L.

scipulis ad dicendum dabant, non contenti divisione dirigere latius dicendo prosequebantur, nec solum 2 probationibus inplebant sed etiam affectibus. Alii, cum primas modo lineas duxissent, post declamationes, quid omisisset quisque, tractabant; quosdam vero locos non minore cura, quam cum ad dicendum ipsi surgerent, excolebant. Utile utrumque: et ideo neutrum ab altero separo: sed si facere tantum alterum necesse sit, plus proderit, demonstrasse rectam protinus viam quam revocare ab errore iam 3 lapsos. Primum, quia emendationem auribus modo accipiunt, divisionem vero ad cogitationem etiam et stilum perferunt: deinde, quod libentius praecipientem audiunt quam reprehendentem. Si qui vero paulo sunt vivaciores, in his praesertim moribus, etiam irascuntur admonitioni et taciti repugnant. Neque ideo tamen minus vitia aperte coarguenda 4 sunt. Habenda enim ratio ceterorum, qui recta esse, quae praeceptor non emendaverit, credent. Utraque autem ratio miscenda est, et ita tractanda, ut 5 ipsae res postulabunt. Namque incipientibus danda erit velut praeformata materia secundum cuiusque vires. At cum satis composuisse sese ad exemplum videbuntur, brevia quaedam demonstranda vestigia: quae persecuti iam suis viribus sine adminiculo pro- 6 gredi possint. Nonnumquam credi sibi ipsos opor-

dicendum discendum Ulm.
divisione dirigere i. e. *disponere.*
2. *et ideo* delevit *et* Sp. in praef. p. LXXXII.
iam om. Ulm.
3. *vivaciores niviatiores* 1 m. *vivatiores* 2 m T.
in his p. moribus huic aetati nostrae, huic seculo propriis.
admonitioni admoniti Ulm. quae non contemnenda est lectio.
neque ideo T. L. Amb. 1. *nec ideo* Sp. *nec tamen ideo* Ulm.
4. *ceterorum et ceterorum* Ulm.
ipsae res ipse rex T. 1 m.
5. *composuisse sese* Amb. 1. c. *se* T. Sp.
brevia praevia Amb. 1. a 2 m.
6. *sibi ipsos ipsi ipsos* T.

tebit, ne mala consuetudine semper alienum laborem sequendi nihil per se conari et quaerere sciant. Quodsi satis prudenter dicenda viderint, iam prope consummata fuerit praecipientis opera: at si quid erraverint adhuc, erunt ad ducem reducendi. Cui rei 7 simile quiddam facientes aves cernimus, quae teneris infirmisque fetibus cibos ore suo collatos partiuntur: at cum visi sunt adulti, paulum egredi nidis et circumvolare sedem illam praecedentes ipsae docent: tum expertas vires libero coelo suaeque ipsorum fiduciae permittunt.

De ediscendo.

VII. Illud ex consuetudine mutandum prorsus existimo in his, de quibus nunc disserimus, aetatibus, ne omnia, quae scripserint, ediscant, et certa, ut moris est, die dicant: quod quidem maxime patres exigunt, atque ita demum studere liberos suos, si quam frequentissime declamaverint, credunt, cum profectus praecipue diligentia constet. Nam ut scri- 2

sciant resciant Amb. 1.
satis prudenter satis d. viderunt L.
viderint viderunt L.
at si quid Amb. 1. om. *at* T. L. Sp.

7. *teneris ceteris* T. 1 m.
partiuntur patiuntur Ulm.
expertas expertos coni. Spald.

ipsorum fiduciae Verte: die erprobte Kraft derselben überlassen sie dann dem freien Himmel und ihrer eigenen Zuversicht.

CAP. VII.

1. *mutandum imitandum* L.
in his in is T.
ne omnia nec o. T.
die dies L.
credunt credant L.

diligentia constet Verte: da doch vielmehr der Fortschritt durch die Auswahl vorzüglicher Stücke als durch die Menge solcher, welche man auswendig lernt, befördert wird. magis proficiunt pueri, si optimos locos ediscent quam si indiscretam multitudinem.

bere pueros plurimumque esse in hoc opere plane velim: sic ediscere electos ex orationibus vel historiis aliove quo genere dignorum ea cura voluminum
3 locos multo magis suadeam. Nam et exercebitur acrius memoria aliena complectendo quam sua: et qui erunt in difficiliore huius laboris genere versati, sine molestia, quae ipsi composuerint, iam familiari animo suo affigent: et adsuescent optimis semperque habebunt intra se, quod imitentur: et iam non sentientes formam illam, quam mente penitus accepe-
4 rint, expriment. Abundabunt autem copia verborum optimorum et compositione ac figuris iam non quaesitis, sed sponte et ex reposito velut thesauro se offerentibus. Accedit his et iucunda in sermone bene a quoque dictorum relatio, et in causis utilis. Nam et plus auctoritatis afferunt ea, quae non praesentis gratia litis sunt comparata, et laudem saepe maio-
5 rem, quam si nostra sint, conciliant. Aliquando tamen permittendum, quae ipsi scripserint, dicere, ut

2. *esse in hoc in hoc esse* L.

ediscere electos Iulius Victor p. 111. *Exercenda est memoria ediscendis ad verbum quam plurimis et tuis scriptis et alienis: licet Quintiliano vehementer displiceat exercitationis causa sua scripta ediscere, qui scribere quidem plurimum praecipit, ediscere autem electos ex orationibus vel historiis aliove quo genere dignorum locos. Ita enim et confirmabimus memoriam et adsuescemus optimis, semperque habebimus intra nos quod imitemur, et non sentientes formam orationis illam, quam mente penitus accepimus, exprimemus.*

aliove quo alioque T. L.

3. *composuerint* T. L. fort. Amb. 1. *composuerunt* Sp.

familiari animo T. L. iam familiaris est animus operi, quod ipse composuit, quare libenter in memoria haeret. *familiaria* Obrecht, (quod in Amb. 1. an sit, ignoramus.) prob. Lochmanno. *familiarius* Sp.

et iam etiam T. 1 m. Amb. 1. a 1 m.

4. *et compositione* scil. verborum. Redensarten, Phrasen.

ac figuris et f. Amb. 1.

accedit accedet Amb. 1. a 2 m.

bene a quoque dictorum interpolatus est Turic., qui a 1 m. habet *idonea quoque dictorem*, a 2 m. *idoneaque dictorum*. ac Lassb. et Amb. 1. a 2 m. dant *idonea quoque*. Gernh. edidit: *accedit his et iucunda in sermone idonea bene a quoque dictorum relatio et in causis utilis*. Displicet haec compositio.

laboris sui fructum etiam ex illa, quae maxime petitur, laude plurium capiant. Verum id quoque tum fieri oportebit, cum aliquid commodius elimaverint; ut eo velut praemio studii sui donentur, ac se meruisse, ut dicerent, gaudeant.

An secundum sui quisque ingenii naturam docendus sit.

VIII. Virtus praeceptoris haberi solet, nec immerito, diligenter in iis, quos erudiendos susceperit, notare discrimina ingeniorum, et quo quemque natura maxime ferat, scire. Nam est in hoc incredibilis quaedam varietas, nec pauciores animorum paene quam corporum formae. Quod intellegi etiam ex 2
ipsis oratoribus potest, qui tantum inter se distant genere dicendi, ut nemo sit alteri similis: quamvis plurimi se ad eorum, quos probabant, imitationem composuerint. Utile deinde plerisque visum est ita 3
quemque instituere, ut propria naturae bona doctrina foverent, et in id potissimum ingenia, quo tenderent, adiuvarentur: ut si quis palaestrae peritus, cum in aliquod plenum pueris gymnasium venerit, expertus eorum omni modo corpus animumque discernat, cui quisque certamini praeparandus sit: ita 4
praeceptor eloquentiae cum sagaciter fuerit intuitus, cuius ingenium presso limatoque genere dicendi, cu-

5. *laude plurium* et magistri et condiscipulorum. Sic recepi e T. L. *plurimum* Amb. 1., ut videtur, Sp.
tum fieri fieri tum L.
elimaverint eliminaverint L.

CAP. VIII.

1. *iis* T. Sp. *his* L. Amb. 1.
3. *propria propriae* Amb. 1 a 1 m.
doctrina foverent natura fov. T. *ut p. n. b. doctrinae faverint* Amb. 1.
in aliquod in aliquos L.
praeparandus sit T. L. Amb. 1. *sit praeparandus* Sp.
4. *ita praeceptor* Amb. 1. L. *praeceptorem* T. Sp.

ius acri gravi dulci aspero nitido urbano maxime gaudeat, ita se commodaturum singulis, ut in eo, 5 quo quisque eminet, provehatur: quod adiuta cura natura magis evalescat, et si in diversa ducatur, neque in iis, quibus minus aptus est, satis possit efficere, et ea, in quae natus videtur, deserendo faciat infirmiora.

6 Quod mihi (libera enim, vel contra receptas persuasiones, rationem sequenti sententia est) in parte verum videtur. Nam proprietates ingeniorum dispi- 7 cere prorsus necessarium est. In his quoque certum studiorum facere delectum nemo dissuaserit. Namque erit alius historiae magis idoneus, alius compositus ad carmen, alius utilis studio iuris, ut nonnulli rus fortasse mittendi. Sic discernet haec dicendi magister, quomodo palaestricus ille cursorem faciet aut pugilem aut luctatorem aliudve quid ex iis, quae 8 sunt sacrorum certaminum. Verum ei, qui foro destinabitur, non in unam partem aliquam, sed in omnia, quae sunt eius operis, etiam si qua difficiliora discenti videbuntur, elaborandum est. Nam et omnino supervacua erat doctrina, si natura suffice- 9 ret. An si quis ingenio corruptus ac tumidus, ut plerique sunt, inciderit, in hoc eum ire patiemur? aridum atque ieiunum non alemus et quasi vestiemus? Nam si quaedam detrahere necessarium est,

5. *quod adiuta quod et adiuta* Sp.
et si T. L. *et qui* Sp. et Amb. 1.
neque in iis neque in his T. L. Amb. 1. *nec in iis* Sp.
natus videtur om. *videtur* in cod. Reg. 1. prob. Gernh.

7. *facere delectum agere del.* Voss. 2. ut 10, 3, 5.
ut nonnulli delendum *ut* vel legendum *et*.
dicendi discendi Amb. 1,
ex iis ex his T.
certaminum carminum L.

9. *ut pler. uti p.* Amb. 1. a 2 m.
alemus et alemus certe eum et T. L.

cur non sit adicere concessum? Neque ego contra 10
naturam pugno. Non enim deserendum id bonum,
si quod ingenitum est, existimo, sed augendum ad-
dendumque quod cessat. An vero clarissimus ille 11
praeceptorum Isocrates, quem non magis libri bene
dixisse, quam discipuli bene docuisse testantur, cum
de Ephoro atque Theopompo sic iudicaret, ut *al-*
teri frenis, *alteri calcaribus opus esse* diceret, aut
in illo lentiore tarditatem, aut in illo paene praeci-
piti concitationem adiuvandam docendo existimavit,
quum alterum alterius natura miscendum arbitrare-
tur? Inbecillibus tamen ingeniis sane sic obsequen- 12
dum sit, ut tantum in id, quo vocat natura, ducan-
tur. Ita enim, quod solum possunt, melius efficient.
Si vero liberalior materia contigerit, et in qua me-
rito ad spem oratoris simus adgressi, nulla dicendi
virtus omittenda est. Nam licet sit aliquam in par- 13
tem pronior, ut necesse est, ceteris tamen non re-
pugnabit, atque ea cura paria faciet iis, in quibus
eminebit, sicut ille (ne ab eodem exemplo recedа-
mus) exercendi corpora peritus non, si docendum
pancratiasten susceperit, pugno ferire vel calce tan-

10. *deserendum* recepi ex L. et Amb. 1. a 1 m. prob. Gernhard. *deterrendum* T. *deterendum* Spald. quod alienum est. nam *deterere* significat peius reddere aliquid.
ingenitum ingenium T.
11. *praeceptorum* T. L. Amb. 1. a 2 m. *praeceptor* Sp.
Isocrates socrates T. 2 m.
de Ephoro lib. 10, 1, 74 *Ephorus, ut Isocrati visum, calcaribus eget.* Cicero de Orat. 3, 9.
illo paene illo pane 1 m. *illo plane* 2 m T. *illo poene* Amb. 1.
12. *inbecillibus* T. L. Amb. 1. a 2 m. *imbecillis* Amb. 1. a 1 m. Sp. prob. Zumpt. Sed utraque forma non a Quintiliano solum sed a ceteris harum aetatum scriptoribus dicitur. Plin. Panegyr. c. 79. *quis enim est tam inbecilli ingenio?* Seneca de Ira 3, 28. *Adiice nunc, quod nihil tam inbecille natum est, ut sine clidentis periculo pereat: inbecillos valentissimis alias dolor, alias casus exaequat.* Similiter dixit Quint. 4, 2, 13 *exanime corpus.* 4, 2, 55 *inermes.* 5, 11, 4. ex Ambrosiano recepi *inbecillia.*
oratoris oratori 1 m T.
dicendi discendi T. Amb. 1.
13. *eminebit* T. L. *eminebat* Sp.

tum aut nexus modo atque in iis certos aliquos docebit, sed omnia, quae sunt eius certaminis. Erit qui ex his aliqua non possit? In id maxime, quod
14 poterit, incumbet. Nam sunt haec duo vitanda prorsus: unum, ne temptes quod effici non possit: alterum, ne ab eo, quod quis optime facit, in aliud, cui minus est idoneus, transferas. At si fuerit, qui docebitur, ille, quem adolescentes senem vidimus, Nicostratus, omnibus in eo docendi partibus similiter utetur efficietque illum, qualis hic fuit, luctando pugnandoque (quorum utroque certamine isdem die-
15 bus coronabatur) invictum. Et quanto id magis oratoris futuri magistro providendum erit? Non enim satis est dicere presse tantum aut subtiliter aut aspere: non magis quam phonasco acutis tantum aut mediis aut gravibus sonis aut horum etiam particulis excellere. Nam sicut cithara, ita oratio perfecta non est, nisi ab imo ad summum omnibus intenta nervis consentiat.

De officio discipulorum.

IX. Plura de officiis docentium locutus discipulos id unum interim moneo, ut praeceptores suos

atque in iis T. 1 m. *atqui in iis* 2 m. *atque in his* Sp.
ex his ex iis T.
incumbet componet Amb. 1.
14. *temptes tentes* Sp.
non possit om. *non* T.
adolescentes adulescentes T.
15. *providendum providum* T.
aut subtiliter ac subt. L.
quam phonasco lib. 11, 3, 19 *Sed cura non eadem oratoribus quae phonascis convenit, tamen multa sunt utrisque communia.* ibid. 22 *ut communiter et phonascis et oratoribus necessaria exercitatio, qua omnia convalescunt, ita curae non idem genus est. phonascus graece φωνασκός* Musiker, Sänger.
oratio ratio T.

CAP. IX.

1. *id unum in unum* T.

non minus, quam ipsa studia ament, et parentes esse, non quidem corporum sed mentium credant Multum haec pietas conferet studio; nam ita et li- 2
benter audient et dictis credent et esse similes concupiscent: in ipsos denique coetus scholarum laeti alacresque convenient: emendati non irascentur, laudati gaudebunt, ut sint carissimi, studio merebuntur. Nam ut illorum officium est docere, sic horum prae- 3
bere se dociles: alioquin neutrum sine altero sufficit. Et sicut hominis ortus ex utroque gignentium confertur, et frustra sparseris semina, nisi illa praemollitus foverit sulcus: ita eloquentia coalescere nequit, nisi sociata tradentis accipientisque concordia.

De utilitate et ratione declamandi.

X. In his primis operibus, quae non ipsa parva sunt sed maiorum quasi membra atque partes, bene instituto ac satis exercitato iam fere tempus appetet

2. *conferet* Amb. 1. *confert* T. Sp.
alacresque Amb. 1. *laeti alacres conv.* T. L. *laeti et al. conv.* Sp.
3. *illorum officium i. officio* T 1 m. *in ill. officio* T 2 m. *i. officii* L. Conf. Io. Sarisberiensis Policrat. p. 160: In libro Quintiliani de institutione oratoris septima discentium clavis ponitur, amor docentium, quo praeceptores ut parentes amandi sunt et colendi. Sicut enim illi corporum, ita et isti quidem sunt genitores animorum. Et haec quidem pietas studio plurimum confert. nam et libenter audiunt, quos amant et dictis credunt, et eis esse similes concupiscunt, et pio faciente affectu in ipsos coetus scholarium laeti alacresque conveniunt. Emendati non irascuntur, laudati non erubescunt, ut sint et ipsi charissimi, studio merebuntur. Nam ut doctorum officium est docere, sic auditorum se praebere dociles. Alioquin neutrum sine altero sufficit. Nam sicut hominis ortus ex utroque gignentium est confectus, et frustra sparseris semina, nisi ea praemollitus foverit sulcus, ita eloquentia coalescere nequit nisi sociata tradentis accipientisque concordia.
alioquin — sufficit T. L. fort. Amb. 1. *alioqui — sufficiet* Sp.
semina, nisi seminari si T. 1 m.
foverit sulcus vertit succus T. *verrit sulcus* L. *fudcrit* Amb. 1.

CAP. X.

1. *parva sunt p. sint* L.
ac satis exerc. atque exerc. Amb. 1.

adgrediendi suasorias iudicialesque materias: quarum antequam viam ingredior, pauca mihi de ipsa declamandi ratione dicenda sunt, quae quidem ut ex omnibus novissime inventa ita multo est utilissima. 2 Nam et cuncta illa, de quibus diximus, in se fere continet, et veritati proximam imaginem reddit: ideoque ita est celebrata, ut plerisque videretur ad formandam eloquentiam vel sola sufficere. Neque enim virtus ulla perpetuae duntaxat orationis reperiri potest, quae non sit cum hac dicendi medita- 3 tione communis. Eo quidem res ista culpa docentium recidit, ut inter praecipuas, quae corrumperent eloquentiam, causas licentia atque inscitia declamantium fuerit. Sed eo, quod natura bonum est, bene 4 uti licet. Sint ergo et ipsae materiae, quae fingentur, quam simillimae veritati: et declamatio, in quantum maxime potest, imitetur eas actiones, in quarum 5 exercitationem reperta est. Nam *magos* et *pestilentiam* et *responsa* et *saeviores tragicis novercas*

suasorias suasforias T. 1 m.
ingredior T. L. Amb. 1. Sp. *ingrediar* probavit Gernh.
declam. rat. rat. d. Amb. 1.
2. *reddit reddet* L a 1 m.
perpetuae — orationis Ernesti Lex. Technol. v. *perpetuus.* „*Perpetua oratio rhetoribus latinis dicta est, quaecunque ad veras causas et forenses adhibebatur, opposita declamationibus, altercationibus et disputationibus dialecticis, quoniam in his interrogando, respondendo, refellendo, interpellando filum dicentis saepius interrumpitur, in orationibus autem forensibus unus perpetuo loquitur, et solus argumentum nemine interpellante pertractat.*“ 2, 20, 7 *Duo sunt genera orationis, altera perpetua quae rhetorice dicitur, altera concisa quae dialectice.*
reperiri repperiri T.
dicendi meditatione Graeci dicunt *μελέτην.* Ernesti Lex. Technol. v.
3. *culpa d. recidit culpam docentium recedit* T.
4. *Sint ergo et ipsae materiae* I. Victor p. 119. *Sint praeterea ipsae materiae quae finguntur quam simillimae veritati. Nam et declamatio ea solummodo prodest, quae imitatur eas actiones, in quarum exercitatione reperta est.*
veritati veritatis Amb. 1.
in quantum 3, 8, 58 *in totum.*
5. *et responsa* responsa intelligit deorum vel oracula ut 3, 7, 11. 11, 6.

aliaque magis adhuc fabulosa frustra inter *sponsiones* et *interdicta* quaeremus. Quid ergo? Numquam haec supra fidem et poetica (ut vere dixerim) themata iuvenibus tractare permittamus, ut expatientur et gaudeant materia et quasi in corpus eant? Erit 6
optimum: sed certe sint grandia et tumida, non stulta etiam et acrioribus oculis intuenti ridicula, ut si iam cedendum est, inpleat se declamator aliquando, dum sciat, ut quadrupedes, cum viridi pabulo distentae sunt, sanguinis detractione curantur et sic ad cibos viribus conservandis idoneos redeunt, ita sibi quoque tenuandos adipes, et quicquid humoris corrupti contraxerit, emittendum, si esse sanus ac robustus volet. Alioquin tumor ille inanis 7
primo cuiusque veri operis conatu deprendetur. Totum autem declamandi opus qui diversum omnimodo a forensibus causis existimant, hi profecto ne rationem quidem, qua ista exercitatio inventa sit, pervident. Nam si foro non praeparat, aut sceni- 8
cae ostentationi aut furiosae vociferationi simillimum

tractare permittamus T. L. *pertractare permittemus* Sp. *tractare permittant* Amb. 1. Conf. 1, 1, 25 *permutatione turbent.*
expatientur et spatientur A.
in corpus eant in corpus ire est pinguescere, hoc loco, floridiore uti dicendi genere.
6. *erit opt.* T. L. A. prob. Gernh. Add. *erat opt.* Sp.
ut, *si ut* in codd. omnibus, *ac*, *si* in multis edd. legitur, quod Spaldingio placuit. *ut* i. e. ita ut.
tenuandos adipes Priscian. p. 657 ed. Putsch: *masculina sunt Aruns, Ufens, Cynips, Mavors, manceps, adeps τὸ λίπος, forceps, auceps. quae tamen veteres etiam feminino genere protulerunt. Varro in II rerum rustic. adipes illa pro adeps. Marsus adipis pondo viginti vetustae.* — *tenuandos* dat T. L. *tenuandas* Amb. 1. Sp.
volet nolet T. 1 m.
7. *cuiusque cuiuscumque* T. L.
conatu conatur 1 m T. *conatus* 2 m.
deprendetur deprehentur 1 m *deprimit* 2 m T. Explica *haerebit.*
omnimodo omninodo T. L. *omnino* Sp. Recept. dat. fort. Amb. 1.
hi profecto ne rationem hi profectionem rationem 1 m *profecto omnem rationem* 2 m T. *ii profecto* Sp. *hi* dat etiam L. A.
inventa sit sit inv. L.
8. *scenicae scaenicae* T.

est. Quid enim attinet iudicem praeparare, qui nullus est? narrare, quod omnes sciant falsum? probationes adhibere causae, de qua nemo sit pronuntiaturus? Et haec quidem otiosa tantum; affici vero et ira vel luctu permovere, cuius est ludibrii, nisi quibusdam pugnae simulacris ad verum discrimen
9 aciemque iustam consuescimus? Nihil ergo inter forense genus dicendi atque hoc declamatorium intererit? Si profectus gratia dicimus, nihil. Utinamque adici ad consuetudinem posset, ut nominibus uteremur, et perplexae magis et longioris aliquando actus controversiae fingerentur, et verba in usu cotidiano posita minus timeremus, et iocos inserere moris esset: quae nos, quamlibet per alia in scholis exerci-
10 tati simus, tirones in foro inveniunt. Si vero in ostentationem comparetur declamatio, sane paululum aliquid inclinare ad voluptatem audientium debemus.
11 Nam et in iis actionibus, quae in aliqua sine dubio veritate versantur, sed sunt ad popularem aptatae delectationem, quales legimus panegyricos totumque hoc demonstrativum genus, permittitur adhibere plus

iudicem praeparare in exordio illius declamationis.

9. *ergo inter* om. *inter* T.

declamatorium declamatorio L.

si profectus si utiles esse oratori futuro declamationes volumus, forensibus orationibus similes esse debent.

nominibus veris, non fictis, certis.

quamlibet — simus T. L. fort. Amb. 1. *sumus* Sp. — 1, 8, 14 et 1, 1, 18 *nam certe quamlibet parum sit, quod contulerit aetas prior, maiora tamen aliqua discet puer illo ipso anno, quo minora didicisset.*

inveniunt invenimur Tur. (non *invenimus* ut Zumpt narrat) Lassb. fort. Amb. 1.

10. *paululum paulum* Amb. 1.

inclinare L. T. 2 m. fort. A. prob. Gernh. Add. *inclimare* T. 1 m. *inclamare* Sp.

voluptatem voluntatem T. L.

11. *et in iis* T. om. *in* Sp. *et in his* L. Amb. 1.

delectationem delectionem T.

demonstrativum demonstrantium T.

genus permitt. perm. gen. L.

cultus omnemque artem, quae latere plerumque in iudiciis debet, non confiteri modo, sed ostentare etiam hominibus in hoc advocatis. Quare declama- 12
tio, quoniam est iudiciorum consiliorumque imago, similis esse debet veritati: quoniam autem aliquid in se habet ἐπιδεικτικόν, nonnihil sibi nitoris adsumere. Quod faciunt actores comici, qui neque ita 13
prorsus, ut nos vulgo loquimur, pronuntiant, quod esset sine arte, neque procul tamen a natura recedunt, quo vitio periret imitatio, sed morem communis huius sermonis decore quodam scenico exornant. Sic quoque aliqua nos incommoda ex iis, 14
quas finxerimus, materiis consequentur, in eo praecipue, quod multa in his relinquuntur incerta, quae sumimus ut videntur, *aetates*, *facultates*, *liberos*, *parentes*, *urbium ipsarum vires*, *iura*, *mores*, alia his similia; aliquando etiam argumenta ex ipsis po- 15
sitionum vitiis ducimus. Sed haec suo quaeque loco. Quamvis enim omne propositum operis a nobis destinati eo spectet, ut orator instituatur: tamen, ne quid studiosi requirant, etiam si quid erit, quod ad scholas pertineat proprie, in transitu non omittemus

12. *quoniam* *quomodo* L.
aliquid — *ἐπιδεικτικόν* *aliquid* — *epidicticon* T.

13. *neque ita* T. L. fort. Amb. 1. *nec ita* Sp.
neque proc. T. L. fort. Amb. 1. *nec pr.* Sp.
quodam *quondam* T.

14. *aliqua nos* *nos aliq.* L.
ex iis *ex his* T.
quae *quae* L. T.
relinquuntur *relinquentur* L.
videntur *videtur* Amb. 1.
liberos T. L. *liberi* Sp. Amb. 1. siletur. Obr. dat *liberi*.

15. *aliquando etiam* T. L. Amb. 1. *quin aliqu. etiam* Sp.
ex ipsis positionum vitiis, thema est vitiosum, cum fabulosum est. sic quoque argumenta fabulosa sunt vitiosa.
haec suo *suo haec* L. *s. quoque* Amb. 1. a 1 m.

An artis necessaria cognitio.

XI. Iam hinc ergo nobis inchoanda est ea pars artis, ex qua capere initium solent, qui priora omiserunt: quamquam video quosdam in ipso statim limine obstaturos mihi, qui nihil egere eiusmodi praeceptis eloquentiam putent, sed natura sua et vulgari modo et scholarum exercitatione contenti rideant etiam diligentiam nostram exemplo magni quoque nominis professorum, quorum aliquis, ut opinor, interrogatus, quid esset σχῆμα et νόημα, nescire se quidem, sed si ad rem pertineret, esse in sua de-
2 clamatione respondit. Alius percontanti *Theodoreus an Apollodoreus esset? Ego*, inquit, *parmularius sum.* Nec sane potuit urbanius ex confessione inscitiae suae elabi. Porro hi, quia et beneficio ingenii praestantes sunt habiti et multa etiam memoria digna exclamaverunt, plurimos habent similes
3 neglegentiae suae, paucissimos naturae. Igitur impetu dicere se et viribus uti gloriantur: neque enim opus esse probatione aut dispositione in rebus fictis,

CAP. XI.

1. *hinc hic* T. L.
obstaturos conf. Ruddimann. p. 211. Institutt. L. L.
nihil egere nihillegere T.
eiusmodi T. *huiusmodi* Sp.
scholarum scholari L.

σχῆμα haec est figura orationis, eine oratorische Wendung des Ausdrucks, eine Redefigur. νόημα dictum appellant Latini, ein Bonmot. *schema et noema* T. *schema et enigma* A.
sed si om. *sed* T.

2. *ego parmularius* i. e. nescio quidem, quomodo verbis utar rhetorum, at bene scio, quomodo armis: non intellego subtilia rerum nomina et artificiosa, rem autem ipsam optime teneo. Ich fechte nicht wie Theodorus oder Apollodorus mit Worten, sondern mit dem Degen.
inscitiae suae elabi insiccie suae elabe 1 m *inscitiae suae elabere* 2 m T. *inscientiae suae elabi* L.
et beneficio ex benef. L.

3. *dispositione dispotione* T. 1 m.
rebus fictis fictis r. L.

sed (cuius rei gratia plenum sit auditorium) sententiis grandibus, quarum optima quaeque a periculo petatur. Quin etiam in cogitando nulla ratione ad- 4
hibita aut tectum intuentes magnum aliquid, quod ultro se offerat, pluribus saepe diebus expectant, aut murmure incerto velut classico instincti concitatissimum corporis motum non enuntiandis sed quaerendis verbis adcommodant. Nonnulli certa sibi 5
initia, priusquam sensum invenerint, destinant, quibus aliquid diserti subiungendum sit: eaque diu secum ipsi clareque meditati desperata connectendi facultate deserunt, et ad alia deinceps atque inde alia non minus communia ac nota devertunt. Qui 6
plurimum videntur habere rationis, non in causas tamen laborem suum, sed in locos intendunt, atque in his non corpori prospiciunt, sed abrupta quaedam, ut forte ad manum venere, iaculantur. Unde 7
fit, ut dissoluta et ex diversis congesta oratio co-

auditorium 5, 12, 20.

a periculo Disputat de hoc loco Ernesti Lex. Technol. s. v. *periculum*. „*Quintilianus*, inquit, *sententias commemorat, quae a periculo petantur, hoc est, in quarum audacia et granditate periculum est et metus, ne ii, qui his utuntur, ausis excidant, et ad frigus vel tumorem delabantur; ut qui per funem ad summa nituntur, spectantium excitare clamores solent, cum iam iamque casuri videntur: gewagte, halsbrechende Wendungen, Ausdrücke, Metaphern.*“—

4. *quin etiam in cogitando* i. e. in re invenienda.

tectum intuentes Similia l. 10, 3, 15 *Ut possimus autem scribere etiam plura celerius, non exercitatio modo praestabit, in qua sine dubio multum est, sed etiam ratio, si non resupini spectantesque tectum et cogitationem murmure agitantes expectaverimus, quid obveniat, sed quid res poscat, quid personam deceat, quod sit tempus, qui iudicis animus, intuiti, humano quodam modo ad scribendum accesserimus.*

5. *meditati* T. L. fort. Amb. 1. *modulati* Spald., quod ex solo Gothano receperat Gesnerus.

connectendi coniectendi 1 m *coniectandi* 2 m T.

6. *sed in locos* non in totam rem, sed in locos quosdam sese applicant, ne hos quidem satis exornantes.

in his in iis T.

7. *ut dissoluta ex diss.* L.

haerere non possit, similisque sit commentariis puerorum, in quos ea, quae aliis declamantibus laudata sunt, regerunt. Magnas tamen sententias et res bonas (ita enim gloriari solent) elidunt: nam et barbari et servi: et, si hoc sat est, nulla est ratio dicendi.

Quare ineruditi ingeniosiores vulgo habeantur.

XII. Ne hoc quidem negaverim, sequi plerumque hanc opinionem, ut fortius dicere videantur indocti primum vitio male iudicantium, qui maiorem habere vim credunt ea, quae non habent artem, ut effringere quam aperire, rumpere quam solvere,
2 trahere quam ducere putant robustius. Nam et gladiator, qui armorum inscius in rixam ruit, et luctator, qui totius corporis nisu in id, quod semel invasit, incumbit, fortior ab iis vocatur, cum interim et hic frequenter suis viribus ipse prosternitur, et illum vehementis impetus excipit adversarii mollis articulus.

3 Sed sunt in hac parte, quae inperitos etiam naturaliter fallant; nam et *divisio*, cum plurimum

similisque sit T. L. fort. Amb. 1. *similisque commentariis puerorum sit* Sp.
in quos in quo L.
elidunt imago petita a nubibus fulmina elidentibus, ut explicat Spald., sich entladen.
ratio dicendi docendi L.

CAP. XII.

1. *sequi plerumque* cohaeret haec disputatio arte cum antecedenti. Subiectum enim infinitivi iidem sunt, qui memorantur § 6 cap. praecedentis. Totum hoc caput in codice Ulmensi extat.
2. *in rixam* T. L. Ulm. Amb. 1. *in pugnam* Sp. Illud omnes codd. habent, probante Gesnero et Lochmanno et Spald. et Gernh.
nisu nixu Ulm.
ab iis T. L. *ab his* Sp.
mollis mellis 1 m T.
3. *divisio diviso* 1 m T.

valeat in causis, speciem virium minuit, et rudia politis maiora et sparsa compositis numerosiora creduntur.

Est praeterea quaedam virtutum vitiorumque 4
vicinia, qua *maledicus* pro *libero*, *temerarius* pro *forti*, *effusus* pro *copioso* accipitur. Maledicit autem ineruditus apertius et saepius vel cum periculo suscepti litigatoris, frequenter etiam suo. Adfert et 5
ista res opinionem, quia libentissime homines audiunt ea, quae dicere ipsi noluissent.

Illud quoque alterum, quod est in elocutione ipsa, periculum, minus vitat, conaturque perdite, unde evenit nonnumquam, ut aliquid grande inveniat, qui semper quaerit, quod nimium est: verum et raro evenit, et certa vitia non pensat.

Propter hoc quoque interdum videntur indocti 6
copiam habere maiorem, quod dicunt omnia, doctis est et electio et modus. His accedit, quod a cura docendi, quod intenderint, recedunt. Itaque illud quaestionum et argumentorum apud corrupta iudicia

creduntur credendum T.

4. *est praeterea — vicinia* omitt. *est* et *quaedam* in Ulmensi.— Sunt certa vitia, quae vulgo facile pro virtutibus habentur. haec commutare solet indoctus.

libero liberto T.

temerarius promerarius 1 m T.

vel cum velut T. L. om. *cum* (non servato eo, ut Zumpt refert.)

5. *opinionem* i. e. bonam opinionem.

dicere ipsi ipsi dicere L.

illud q. alterum i. audaces translationes.

verum et verum id et raro provenit Amb. 1.

certa vitia certe avitia 1 m *certe ea vitia* 2 m T. Incerto commodo certa vitia non compensantur.

6. *et electio* om. *et* Ulm.

quod a a omitt. Ulm.

quod intenderint non explicant ordine rem, quam instruunt, quam defendunt. — *intende recedunt* T 1 m. *intendere cedunt* 2 m. *intendunt recedunt* Ulmensis.

illud — frigus illa pars orationis, qua argumenta et quaestiones iuris continentur, ab omni ornatu abhorret. Verte: die trocknen Parthien.

frigus evitant, nihilque aliud, quam quod vel pravis voluptatibus aures adsistentium permulceat, quaerunt.

7 Sententiae quoque ipsae, quas solas petunt, magis eminent, cum omnia circa illas sordida et abiecta sunt, ut lumina non inter *umbras*, quemadmodum Cicero dicit, sed plane in tenebris clariora sunt. Itaque ingeniosi vocentur, ut libet, dum tamen constet, contumeliose sic laudari disertum.

8 Nihilominus confitendum est etiam detrahere doctrinam aliquid ut limam rudibus et cotes hebetibus et vino vetustatem, sed vitia detrahit, atque eo solo minus est, quod litterae perpolierunt, quo melius.

9 Verum hi pronuntiatione quoque famam dicendi fortius quaerunt. Nam et clamant ubique et omnia *levata* (ut ipsi vocant) *manu* emugiunt, multo discursu, anhelitu, iactatione gestus, motu capitis
10 furentes. Iam conlidere manus, terrae pedem incu-

quod vel — permulceat Amb. 1. *qđu pravis — permulceant* T. *quod pravis — permulceant* L. *quo vel p. — permulceant* Sp., sed receptam iam coniectura assecutus erat.

7. *quoque quaeque* 1 m T.

Cicero de Orat. 3, 26 *Sed habeat tamen illa in dicendo admiratio ac summa laus u m b r a m aliquam ac recessum, quo magis id quod erit illuminatum extare atque eminere videatur.*

plane clare L.

ingeniosi cum disertum hominem ingeniosum appellas, non magnam laudem ei tribuis: sunt enim multi ingeniosi, qui numquam diserti erunt. Apte compararunt editores epigr. Martialis l. 7, 8.

Cum sexaginta numeret Cascelius annos,
Ingeniosus homo est: quando disertus erit?

8. *hebetibus debetibus* 1 m T.

vetustatem vetustate T.

9. *ubique et omnia ubique ad omnia — emungunt* T. *ubi ad omnia — emungunt* L. *ubique ad o.* Ulm. Amb. 1. a 2 m. dat *emungunt.*

iactatione gestus T. L. prob. Gernh. Add. i. e. iactante gestu, lasciviente gestu. — *iactatione, gestu* Sp.

furentes frequentes Amb. 1.

10. *iam conlidere nam coll.* Amb. 1. a 1 m.

tere, femur, pectus, frontem caedere, mire ad pullatum circulum facit: cum ille eruditus, ut in oratione multa summittere, variare, disponere, ita etiam in pronuntiando suum cuique eorum, quae dicet, colori accommodare actum sciat, et si quid sit perpetua observatione dignum, modestus et esse et videri malit.

At illi hanc *vim* appellant, quae est potius 11
violentia: cum interim non actores modo aliquos invenias, sed (quod est turpius) praeceptores etiam, qui brevem dicendi exercitationem consecuti omissa ratione, ut tulit impetus, passim tumultuentur, eosque, qui plus honoris litteris tribuerunt, ineptos et ieiunos et trepidos et infirmos, ut quodque verbum contumeliosissimum occurrit, appellent. Verum illis 12
quidem gratulemur sine labore, sine ratione, sine disciplina disertis: nos, quando et praecipiendi munus iam pridem deprecati sumus et in foro quoque dicendi, quia honestissimum finem putabamus, desinere, dum desideraremur; inquirendo scribendoque talia consolemur otium nostrum, quae futura usui bonae mentis iuvenibus arbitramur, nobis certe sunt voluptati.

Quis modus in arte.

XIII. Nemo autem a me exigat id praeceptorum genus, quod est a plerisque scriptoribus artium traditum, ut quasi quasdam leges inmutabili

ad pullatum appellatum T. Ulm. Vid. Lipsii Opera T. 1. p. 685. *colori accommodare colorem acc.* T. L. *colorem acc. aptum* Ulm. *si quid sit* om. *sit* T. L. Ulmensis.

11. *ineptos* T. L. *et ineptos* Sp.

12. *iam etiam* T. L. Ulm. — Cum Ulmensis codex cum Campana editione ubique consentiat, fortasse verisimile est, hos locos non ex alio codice sed ex illa editione fluxisse et transcriptos esse.
putabamus putamus 1 m T.
inquirendo in quaerendo Amb. 1.

necessitate constrictas studiosis dicendi feram: utique *prooemium* et id quale; proxima huic *narratio;* quae lex deinde narrandi; *propositio* post hanc vel, ut quibusdam placuit, *excursio:* tum *certus ordo quaestionum* ceteraque, quae, velut si aliter facere 2 fas non sit, quidam tamquam iussi sequuntur. Erat enim rhetorice res prorsus facilis ac parva, si uno et brevi praescripto contineretur: sed mutantur pleraque causis, temporibus, occasione, necessitate. Atque ideo res in oratore praecipua consilium est, 3 quia varie et ad rerum momenta convertitur. Quod si enim praecipias imperatori, quotiens aciem instruat, dirigat frontem, cornua utrimque promoveat, equites pro cornibus locet, erit haec quidem rectissima fortasse ratio, quotiens licebit: sed mutabitur natura loci, si mons occurret, si flumen obstabit, 4 collibus, silvis, asperitate alia prohibebitur; mutabit hostium genus, mutabit praesentis condicio discrimis; nunc acie directa, nunc cuneis, nunc auxiliis,

CAP. XIII.

1. *utique prooemium* sc. lege circumscribi solet. nominativus pendet.

narratio ratio T.

tum certus tunc c. Amb. 1.

ceteraque ceteteraque T.

tamquam iussi tantum quantum iussi sic sequuntur T. L. fort. Amb. 1.

2. *atque ideo* om. *idco* T. 5.

3. *quid? si enim* T. L. Amb. 1. *quid enim si* Sp. Conf. 3, 6, 6 *Quid? si enim dicat quis* etc. Legendum utroque loco *Quod si enim.* — *quod si* eodem modo occurrit 1, 1, 22.

praecipias praecipuas T.

instruat A. *instruet* T. Sp.

dirigat frontem 5, 13, 11 *tum enim toto corpore obnitendum, et ut sic dixerim directa fronte pugnandum est.*

utrimque utrumque T.

fortasse forte Amb. 1.

sed mutabitur i. e. rectissima ratio. — *mutabit* correxit Francius probante Spald.

obstabit, collibus T. L. *obstabit, si collibus* Sp. — Gernhard Add. ter expulit *si.*

alia aliqua coni. Spald.

nunc legione pugnabitur; nonnumquam terga etiam dedisse simulata fuga proderit. Ita prooemium ne- 5
cessarium an supervacuum; breve an longius; ad iudicem omni sermone directo an aliquando averso per aliquam figuram dicendum sit: constricta an latius fusa narratio; continua an divisa; recta an ordine permutato, causae docebunt. Itemque de quae- 6
stionum ordine, cum in eadem controversia aliud alii parti prius quaeri frequenter expediat. Neque enim rogationibus plebisve scitis sancta sunt ista praecepta, sed hoc, quidquid est, utilitas excogitavit. Non negabo autem sic utile esse plerumque, 7
alioquin nec scriberem, verum si eadem illa nobis aliud suadebit utilitas, hanc relictis magistrorum auctoritatibus sequemur.

Equidem id maxime *praecipiam ac repetens* 8
iterumque iterumque monebo: res duas in omni actu spectet orator, *quid deceat, et quid expediat.* Expedit autem saepe, mutare ex illo constituto traditoque ordine aliqua, et interim decet, ut in statuis atque picturis videmus variari habitus, vultus, status. Nam recti quidem corporis vel minima gratia est: nempe enim adversa fit facies, et demissa brachia, 9
et iuncti pedes, et a summis ad ima rigens opus.

6. *rogationibus* qualis Manilia fuit vel Gracchorum.
quidquid est om. *est* T.
7. *utile utilem* L. T.
alioquin nec scriberem si nihil omnino certi de ordine orationis statui posset, equidem non de hac re aliquid praecciperem.
8. *iterumque it.* om. prius *iterumque* T 1 m. *iterum iterumque* 2 m L. — Virg. Aen. 3, 436.
monebo manebo T.
et quid T. L. omitt. *et* Sp.
videmus videamus Amb. 1.
9. *nempe enim* Alterum exemplum harum particularum iunctarum, quod Spald. in Praefat. p. 83. attulit, habes apud auctorem Dialogi de Claris Oratoribus c. 35 *In condiscipulis nihil profectus cum pueri inter pueros et adolescentuli inter adolescentulos pari securitate dicant et audiantur. Ipsae vero exercitationes magna ex parte contrariae. Nempe enim duo genera materiarum apud rhetores tractantur, suasoriae et controversiae.* — Coniunctivum *sit*

Flexus ille et, ut sic dixerim, motus dat actum quendam et affectum. Ideo nec ad unum modum
10 formatae manus, et in vultu mille species. Cursum habent quaedam et impetum, sedent alia vel incumbunt; nuda haec, illa velata sunt, quaedam mixta ex utroque. Quid tam distortum et elaboratum, quam est ille Discobolus Myronis? Si quis tamen ut parum rectum inprobet opus, nonne ab intellectu artis afuerit, in qua vel praecipue laudabilis est ipsa
11 illa novitas ac difficultas? Quam quidem gratiam et delectationem adferunt figurae, quaeque in sensibus, quaeque in verbis sunt. Mutant enim aliquid a recto, atque hanc prae se virtutem ferunt, quod a consuetu-

sic explico: Rectum si corpus fingitur ab artifice, adversa erit meo iudicio (si sensu meo non fallar) facies, iuncti pedes etc. sic autem minima in figura erit gratia. Lochmannus autem *nempe si adversa sit facies*, quod in Coloniensi 1527 legitur, probabat, ita ut haec enuntiatio contineret praecedentis conditionem sensus. Conf. I. 8. Prooem. 6 *nempe enim*. Nunc Hermanni consilium secutus Obrechti lectionem recipio: nempe enim adversa *fit* facies.

ut sic ut ita L.

et affectum in hoc loco multum perdidi laboris. nunc acquiesco in lectione Amb. 1., quam recepi, quamquam non omni numero est elegans. Ceteri codd. dant *et factum*, quod unus Spald. interpretari conabatur. dicebat enim, *factus, us* significare summam in perfecto opere elegantiam: quae explicatio, quamlibet sit docta, a meo sensu abhorret. Ceteri editores et ipse Spald. veterem coniecturam *effictis* propagarunt. Gernh. coniecit *actum quendam affectum* i. e. elaboratum vel perfectum. Simili sensu *actus* occurrit 9, 2, 4 *Motus est in his luminibus orationis atque actus;* quibus detractis iacet et velut agitante corpus spiritu caret. simillimum vero est lib. 8, 6, 11 Ex his oritur sublimitas, quae audaci et proxime periculum translatione tolluntur, *cum rebus sensu carentibus actum quendam et animos damus.*

vultu vultus T.

10. *Discobolus* T. L. *Discobolos* Sp. Quamquam 3, 8, 16 *Isthmos.* 3, 6, 77 *syllogismos.* 3, 6, 88 *syllogismos. Doryphoron* 5, 12, 21. *epicoenon* 1, 6, 12. V. Winkelmanni Opera a Meyer et Schulze edita T. VI. P. 1. p. 64. P. 2. p. 111 et seqq. Effigiem habes in tabula 8. — Hand ad Statium p. 411.

rectum inprobet opus rectum L.

afuerit abfuerit 2 m T. Sp. cf. Cicer. Orat. § 37 et 39.

ipsa illa T. L. *illa ipsa* Sp.

11. *delectationem delectionem* T. 1 m.

mutant enim Amb. 1. Aldina. Sp. *m. etiam* T. L.

dine vulgari recesserunt. Habet in pictura speciem tota 12
facies: Apelles tamen imaginem Antigoni latere tantum altero ostendit, ut amissi oculi deformitas lateret. Quid? non in oratione operienda sunt quaedam, sive ostendi non debent, sive exprimi pro dignitate non possunt? ut fecit Timanthes, opinor, Cythnius 13
in ea tabula, qua Coloten Teium vicit. Nam cum in Iphigeniae immolatione pinxisset tristem Calchantem, tristiorem Ulixen, addidisset Menelao, quem summum poterat ars efficere, maerorem: consumptis affectibus non reperiens, quo digne modo patris vultum posset exprimere, velavit eius caput, et suo

12. *Antigoni* omitt. T.
non in om. *in* T.

13. *Timanthes thimanthes* T.

Cythnius Cytnius T. Cythnus insula est maris Aegaei, quae hodie *Thermia* vocatur. vid. Ludov. de Sinner, Vir. doctiss., ad Bondelmontii, Florentini, Librum Insularum Archipelagi Lipsiae et Berolini 1824. p. 84 et 179. Amb. 1. dat *Sythnius*. Zumpt adiicit: „*Eustathio ad Iliad. ω.* 163. *p.* 1343, 60 *ed. Rom. appellatur Sicychius: inde Quintiliani dubitatio.*“ *Κεκάλυπτο δὲ οὕτως ὁ γέρων — μάλιστα δὲ διὰ τὸ πένθος οὕτω διάκειται. ὑπερβολὴν γάρ, φασι, πένθους ἀξίαν οὐχ εὑρίσκων ὁ ποιητὴς τῷ γέροντι περιθεῖναι καλύπτει αὐτόν, καὶ οὐ μόνον σιγῶντα ποιεῖ, ἀλλὰ καὶ μηδὲ βλεπόμενον. ἐντεῦθεν, φασὶν, ὁ Σικυώνιος γραφεὺς Σημάνθης* (sic) *τὴν ἐν Αὐλίδι γράφων σφαγὴν τῆς Ἰφιγενείας ἐκάλυψε τὸν Ἀγαμέμνονα.* Conf. Scholia Veneta ad Iliad. ω, 163. *Ὑπερβολὴν δὲ πένθους ἀξίαν οὐχ εὑρίσκων αὐτῷ περιθεῖναι ἐκάλυψεν αὐτόν, ὑπονοεῖν ἡμῖν καταλιμπάνων, οἷον ἄρα ἦν αὐτῷ τὸ πένθος. ἐντεῦθεν ὁ Σικυώνιος γραφεὺς μαθητευθείς, τῆς ἐν Αὐλίδι Ἰφιγενείας γράφων τὴν σφαγὴν ἐκάλυψε τὸν Ἀγαμέμνονα.*

in ea tabula T. L. *in tabula* Sp.
in Iphigeniae infigeniae T.

pinxisset Iphigenia Timanthis celeberrima fuit pictura. Plinius 35, 10 Nam Timanthi vel plurimum affuit ingenii. Eius enim est Iphigenia, oratorum laudibus celebrata, qua stante ad aras peritura, cum moestos pinxisset omnes, praecipue patruum, cum tristitiae omnem imaginem consumpsisset, patris ipsius vultum velavit, quem digne non poterat ostendere. Conf. Lessingii Laokoon pag. 31 — 38.

Ulixen T. L. Amb. 1. ut modo *Coloten. Ulixem* Sp.
maerorem moererorem Sp.
quo quod T. L.
posset possit L.
caput apud 1 m. *capud* 2 m T.

14 cuique animo dedit aestimandum. Nonne huic simile est illud Salustianum *Nam de Carthagine tacere satius puto quam parum dicere?* Propter quae mihi semper moris fuit, quam minime alligare me ad praecepta, quae *καθολικὰ* vocitant, id est (ut dicamus quomodo possumus) *universalia* vel *perpetualia*. Raro enim reperitur hoc genus, ut non labefactari parte aliqua et subrui possit. Sed de
15 his plenius suo quidque loco tractabimus. Interim nolo se iuvenes satis instructos, si quem ex his, qui breves plerumque circumferuntur, artis libellum edidicerint, et velut decretis technicorum tutos putent. Multo labore, adsiduo studio, varia exercitatione, plurimis experimentis, altissima prudentia, praesen-
16 tissimo consilio constat ars dicendi. Sed adiuvatur his quoque, si tamen rectam viam, non unam orbitam monstrent, a qua declinare qui crediderit nefas, patiatur necesse est illam per funes ingredientium tarditatem. Itaque et stratum militari labore iter saepe deserimus compendio ducti, et si rectum limitem rupti torrentibus pontes inciderint, circumire cogemur, et si ianua tenebitur incendio, per parie-
17 tem exibimus. Late fusum opus est et multiplex, et prope cotidie novum, et de quo numquam dicta erunt omnia. Quae sint tamen tradita, quid ex his

14. *Salustianum Sallust.* Sp. In Iugurtha c. 19 nunc legitur: *nam de Carthagine silere melius puto quam parum dicere.* Est igitur hoc memorabile exemplum, *tacere* et *silere* commutari posse. Sed nescio, annon huic Salustii loco et *tacere* et *satius* aliquanto melius conveniat. nam *tacere* magis significanter dicitur et *satius* in his formulis paene solemne est.
Carthagine charthagine T.
fuit fuerit T. L.
vocitant Amb. 1. *vocant* T. L. Sp.
et subrui T. L. Amb. 1. *aut subrui* Sp.
15. *edidicerint ediderint* L.
16. *monstrent, a qua monstret quae* T. *monstret qua* L. Amb. 1. dat *monstrent qua.*
stratum si rarum Amb. 1. a 2 m.
17. *quae sint* T. L. Ulmensis fort. Amb. 1. *quae sunt* Sp.
ex his ex iis Ulmensis.

optimum, et, si qua mutari adici detrahi melius videbitur, dicere experiar.

Divisio totius operis.

XIV. *Rhetoricen* in Latinum transferentes, tum *oratoriam*, tum *oratricem* nominaverunt. Quos equidem non fraudaverim debita laude, quod copiam Romani sermonis augere temptarint. Sed non omnia nos ducentes ex Graeco sequuntur, sicut ne illos quidem, quotiens suis utique verbis signare nostra voluerunt. Et haec interpretatio non minus dura 2 est quam illa Plauti *essentia* atque *entia:* sed ne propria quidem; nam *oratoria* sic effertur ut *elocu-*

si qua T. L. Ulmensis fort. Amb. 1. *si quid* Sp. Illud probavit etiam Gernh.

CAP. XIV.

1. *oratricem oratoricem* 1 m T.

temptarint Amb. 1. *temptarent* T. L. *tentaverint* Sp. qui tamen indicativum *tentaverunt* desiderabat. Gernh. allato simili loco 1, 6, 36 — 38 coniunctivum defendit.

ducentes ex dicentes est 1 m *ducentes e* 2 m T.

ne — quidem nec — q. Lassb.

suis utique ut. suis Amb. 1.

2. *Plauti* Tur. Lassb. fort. Amb. 1. ceteri codices, itemque 3, 6, 23 *οὐσίαν quam Plautus essentiam vocat* in omnibus codicibus legitur. — Viri docti emendandum esse putarunt *Flavii.* In re tam incerta codicum equidem lectionem mutare nolui, Spaldingio quidem verisimile est, *Flavium* pariter ac *Plautum* errore librariorum natum esse ex *Fabiano*, quem Seneca in epist. 58. ad Lucilium auctorem *essentiae* nominet. At mutavit deinde sententiam, proposuitque *Verginium* vel *Virginium Flavum* rhetorem illustrem esse restituendum et hoc loco et III, 1, 21. III, 6, 23 et 45. IV, 1, 23. VII, 4, 24. 40. VIII, 3, 33. XI, 3, 126. Haec disputatio Spaldingii de auctore nominis *essentiae* germanice scripta inserta est Actis Academiae Berolinensis 1804 — 1811. p. 1 — 8. Assentitur autem mecum Sarpius, codicum scripturam non esse corrigendam, cum *Fabianus* ille, quem Seneca primum esse interpretatum *οὐσίαν* dicat, tria nomina habuisse videatur *Papirius Fabianus Plautus.* (Vid. Jenaische Litt. Z. EgBl. 1821. p. 243.) Gernh. quoque *Plauti* recepit.

atque entia et queentia Amb. 1.

sed ne propria quidem non congruit haec interpretatio, quia substantivum (*ὀητοριχή*) adiectivo (oratoria vel oratrix) verteretur. substantivum autem alio substantivo reddendum est.

effertur Amb. 1. *efferetur* T. Sp.

toria, *oratrix* ut *elocutrix*: illa autem, de qua loquimur, *rhetorice* talis est qualis *eloquentia*: nec dubie apud Graecos quoque duplicem intellectum
3 habet. Namque uno modo fit adpositum *ars rhetorica* ut *navis piratica*; altero nomen rei, qualis est *philosophia amicitia*. Nos ipsam nunc volumus significare substantiam, ut grammatice *litteratura* est, non *litteratrix*, quemadmodum *oratrix*: nec *litteratoria*, quemadmodum *oratoria*. Verum in rhetorice non fit.

4 Ne pugnemus igitur, cum praesertim plurimis alioquin Graecis sit utendum. Nam certe et *philosophos* et *musicos* et *geometras* dicam nec vim afferam nominibus his indecora in Latinum sermonem mutatione. Denique cum M. Tullius etiam ipsis librorum quos hac de re primum scripserat titulis Graeco nomine utatur, profecto non est verendum, ne temere videamur oratori maximo de nomine artis suae credidisse.

5 Igitur *rhetorice* (iam enim sine metu cavillationis utemur hac appellatione) sic, ut opinor, opti-

oratrix ut oratrix et T. L.

3. *fit sit adpositum* T. adpositum est adiectivum nomen. *ut navis* om. *ut* Amb. 1. *qualis quae* T. L.

verum in rhet. verum id in rhet. Amb. 1. a 2 m., sed d est a 1 m. profectum, et *i* in loco litterae abrasae positum. *non fit* sic T. L. Amb. 1. non ut Spald. monet e Turic. *non sit. in rhetorice non fit* i. e. non idem accidit. ipsam enim substantiam non significamus *rhetoricen* in *oratoriam* vel *oratricem* transferentes. *non sic* Spald.

4. *ne pugnemus non pugnemus* Tur. quod fortasse ex *ne repugnemus* corruptum est. *ne repugnemus* intell. quominus Graeco utamur vocabulo. *certe et philosophos* Amb. 1. prob. Zumpt. *certe si philosophos* T. L. *certe si physicos* Sp. Slothouwer in Act. Soc. Traiect. p. 126. et Gesnerus pro *si* coniecerant *sic*. *nominibus his* T. L. Amb. 1. *his nom.* Sp. *ipsis in ipsis* coni. Capperonn. et Sp. cf. 2, 17, 2 *ipsis librorum titulis*. *ne temere necemere* T.

me dividetur, ut de *arte*, de *artifice*, de *opere* dicamus. *Ars* erit, quae disciplina percipi debet: ea est *bene dicendi scientia*. *Artifex* est, qui percepit hanc artem, id est, orator, cuius est summa *bene dicere*. *Opus*, quod efficitur ab artifice, id est, *bona oratio*. Haec omnia rursus diducuntur in species; sed illa sequentia suo loco: nunc quae de prima parte tractanda sunt, ordiar.

Quid sit rhetorice et quis eius finis.

XV. Ante omnia, quid sit rhetorice: quae finitur quidem varie, sed quaestionem habet duplicem; aut enim de *qualitate ipsius rei*, aut de *comprensione verborum* dissensio est. Prima atque praecipua opinionum circa hoc differentia, quod alii malos quoque viros posse oratores dici putant, alii (quorum nos sententiae accedimus) nomen hoc artemque de qua loquimur bonis demum tribui volunt. Eorum autem, qui dicendi facultatem a maiore ac 2 magis expetenda vitae laude secernunt, quidam rhetoricen *vim* tantum, quidam *scientiam* sed non virtutem, quidam *usum*, quidam *artem* quidem sed a scientia et virtute disiunctam, quidam etiam *pravi-*

5. *dividetur dividitur* Amb. 1.
ea est et ea est Amb. 1.
qui percepit percipit T. L.
illa sequentia de artifice l. 12. c. 1 — 10. de opere l. 12. c. 10 et 11.

CAP. XV.

1. *prima atque* T. L. Amb. 1. *ac* Sp.
differentia defferentia T.
volunt nolunt 1 m T.
2. *quidam rhetoricen vim* Aristoteles δύναμιν appellat.
quidam scientiam sic Peripatetici ut Ariston ἐπιστήμην vocant. § 19.
quidam usum ut Critolaus τριβήν. § 23.
quidam artem ut Theodorus Gadareus τέχνην. § 21.
quidam pravitatem artis ut Athenaeus κακοτεχνίαν, fallendi artem. § 23.
disiunctam L. Amb. 1. plane ut etiam in Tur. 3, 4, 10 *disiungitur* legimus. hoc autem loco *diiunctam* dat cum Spald.

tatem quandam *artis* id est *κακοτεχνίαν* nominave-
3 runt. Hi fere aut in *persuadendo* aut in *dicendo apte ad persuadendum* positum orandi munus sunt arbitrati. Id enim fieri potest ab eo quoque, qui vir bonus non sit. Est igitur frequentissimus finis *rhetoricen esse vim persuadendi.* Quod ego *vim* appello, plerique *potestatem*, nonnulli *facultatem* vocant: quae res ne quid adferat ambiguitatis, vim
4 dico *δύναμιν.* Haec opinio originem ab Isocrate, si tamen revera Ars quae circumfertur eius est, duxit. Qui, cum longe sit a voluntate infamantium oratoris officia, finem artis temere comprendit dicens esse rhetoricen *persuadendi opificem*, id est, *πειθοῦς δημιουργόν;* neque enim mihi permiserim eadem uti declinatione, qua Ennius M. Cethegum

3. *in dicendo apte* fort. Amb. 1. *docendo apte* T. L. *in dicendo apposite* Sp. ex nullo codice ut videtur, sed ex Aldina.

finis i. e. definitio, ut *finire* saepe apud Quint. pro definire. § 9. *idoneus finis.*

adferat ambiguitatis afferat L.

dico δύναμιν L. Amb. 1. *dico dian* Tur. *dico τὴν δύναμιν* Sp.

4. *originem ab Isocrate — duxit.* „*Falsus est Quintilianus: Corax enim atque Tisias, antiquissimi Artium scriptores, hanc habuerunt antea opinionem, ut ex auctore Prolegg. in Hermogenem p.* 8. *constat: Ἀλλ' ἔλθωμεν καὶ εἴπωμεν τί ἐστι ῥητορική. Οἱ περὶ Τισίαν καὶ Κόρακα ὁρίζονται αὐτὴν οὕτως· Ῥητορική ἐστι πειθοῦς δημιουργός. Quam definitionem postea in suum transtulit librum Isocrates.*“ Hoc didici ex libro Spengelii *Συναγωγὴ Τεχνῶν.* p. 34. — *ab ipso Socrate* T. 2 m.

si tamen — eius est huic dubitationi non multum tribuit Spengelius in eod. libro p. 154., cum Aristoteles, Longinus, Dionysius, Hermogenes Artem Isocratis agnoscant, indeque argumenta ducant. Fragmenta huius libri ibidem collegit, et *Spaldingius ad hunc locum quae habeat ad auctoritatem Isocratis rhetorices infirmandam nullius esse pretii et melius omittenda* dicit p. 156.

circumfertur cumfertur T.

longe sit sit longe L.

πειθοῦς δημιουργόν πεθους αημιουργον 1 m. *rhetoricen miergon* 2 m T.

declinatione scil. interpretatione 2 m T.

Ennius Cicero Brut. 15.

Suadae medullam vocat. Apud Platonem quoque 5
Gorgias in libro, qui nomine eius inscriptus est, idem fere dicit: sed hanc Plato illius opinionem vult accipi, non suam. Cicero pluribus locis scripsit, officium oratoris esse *dicere adposite ad persuadendum*. In rhetoricis etiam, quos sine dubio ipse 6
non probat, finem facit *persuadere*. Verum et pecunia persuadet et gratia et auctoritas dicentis et dignitas, postremo adspectus etiam ipse sine voce, quo vel recordatio meritorum cuiusque vel facies aliqua miserabilis vel formae pulchritudo sententiam dictat. Nam et Manium Aquilium defendens Anto- 7
nius, cum scissa veste cicatrices, quas is pro patria pectore adverso suscepisset, ostendit, non orationis habuit fiduciam, sed oculis populi Romani vim adtulit: quem illo ipso adspectu maxime motum in hoc, ut

Suadae. „*Quintiliano minus placet haec vox, tanquam dura declinatione a suadeo formata.*“ Forcellinus s. v. At fortasse in alia est opinione Quintilianus, ita ut dicat, non audere se a *persuadeo* derivare *persuada*, ut Ennius a *suadeo* duxerit *suada*.

5. *apud Platonem* Gorgias p. 16. Bekk. *Νῦν μοι δοκεῖς δηλῶσαι, ὦ Γοργία, ἐγγύτατα τὴν ῥητορικὴν ἥντινα τέχνην ἡγῇ εἶναι, καὶ εἴ τι ἐγὼ συνίημι, λέγεις ὅτι πειθοῦς δημιουργός ἐστιν ἡ ῥητορική.*

Cicero de Orat. 1. 31. Acad. 1. 8. de Invent. 1. 5.

officium oratoris T. L. Amb. 1. *oratoris officium* Sp.

6. *in rhetoricis* 1. 5. *Officium autem eius facultatis videtur esse, dicere adposite ad persuasionem, finis persuadere dictione.*

ipse non probat 3, 5, 15 *quod ipse hos libros inprobat.* 3, 6, 58 et 63.

postremo T. L. Amb. 1. *et postremo* Sp.

adspectus — quo adspectus tribus modis sententiam dictare potest, dum recordamur merita eius quem adspicimus, dum facies miserabilis misericordiam movet, vel dum pulchritudine formae ita allicimur, ut sensu opprimatur iudicium. Sic *quo* quod Spald. in *cum* mutare volebat, recte se habet.

cuiusque cuiuscumque L.

pulchritudo pulcrhitudo T.

7. *Manium Aquilium manum* 1 m *mannium* dedit 2 m T. *M'. Aquilium* Sp. Amb. 1. dat *manium*.

fiduciam sed oculis fiduciam L.

populi Romani occulis r. vim T. 1 m. *o. p. r. vim* 2 m.

illo ille T 1 m.

absolveret reum, creditum est. Servium quidem Galbam miseratione sola, qua non suos modo liberos parvulos in concione produxerat, sed Galli etiam Sulpici filium suis ipse manibus circumtulerat, elapsum esse cum aliorum monumentis tum Catonis oratione testatum. Et Phrynen non Hyperidis actione quamquam admirabili sed conspectu corporis, quod illa speciosissimum alioqui diducta nudaverat tunica, putant periculo liberatam. Quae si omnia persuadent, non est hic, de quo locuti sumus, idoneus finis. Ideoque diligentiores sunt visi sibi, qui, cum de rhetorice idem sentirent, existimaverunt eam *vim*

8. *Servium* sic T. L. Amb. 1.

in concione T. L. *in concionem* Sp. Gernh. haec duo verba suspecta habet, cum verbo *producere* simpliciter alias, non additis verbis *in concionem* usus sit auctor.

produxerat Spald. voluit *produxerit* improb. Gernh.

Sulpici suplici 1 m *suplicii* 2 m T.

circumtulerat Spald. voluit *circumtulerit* improb. Gernh.

monumentis monimentis 2 m T.

testatum T. *testatum est* Sp.

9. *conspectu corporis adspectu pectoris* elegantissima est coniectura Valckenaerii ad Callimach. p. 196. *corpus* et *pectus* a librariis confundi notat etiam Drakenb. ad Silium 16, 479. Burm. ad Quint. Declam. 258. p. 473.

quod illa Spald. desiderabat *quod ille*, cum Athenaeus dicat, oratorem Phrynae sinum nudasse, non ipsam Phrynen id fecisse. Sed alii quoque auctores cum Quintiliano consentiunt, ut Sextus Empiricus et Alciphron: quare lectionem vulgatam iure defendit Fr. Iacobs in Attico Museo T. 3. p. 47. (Beyträge zur Geschichte des weiblichen Geschlechtes.), atque iam diu antea Bergler ad Alciphronem p. 130. optime rem exposuit.

alioqui v. Hand ad Tursell. p. 240.

10. *qui — existimaverunt existimarunt eam vim in dicendo* L. — „*Sed qui illi fuerint, non constat. fortasse ipse Gorgias eiusque discipuli. Auctor Prolegg. in Hermogenem* p. 8. *Ἄλλοι δὲ βουλόμενοι ὑγιᾶ τὸν ὅρον ποιῆσαι προστιθέασιν αὐτῷ τινας λέξεις, ὁριζόμενοι οὕτω· Ῥητορική ἐστι πειθοῦς δημιουργὸς διὰ λόγου ἢ ἐν λόγοις τὸ βάρος (lgd. κῦρος) ἔχουσα πιστευτικοῖς οὐ διδασκαλικοῖς.* Huc pertinet quod nondum editum legitur in codice Monac. *ἐκ τῶν Πλουτάρχου εἰς τὸν Πλάτωνος Γοργίαν· ὅρος ῥητορικῆς κατὰ Γοργίαν· ῥητορική ἐστι τέχνη περὶ λόγων τὸ κῦρος ἔχουσα πειθοῦς δημιουργὸς ἐν πολιτικοῖς λόγοις περὶ παντὸς τοῦ προτεθέντος πιστευτικῆς καὶ οὐ διδασκαλικῆς.*“ Spengel p. 35.

dicendo persuadendi. Quem finem Gorgias in eodem, de quo supra diximus, libro velut coactus a Socrate facit, a quo non dissentit Theodectes; sive ipsius id opus est, quod de rhetorice nomine eius inscribitur, sive, ut creditum est, Aristotelis: in quo est, finem esse rhetorices, *ducere homines dicendo in id, quod actor velit.* Sed ne hoc quidem satis 11
est comprensum: persuadent enim dicendo vel ducunt in id, quod volunt, alii quoque ut meretrices adulatores corruptores. At contra non persuadet semper orator, ut interim non sit proprius hic finis eius, interim sit communis cum iis, qui ab oratore procul absunt. Atqui non multum ab hoc fine 12
abest Apollodorus dicens iudicialis orationis primum et super omnia esse *persuadere iudici, et sententiam eius ducere in id, quod velit.* Nam et ipse oratorem fortunae subicit, ut, si non persuaserit, nomen suum retinere non possit. Quidam recesse- 13
runt ab eventu, sicut Aristoteles dicit: *rhetorice est vis inveniendi omnia in oratione persuasibilia.* Qui finis et illud vitium, de quo supra diximus, habet, et insuper, quod nihil nisi inventionem complectitur, quae sine elocutione non est oratio. Hermagorae, 14

vim dicendo vimm dicendo T.

Gorgias — coactus a Socrate Plato p. 15. *Τὸ πείθειν ἔγωγ' οἰόν τ' εἶναι τοῖς λόγοις καὶ ἐν δικαστηρίῳ δικαστὰς καὶ ἐν βουλευτηρίῳ βουλευτὰς καὶ ἐν ἐκκλησίᾳ ἐκκλησιαστὰς καὶ ἐν ἄλλῳ ξυλλόγῳ παντὶ ὅστις ἂν πολιτικὸς ξύλλογος γίγνηται.*

de rhetorice de rethore T.

Aristotelis Aristoteles L.

actor auctor 1 m T.

12. *Apollodorus appollodurus* T.

et ipse et ipsum T. L. Amb. 1. Illud probavit etiam Lochmannus.

13. *sicut A. dicit* T. *sicut dicit A.* L. *sicut Arist. qui dicit* Sp.

Aristoteles Rhet. 1. 2. *ἔστω δ' ἡ ῥητορικὴ δύναμις περὶ ἕκαστον τοῦ θεωρῆσαι τὸ ἐνδεχόμενον πιθανόν.*

persuasibilia persuadebilia 1 m *persuadibilia* 2 m T.

14. *Hermagorae* altera manus Tur. coniunxit *oratio Hermagorae* et addidit deinde *est.*

qui finem eius esse ait *persuasibiliter dicere*, et aliis, qui eandem sententiam non isdem tamen verbis explicant ac finem esse demonstrant, *dicere, quae oporteat omnia, ad persuadendum*, satis responsum est, cum *persuadere* non tantum oratoris
15 esse convicimus. Addita sunt his alia varie. Quidam enim *circa res omnes*, quidam *circa civiles* modo versari rhetoricen putaverunt: quorum verius utrum sit, in eo loco, qui huius quaestionis proprius
16 est, dicam. Omnia subiecisse oratori videtur Aristoteles, cum dixit, *vim esse videndi, quid in quaque re possit esse persuasibile.* Et Patrocles, qui non quidem adicit *in quaque re*, sed nihil excipiendo idem ostendit. *Vim* enim vocat *inveniendi*, *quod sit in oratione persuasibile:* qui fines et ipsi solam complectuntur inventionem. Quod vitium fugiens Theodorus *vim* putat *inveniendi et eloquendi cum*
17 *ornatu credibilia in omni oratione.* Sed cum eodem modo credibilia, quo persuasibilia, etiam non orator inveniat, adiciendo *in omni oratione* magis

persuasib. — *dicere* — *quae op.* om. mediis T. 1 m. aberravit librarius ab uno *dicere* ad alterum. T. 2 m. dat: *ait dicere persuasibiliter et aliis q. e. s. n. i. t. v. c. ac f. e. dem. dicere quae.*

et aliis v. *Προλεγόμενα τῆς Ῥητορικῆς* ex cod. Monac. edita p. 223. Spengel. *οἱ δὲ Ἑρμαγόρειοι (ὡρίσαντο τὴν ῥητορικὴν) οὕτως. δύναμις περὶ λόγον τέλος ἔχουσα τὸ πείθειν ὅσον ἐφ' ἑαυτῇ.*

tamen tantum L. Amb. 1.

cum — *convicimus* an legendum *quoniam.* L. habet *convincimus.*

15. *dicam* c. 21. huius libri.

16. *vim esse videndi* Amb. 1. ut iam Turnebus et Spald. conlecerant. *vim esse dicendi* T. L. et edd.

quid quicquid 2 m T.

Theodorus Interpretes Theodorum Byzantinum intellexerunt. Alii codices, Goth. Voss. tres. Ioann. Bern. et Vallensis dant *Eudorus.* Utrumque fortasse vitiosum. In Prolegom. enim rhetorices a Spengelio primum editis haec ipsa definitio graece legitur et *Diodoro* tribuitur. *Ἀλλὰ περὶ μὲν τοῦ προκειμένου ὁρισμοῦ ταῦτα· οὐ χεῖρον δὲ καὶ τὸν τῆς ῥητορικῆς αὐτῆς ὁρισμὸν παραθεῖναι· ῥητορικὴ τοίνυν ἐστὶν ὡς Διόδωρός φησι δύναμις εὑρετικὴ καὶ ἑρμηνευτικὴ μετὰ κόσμου τῶν ἐνδεχομένων πιθανῶν ἐν παντὶ λόγῳ.* Diodorus Critolai fuit discipulus.

17. *in omni oratione ratione* Amb. 1. a 1 m. in utroque loco.

quam superiores concedit scelera quoque suadentibus pulcherrimae rei nomen. Gorgias apud Platonem suadendi se artificem in iudiciis et aliis coetibus esse ait; de iustis quoque et iniustis tractare: cui Socrates *persuadendi* non *docendi* concedit facultatem. Qui vero non omnia subiciebant oratori, sollicitius ac verbosius, ut necesse erat, adhibuerunt discrimina, quorum fuit Ariston Critolai Peripatetici discipulus, cuius hic finis est, *scientia videndi et agendi in quaestionibus civilibus per orationem popularis persuasionis.* Hic *scientiam*, quia Peripateticus est, non ut Stoici *virtutis* loco ponit: *popularem* autem comprendendo *persuasionem*, etiam contumeliosus est adversus artem orandi, quam nihil putat doctis persuasuram. Illud de omnibus, qui circa civiles demum quaestiones oratorem iudicant versari, dictum sit, excludi ab his plurima oratoris officia: illam certe *laudativam* totam, quae est rhetorices pars tertia. Cautius Theodorus Gadareus, ut iam ad eos veniamus, qui *artem* quidem esse eam, sed non *virtutem* putaverunt. Ita enim dicit, ut ipsis eorum verbis utar, qui haec ex Graeco transtulerunt, *Ars inventrix et iudicatrix et enuntiatrix decente ornatu secundum mensionem eius,*

18 19 20 21

suadentibus T. L. Amb. 1. *persuadentibus* Sp.

18. *Gorgias apud Platonem* p. 20. *Οὐδ' ἄρα διδασκαλικὸς ὁ ῥήτωρ ἐστὶ δικασηρίων τε καὶ τῶν ἄλλων ὄχλων δικαίων τε πέρι καὶ ἀδίκων, ἀλλὰ πιστικὸς μόνον.*

suadendi T. L. Amb. 1. *persuadendi* Sp.

19. *Critolai Critulai* 1 m T.

20. *his iis* T.

21. *Gadareus gardareus* T.
ad eos adeo L.
enuntiatrix nuntiatrix T. L. Amb. 1.
decente detcente 1 m. *decenti* 2 m T. *decentis ornatus* Amb. 1.
secundum mensionem eius sic T. (qui pro *eius* dat praeterea *oris*) et L. prob. censore Nov. Germ. Biblioth. 1800. Vol. 51. p. 531. et Gernhard. — Spald. praefert Vallae emendationem *secundum inventionem* hoc sensu: *ut ornatus dum demum ratio habeatur, cum inventioni satisfactum est.* Zumptio eadem placet emendatio, hac

quod in quoque potest sumi persuasibile, in mate-
22 *ria civili.* Itemque Cornelius Celsus, qui finem rhetorices ait, *dicere persuasibiliter in dubia civili materia.* Quibus sunt non dissimiles, qui ab aliis traduntur; qualis est et ille, *Vis videndi et eloquendi de rebus civilibus subiectis sibi cum quadam persuasione et quodam corporis habitu et eo-*
23 *rum, quae dicet, pronuntiatione.* Mille alia, sed aut eadem aut ex isdem composita, quibus item, cum de materia rhetorices dicendum erit, respondebimus. Quidam eam neque *vim* neque *scientiam* neque *artem* putaverunt: sed Critolaus *usum dicendi;* nam hoc τριβὴ significat; Athenaeus *fallendi*
24 *artem.* Plerique autem, dum pauca ex Gorgia Platonis a prioribus inperite excerpta legere contenti neque hoc totum neque alia eius volumina evolvunt, in maximum errorem inciderunt creduntque, eum in hac esse opinione, ut *rhetoricen non artem, sed peritiam quandam gratiae ac voluptatis* existimet,

meliore quidem interpretatione usus: *ornatu accommodato ad res inventas*, inprobante tamen Gernh. Add., quia iam praecesserat *inventrix*.

quoque quocunque L.

22. *dubia civili* T. L. *dubia et civili* Sp.

est et ille T. L. *est ille* Sp. *est illa* Amb. 1. a 2 m.

subiectis sibi sibi refertur ad *rhetoricae*, quod in principio sententiae est intelligendum. *rhetorice est vis videndi* etc.

dicet dicit pronuntiationem T. L.

23. *isdem* T. Amb. 1. *eisdem* Sp.

artem putaverunt putaverunt artem T. *artem eam put.* L.

Athenaeus fallendi artem Spald. contra haec verba suspicionem movet, quod Censorem Nov. Bibl. Germ. 1800. Vol. 51. p. 581. usque eo perduxit, ut ex margine vel pravo loco illata existimaret. Sed iam supra haec opinio memorata est §. 2. *quidam rhetoricen vim tantum, quidam scientiam sed non virtutem, quidam usum, quidam artem quidem sed a scientia et virtute disiunctam, quidam etiam pravitatem quandam artis id est κακοτεχνίαν existimaverunt.* —

24. *excerpta excepta* L.

rhetoricen non artem Plat. Gorg. p. 35. Πῶλος. Ἐμπειρία ἄρα σοι δοκεῖ ἡ ῥητορικὴ εἶναι; Σωκρ. Ἔμοιγε, εἰ μή τι σὺ ἄλλο λέγεις. Πωλ. Τίνος ἐμπειρία; Σω. Χάριτός τινος καὶ ἡδονῆς ἀπεργασίας.

peritiam peritam T.

et alio loco *civilitatis particulae simulacrum* et 25
partem quartam adulationis, quod duas partes civilitatis corpori adsignet, *medicinam* et quam interpretantur *exercitatricem*, duas animo *legalem* atque *iustitiam: adulationem* autem *medicinae* vocet *cocorum artificium*, et *exercitatricis mangonum*, qui colorem fuco et verum robur inani sagina mentiantur; *legalis cavillatricem; iustitiae rhetoricen.* Quae omnia sunt quidem scripta in hoc libro dicta- 26
que a Socrate, cuius persona videtur Plato significare quid sentiat: sed alii sunt eius sermones ad coarguendos, qui contra disputant, compositi, quos ἐλεγκτικούς vocant, alii ad praecipiendum, qui δογματικοὶ appellantur. Socrates autem seu Plato 27
eam quidem, quae tum exercebatur, rhetoricen talem putavit; nam et dicit his verbis *τοῦτον τὸν τρόπον, ὃν ὑμεῖς πολιτεύεσθε*, veram autem et honestam intelligit, itaque disputatio illa contra Gorgian

25. *alio loco* ibid. p. 37. *ἔστι γὰρ ἡ ῥητορικὴ κατὰ τὸν ἐμὸν λόγον πολιτικῆς μορίου εἴδωλον.*
partem quartam T. L. *qu. p.* Spald. Conf. Gorg. p. 39—42.
exercitatricem exercitationem L.
cocorum T. L. *coquorum* Sp.
artificium, exercit. Amb. 1. *artificium; et exerc.* T. Sp.
robur robor T. 1 m.

26. *alii — sermones — compositi alia — sermones — composita* 1 m. *alia — sermonis — composita* 2 m T.
qui δογματικοὶ quos ΕΛΕΓΚΤΙΚΟΥΣ (glecties) 2 m.) — *quia ΟΓΜΑΤΙΚΟΥ (lotmatice* 2 m.) T. — latinum *a* et graecum *Δ* saepissime inter se et cum *Λ* in Turic. mutantur.

27. *putavit putant* T. L. A.
τοῦτον τουτον τροπον ον υμεις ποαελτευεσθε T. Cf. Plat. Gorg. p. 117. Bekk.

veram autem et h. Verum etiam honestam rhetoricen tenet Plato. Distinxit autem accuratissime hanc rhetoricen, quomodo debebat esse, ab illa quae vulgo exercebatur. illam divinam esse scientiam dicit, hanc autem vile et abiectum opus. Auctor fuit Plato verae et honestae rhetoricae. — *et veram a.* Sp. om. *et* T. L. fort. Amb. 1. prob. Gernh. Spald. volebat *et veram autem atque hon.*

Gorgian ita L. *garnita cluditur* T 1 m. *garnitam ita clud.* T 2 m. *Gorgiam ita clauditur* Sp. Amb. 1. *clauditur.* cf. 2, 16, 3 *Tisian et Gorgian.*

ita cluditur, *οὐκοῦν ἀνάγκη τὸν ῥητορικὸν δίκαιον εἶναι, τὸν δὲ δίκαιον βούλεσθαι δίκαια πράσσειν.* 28 Ad quod ille quidem conticescit, sed sermonem suscipit Polus iuvenili calore inconsideratior, contra quem illa de simulacro et adulatione dicuntur. Tum Callicles adhuc concitatior, qui tamen ad hanc perducitur clausulam, *τὸν μέλλοντα ὀρθῶς ῥητορικὸν ἔσεσθαι, δίκαιον ἄρα δεῖ εἶναι καὶ ἐπιστήμονα τῶν δικαίων*, ut appareat Platoni non rhetoricen videri malum, sed eam veram nisi iusto ac bono non con- 29 tingere. Adhuc autem in Phaedro manifestius facit, hanc artem consummari citra iustitiae quoque scientiam non posse, cui opinioni nos quoque accedimus. An aliter defensionem Socratis et eorum, qui pro patria ceciderant, laudem scripsisset? quae certe 30 sunt oratoris opera. Sed in illud hominum genus, quod facilitate dicendi male utebatur, invectus est. Nam et Socrates inhonestam sibi credidit orationem, quam ei Lysias reo composuerat, et tum maxime scribere litigatoribus, quae illi pro se ipsi dicerent, erat moris, atque ita iuri, quo non licebat pro al- 31 tero agere, fraus adhibebatur. Doctores quoque eius artis parum idonei Platoni videbantur, qui rhetoricen a *iustitia* separarent, et veris credibilia prae-

ἀνάγκη αναγκη T.
τὸν δὲ δίκαιον τον δε δικεον T. ib. p. 31.
πράσσειν πράττειν Amb. 1.
28. *Polus populus* T. Amb. 1.
de simulacro disimulacro T.
τὸν μέλλοντα ibid. p. 134.
δίκαιον ἄρα καὶ δίκαιον ἄνδρα Amb. 1.
29. *Phaedro fodro* T.
manifestius manifestus 1 m T.
scripsisset scripsissent T. L.
30. *facilitate* T. L. (Amb. 1. siletur) *facultate* Sp.
litigatoribus ligatoribus L.
ipsi ipse 1 m T.
pro altero agere Conf. Wachsmuthii, praeceptoris desideratissimi, Hellen. Alterthumskunde II. 1. p. 302.
adhibebatur adhibeatur L.

ferrent: nam id quoque dicit in Phaedro. Consen- 32
sisse autem illis superioribus videri potest etiam Cornelius Celsus, cuius haec verba sunt: *Orator simile tantum veri petit.* Deinde paulo post: *Non enim bona conscientia, sed victoria litigantis est praemium.* Quae si vera essent, pessimorum hominum foret, haec tam perniciosa nocentissimis moribus dare instrumenta et nequitiam praeceptis adiuvare. Sed illi rationem opinionis suae viderint.

Nos autem ingressi formare *perfectum orato-* 33
rem, quem in primis esse *virum bonum* volumus, ad eos, qui de hoc opere melius sentiunt, revertamur. *Rhetoricen* autem quidam eandem *civilitatem* esse iudicaverunt: (Cicero *scientiae civilis partem* vocat; *civilis* autem *scientia* idem quod sapientia est) quidam eandem *philosophiam*, quorum est Isocrates. Huic eius substantiae maxime conveniet fini- 34

31. *dicit in Phaedro* p. 81. Bekk. *Τιολαν δὲ Γοργίαν τε ἐάσομεν εὖδειν, οἳ πρὸ τῶν ἀληθῶν τὰ εἰκότα εἶδον ὡς τιμητέα μᾶλλον.*

32. *litigantis letigantis* 1 m T.

33. *eandem civilitatem* Conf. Pollux Onomast. IV. 16 *ῥητορικὴ ἡ αὐτὴ καὶ πολιτική. ῥητορεύειν πολιτικὸν εἶναι. ῥήτωρ, ῥητορικὸς ὁ αὐτὸς καὶ πολιτικός.*

Cicero de Invent. 1, 5.

idem quod idem est quod sapientia L.

quidam eandem philosophiam Amb. 1. *quidam etiam philosophia* T. L. *quidam etiam philosophiae* Sp.

quorum est Isocrates non mutavi lectionem Spald.: nam veram esse hanc Quintiliani observationem, ex multis Isocratis locis probatur, qui fere ubique rhetoricen appellat philosophiam, neque ullum aliud genus philosophiae sub hoc nomine intelligere videtur. Vide Panegyr. §. 10. Phil. 84. Evag. 8. Panath. 9. Sophist 11. Antid. 30. 41. 162. 170. 181. 183. 195. 270 sqq. 279. 304. Epist. VI, 8. ad Nicocl. 51. ed. Bekkeri et cetera. — Etiam Lassb. receptam dat. — Tur. autem *philosophia sed isocratis huic eius substantiae maximae conveniet f.* ac fortasse etiam Amb. 1. dat *sed isocratis.* Gernh. recepit *quorum est Socrates:* sed suspicatur, vel haec vel alteram lectionem *sed Isocratis* non esse a Quintiliano.

34. *Huic eius substantiae* nihil muto. Sensus est: Si rhetorice non in alium nisi bonum virum cadit, tum maxime ei conveniet haec finitio. Huic rhetoricae substantiae, quam nos intelligimus, haec definitio maxime est congrua. Sarpe in Quaestionibus philoll. p. 52. totum locum sic constituit: *Rhetoricen autem quidam eandem civilitati esse iudicaverunt; (Cicero scientiae civilis partem vo-*

tio, *Rhetoricen esse bene dicendi scientiam.* Nam et orationis omnes virtutes semel complectitur et protinus etiam mores oratoris, cum bene dicere non
35 possit nisi bonus vir. Idem valet Chrysippi finis ille ductus a Cleanthe *scientia recte dicendi.* Sunt plures eiusdem, sed ad alias quaestiones magis pertinent. Idem sentiet finis hoc modo comprensus, *persuadere, quod oporteat*, nisi quod artem ad
36 exitum adligat. At bene Areus *dicere secundum virtutem orationis.* Excludunt a rhetorice malos et illi, qui scientiam civilium officiorum eam putaverunt, si scientiam virtutem iudicant; sed anguste intraque civiles quaestiones coercent. Albutius non obscurus professor atque auctor *scientiam bene dicendi* esse consentit, sed exceptionibus peccat adiciendo *circa civiles quaestiones* et *credibiliter;* qua-
37 rum iam utrique responsum est. Probabilis et illi voluntatis, qui *recte sentire et dicere* rhetorices putaverunt.

Hi sunt fere fines maxime inlustres, et de qui-

cat; civilis autem scientia idem quod sapientia est) quidam etiam philosophiae. Sed Isocratis haec eius substantiae maxime convenit finitio. — At alia est Isocratis definitio, ut supra docuit §4.

conveniet T. L. A. *convenit* Sp.

bene dicendi scientiam ἕτεροι δὲ οὕτως· ἐπιστήμη τοῦ εὖ λέγειν. Prolegg. rhetor. p. 223. Spengel.

etiam mores Amb. 1. *m. etiam* T. Sp.

nisi bonus T. L. Amb. 1 a 2 m. *vir bonus* Sp. *bonus vir* Amb. 1. a 1 m.

35. *sentiet finis* recepi e Vossiano. *sentirent* T. 1 m. *sentiretur* 2 m. *sentiret* L. Spald. qui coniicit *sentit et finis*, quod Gernh. recepit.

36. *At bene* T. L. omitt. *at* Sp. Eandem Arei definitionem legimus 7, 3, 12.

officiorum officiorum sed anguste utraque viles quaestiones T. 1 m. *o. s. a. utrique civiles q.* 2 m. *officiorum sed anguste utreque c. q.* Lasch. *officiorum veram scientiam virtutum* (ultima syllaba est a 2 m.) *i. s. ang. intra civ. q.* Amb 1.

auctor Spald. voluit *actor.*

consentit consensit T.

iam utrique ut. iam Amb. 1.

37. *maxime et max.* L.

bus praecipue disputatur. Nam omnis quidem persequi neque attinet neque possum, cum pravum quoddam (ut arbitror) studium circa scriptores Artium extiterit, nihil eisdem verbis, quae prior aliquis occupasset, finiendi, quae ambitio procul aberit a me. Dicam enim non utique quae invenero, sed 38
quae placebunt, sicut hoc *rhetoricen esse bene dicendi scientiam:* cum reperto quod est optimum, qui quaerit aliud, peius velit.

His approbatis simul manifestum est illud quoque, quem finem vel quid summum et ultimum habeat rhetorice, quod τέλος dicitur, ad quod omnis ars tendit; nam si est ipsa bene dicendi scientia, finis eius et summum est bene dicere.

An utilis.

XVI. Sequitur quaestio, *an utilis rhetorice?* Nam quidam vehementer in eam invehi solent, et quod sit indignissimum, in accusationem orationis utuntur orandi viribus: *Eloquentiam esse, quae poe-* 2
nis eripiat scelestos, cuius fraude damnentur interim boni, consilia ducantur in peius, nec seditiones modo turbaeque populares, sed bella etiam inexpugnabilia excitentur, cuius denique tum maxi-

omnis 1 m T. *omnes* Sp.
neque — neque T. L. fort. Amb. 1. *nec — nec* Sp.
scriptores scriptoris 1 m T.
eisdem T. L. Sp. *isdem* Amb. 1.
ambitio pr. amb. quoque pr. L. T.

CAP. XVI.

1. *sit indignissimum* Gensleri coni. *fit indignissime* refutat Gernh. Coniunctivum sic explico: quod meo iudicio indignissimum esse videtur.

2. *poenis ponis* 1 m. *bonis* 2 m T. *pro penis* L.
seditiones sediciones T.
inexpugnabilia T. L. graece *πόλεμος δυσμάχητος.* 5, 10, 44 *probationes inexpugnabiles.* — Amb. 1. dat *inexpiabilia* cum Spald.

mus sit usus, cum pro falsis contra veritatem
3 *valet.* Nam et Socrati obiciunt comici, *docere eum, quomodo peiorem causam meliorem faciat*, et contra Tisian et Gorgian similia dicit polliceri Plato.
4 Et his adiciunt exempla Graecorum Romanorumque et enumerant, qui perniciosa non singulis tantum sed rebus etiam publicis usi eloquentia turbaverint civitatum status vel everterint, eoque et Lacedaemoniorum civitate expulsam, et Athenis quoque, ubi actor movere affectus vetabatur, velut recisam orandi potestatem.

5 Quo quidem modo nec duces erunt utiles, nec magistratus, nec medicina, nec denique ipsa sapientia. Nam et dux Flaminius, et Gracchi Saturnini Glauciae gessere magistratus, et in medicinis venena et in his, qui philosophorum nomine male utun-

sit usus fit L.

3. *Tisian et Gorgian* T. L. Amb. 1. *Tisiam et Gorgiam* Sp. Conf. Plat. Phaedr. p. 81.

4. *civitatum civitatium* T. Sp.

actor — vetabatur Spalding dicit: „Quintilianum miror et prope subirascor, legem in Areopago solo sanctam nimis secure ad cetera transtulisse tribunalia.“ Ego vero hanc legem, ad omnia iudicia pari modo pertinentem, extitisse credo, sed ut fit, neglecta iacebat. Consentit enim cum Quintiliano Xenophon quoque, qui in Memorab. Socratis haec dicit: l. IV, 4, 4 *Καὶ ὅτε τὴν ὑπὸ Μελήτου γραφὴν ἔφευγε, τῶν ἄλλων εἰωθότων ἐν τοῖς δικαστηρίοις πρὸς χάριν τε τοῖς δικασταῖς διαλέγεσθαι καὶ κολακεύειν καὶ δεῖσθαι παρὰ τοὺς νόμους, καὶ διὰ τὰ τοιαῦτα πολλῶν πολλάκις ὑπὸ τῶν δικαστῶν ἀφιεμένων, ἐκεῖνος οὐδὲν ἠθέλησε τῶν εἰωθότων ἐν τῷ δικαστηρίῳ παρὰ τοὺς νόμους ποιῆσαι, ἀλλὰ ῥᾳδίως ἂν ἀφεθεὶς ὑπὸ τῶν δικαστῶν, εἰ καὶ μετρίως τι τούτων ἐποίησε, προείλετο μᾶλλον τοῖς νόμοις ἐμμένων ἀποθανεῖν ἢ παρανομῶν ζῆν.*

5. *nec denique* T. L. *nec ipsa denique* Sp.

dux Flaminius an excidit *fuit* ante *Flaminius*.

Glauciae gessere sic Tur. nam *gere* quod habet, nihil aliud est nisi *gessere*. Lassb. et Amb. 1. *glauci egere*, quod itidem *glauciae gessere* corrigendum est. Zumpt mavult *Glauciae egere magistratus*.

in medicinis sic recepi ex edit. Ienson. Locatell. cum Gernh. *in medicis* T. L. ceteri codd. Sp. Dubito autem, an *medica, orum* pro remediis dicatur. Illud etiam Lochmanno probabile fuit.

et in his T. L. Amb. 1. *iis* Sp.

tur, gravissima nonnumquam flagitia deprensa sunt. Cibos aspernemur; attulerunt saepe valetudinis cau- 6
sas: numquam tecta subeamus; super habitantes aliquando procumbunt: non fabricetur militi gladius; potest uti eodem ferro latro. Quis nescit ignes aquas, sine quibus nulla sit vita, et (ne terrenis immorer) Solem Lunamque praecipua siderum aliquando nocere?

Num igitur negabitur deformem Pyrrhi pacem 7
caecus ille Appius dicendi viribus diremisse? aut non divina M. Tulli eloquentia et contra leges agrarias popularis fuit, et Catilinae fregit audaciam, et supplicationes, qui maximus honor victoribus bello ducibus datur, in toga meruit? Non perterritos mi- 8
litum animos frequenter a metu revocat oratio et tot pugnandi pericula ineuntibus laudem vita potiorem esse persuadet? Neque vero me Lacedaemonii atque Athenienses magis moverint quam populus Romanus, apud quem summa semper oratoribus dignitas fuit. Equidem nec urbium conditores reor aliter 9
effecturos fuisse, ut vaga illa multitudo coiret in populos, nisi docta voce commota: nec legum repertores sine summa vi orandi consecutos, ut se ipsi homines ad servitutem iuris adstringerent. Quin ipsa 10
vitae praecepta, etiamsi natura sunt honesta, plus

6. *numquam nonnumquam* L.
quis qui T. L.
siderum syderum T.
aliquando nocere sic Guelferbyt. prob. Gernh. Add. *aliqu. et nocere* T. L. A. *aliqu. etiam nocere* Sp.
7. *num tum* T.
Pyrrhi phyri 1 m *pirrhi* 2 m T.
Appius aptus 1 m. *apius* 2 m T.
M. Tulli mitulli 1 m. *M. Tullii* 2 m T. Sp. om. *M.* Amb. 1.
supplicationes supplicationibus L.
8. *non p.* T 1 m. L. *nonne* 2 m T. Sp.
vero me me vero L.
atque Sp. maluit *aut* ex Ienson.
moverint moverunt T. L.
9. *servitutem se virtutem* T.

tamen ad formandas mentes valent, quotiens pulchritudinem rerum claritas orationis illuminat. Quare, etiamsi in utramque partem valent arma facundiae, non tamen est aequum id haberi malum, quo bene uti licet.

11 Verum haec apud eos forsitan quaerantur, qui summam rhetorices ad persuadendi vim retulerunt. Si vero est *bene dicendi scientia*, quem nos finem sequimur, ut sit *orator* inprimis *vir bonus*: uti-
12 lem certe esse eam confitendum est. Et hercule deus ille princeps parens rerum fabricatorque mundi nullo magis hominem separavit a ceteris, quae quidem mortalia essent, animalibus quam dicendi fa-
13 cultate. Nam corpora quidem magnitudine, viribus, firmitate, patientia, velocitate praestantiora in illis mutis videmus: eadem minus egere acquisitae extrinsecus opis. Nam et ingredi citius et pasci et tra-
14 nare aquas citra docentem natura ipsa sciunt. Et pleraque contra frigus ex suo corpore vestiuntur, et arma iis ingenita quaedam, et ex obvio fere victus: circa quae omnia multus hominibus labor est. Ra-

10. *non tamen est n. est tamen aecum* Amb. 1.

11. *verum haec* Ii tantum, qui persuadere rhetorices finem esse dicunt, de utilitate eius dubitare possunt.
forsitan T. L. A. *fortasse* Sp. Gernhard quoque *fortasse* damnat, cum coniunctivus cum *forsitan* ubique reperiatur coniunctus, nusquam cum *fortasse*, neque apud nostrum neque apud Ciceronem At si haec valeat ratio, non pauci Quintiliani loci mutandi erunt, in quibus nulla adhuc lectionis varietas apparet. 2, 17, 28. 3, 8, 22. 4, 2, 22. 4, 2, 45.
summam summa T.
nos vos 1 m T.
esse eam T. L. Amb. 1. *eam esse* Sp.

12. *hercule* T. Amb. 1. *hercle* Sp.
princeps om. Amb. 1.
separavit speravit 1 m T. *separavit homine* L.

13. *eadem* Spald. tris proposuit hoc loco coniecturas, aut *eadem m. egent* aut *eademque* aut *eaque*, quarum nulla est necessaria.

14. *ex suo et suo* T. L.
arma iis armis T. L.

tionem igitur nobis praecipuam dedit, eiusque nos socios esse cum dis immortalibus voluit. Sed ipsa 15
ratio neque tam nos iuvaret, neque tam esset in nobis manifesta, nisi, quae concepissemus mente, promere etiam loquendo possemus, quod magis deesse ceteris animalibus quam intellectum et cogitationem quandam videmus. Nam et mollire cubilia 16
et nidos texere et educare fetus et excludere, quin etiam reponere in hiemem alimenta, opera quaedam nobis inimitabilia, qualia sunt cerarum ac mellis, efficere nonnullius fortasse rationis est; sed quia carent sermone, quae id faciunt, *muta atque irrationalia* vocantur. Denique homines, quibus negata vox est, 17
quantulum adiuvat animus ille coelestis? Quare si nihil a dis oratione melius accepimus, quid tam dignum cultu ac labore ducamus, aut in quo malimus praestare hominibus, quam quo ipsi homines ceteris animalibus praestant, eo quidem magis, quod 18
nulla in arte plenius labor gratiam refert? Id adeo manifestum erit, si cogitaverimus, unde et quousque iam provecta sit orandi facultas; et adhuc au-

eiusque eiusdem T. L. Amb. 1. non memoratur.
dis diis Sp. cf. 1, 10, 9. at § 17 *a diis*.
15 *neque tam quae tam* L.
possemus possumus l m T.
16. *mollire cubilia* sic T. L. fort. Amb. 1. *moliri* Sp. quod Lochmannus probabat explicando *quaerere*. Sed melius iudicat Zumpt: *moliri est verbum nimis magnum in re tenui*. — *mollire* autem est commodare cubilia.
hiemem hieme L.
inimitabilia imitabilia L.
ac mellis T. L. Amb. 1. *et mellis* Sp.
irrationalia T. *irrationalia* Sp. *inrationabilia* L. et Amb. 1. Turicensis ergo solus veritatem servavit.
17. *cultu cultui* T.
18. *arte* T. L. Amb. 1. *parte* Sp. Illud probavit Lochmannus.
id adeo manifestum adeo fere esse pro *vero* Spaldingius dicit probante Handio ad Tursell. 1. p. 144. At cur vulgarem vocabuli significationem hoc loco omittamus, aliamque, quae ei propria esse non potest, tribuamus? Verte dermassen, so sehr, gar sehr, ganz, prorsus, penitus.
provecta profecta T. L.

19 geri potest. Nam ut omittam, defendere amicos, regere consiliis senatum, populum, exercitum in quae velit ducere, quam sit utile conveniatque bono viro: nonne pulchrum vel hoc ipsum est ex communi intellectu verbisque, quibus utuntur omnes, tantum assequi laudis et gloriae, ut non loqui et orare, sed, quod Pericli contigit, fulgere ac tonare videaris?

An ars.

XVII. Finis non erit, si expatiari parte in hac et indulgere voluptati velim. Transeamus igitur ad eam quaestionem, quae sequitur, an *rhetorice ars*
2 *sit.* Quod quidem adeo ex iis, qui praecepta dicendi tradiderunt, nemo dubitavit, ut etiam ipsis librorum titulis testatum sit, scriptos eos *de arte rhetorica:* Cicero vero etiam, quae *rhetorice* vocetur, esse *artificiosam eloquentiam* dicat. Quod non oratores tantum vindicarunt, ut studiis aliquid suis praestitisse videantur, sed cum iis philosophi et
3 Stoici et Peripatetici plerique consentiunt. Ac me dubitasse confiteor, an hanc partem quaestionis tractandam putarem; nam quis est adeo non ab eru-

19. *fulgere* T. L. *fulgurare* Obrecht (ex Amb. 1. nil memoratur, ita ut idem praebere videatur). Spald. prob. Lochmanno. Conf. Cicero Orat. c. 9. *Qui (Pericles) si tenui genere uteretur, numquam ab Aristophane poeta fulgere, tonare permiscere Graeciam dictus esset.* At Plinius in re simili dixit *oratio tonat, fulgurat* Ep. 1, 20, 19.

CAP. XVII.

1. *expatiari exspatiari* 1 m. *et spatiari* 2 m T. *si spatiari in p. h.* Amb. 1.
2. *ex iis ex his* T.
Cicero de Invent. 1, 5.
vindicarunt Tur. *vendicarunt* L.
iis T. *his* Sp.
et Perip. sic Tur. non om. *et*, ut Zumpt refert.
plerique pleriqui L.
3. *an ad* T. L.

ditione modo, sed a sensu remotus hominis, ut fabricandi quidem et texendi et e luto vasa ducendi *artem* putet, *rhetoricen* autem maximum ac pulcherrimum (ut supra diximus) opus in tam sublime fastigium existimet *sine arte* venisse? Equidem illos, 4 qui contra disputaverunt, non tam id sensisse, quod dicerent, quam exercere ingenia materiae difficultate credo voluisse: sicut Polycraten, cum Busiridem laudaret et Clytemnestram: quamquam is, quod his dissimile non est, composuisse orationem, quae est habita contra Socraten, dicitur.

Quidam naturalem esse rhetoricen volunt, et 5 tamen adiuvari exercitatione non diffitentur, ut in libris Ciceronis de Oratore dicit Antonius, *observationem* quandam esse, *non artem*. Quod non ideo, 6

supra diximus 2, 16, 17.

4. *disputaverunt* T. L. Amb. 1. *disputarunt* Sp.

id sensisse T. L. Amb. 1. om. *id* Sp.

Polycraten T. L. Amb. 1. conf. Isocratis Busiris p. 248. Bekk. *Αἰσθόμενος οὖν οὐχ ἥκιστά σε μεγαλαυχούμενον, ἐπί τε τῇ Βουσίριδος ἀπολογίᾳ καὶ τῇ Σωκράτους κατηγορίᾳ, πειράσομαι σοι ποιῆσαι καταφανὲς ὅτι πολὺ τοῦ δέοντος ἐν ἀμφοτέροις τοῖς λόγοις διήμαρτες.* De Polycrate Spengel. disputat p. 75. sqq. Conf. 3, 1, 11 *Polycrates, a quo scriptam in Socraten diximus orationem, Artem composuit.* — *Polycratem* Sp.

Busiridem T. L. fort. Amb. 1. *Busirim* Sp.

Clytemnestram Clitemestram T. *Clytaemnestram* Sp.

non est Amb. 1, ut volebat Francius. Lochmannus optabat *non est*, et. *non esset* T. L. Sp.

Socraten T. L. Amb. 1. *Socratem* Sp.

5. *ut in* Regius coni. *et* inprobante Lochmanno.

in libris in libro Amb. 1.

observationem. Spaldingius immemor Ciceroniani loci de memoria queritur Quintiliani, cum potius ipse sua memoria sit falsus. Conf. Cicer. de Orat. 2, 57 *Quid? si, inquit Iulius, adsentior Antonio dicenti nullam esse artem salis? Hic quum Sulpicius reticuisset, Quasi vero, inquit Crassus, horum ipsorum, de quibus Antonius iam diu loquitur, ars ulla sit. Observatio quaedam est, ut ipse dixit, earum rerum quae in dicendo valent.* Haec autem verba, *ut ipse dixit*, lucem trahunt ex 1, 20 *Artem vero negabat esse ullam (rhetoricen), nisi quae cognitis penitusque perspectis et in unum exitum spectantibus et numquam fallentibus rebus contineretur.* et cap. 23 *Sin autem ea, quae observata sunt in usu ac tractatione dicendi, haec ab hominibus callidis ac peritis animadversa ac notata, verbis designata, generibus illustrata, partibus distributa*

ut pro vero accipiamus, est positum, sed ut Antoni persona servetur, qui dissimulator artis fuit. Hanc autem opinionem habuisse Lysias videtur. Cuius sententiae talis defensio est, quod indocti et barbari et servi, pro se cum loquuntur, aliquid dicant *simile principio*, *narrent*, *probent*, *refutent* et (quod
7 vim habeat epilogi) *deprecentur*. Deinde adiciunt illas verborum cavillationes, *nihil*, *quod ex arte fiat*, *ante artem fuisse:* atqui dixisse homines pro se et in alios semper: doctores artis sero iam et circa Tisian et Coraca primum repertos; orationem
8 igitur ante artem fuisse, eoque artem non esse. Nos porro, quando coeperit huius rei doctrina, non laboramus, quamquam apud Homerum et praeceptorem Phoenicem cum agendi tum etiam loquendi et oratores plures et omne in tribus ducibus orationis genus et certamina quoque proposita eloquentiae inter iuvenes invenimus, quin in caelatura clipei
9 Achillis et lites sunt et actores. Illud enim admonere satis est, *omnia quae ars consummaverit a natura initia duxisse;* aut tollatur *medicina*, quae ex observatione salubrium atque his contrariorum

sunt, (id quod fieri potuisse credo) non intelligo, quam ob rem non, si minus illa subtili definitione, at hac vulgari opinione ars esse videatur.

6. *Antoni* 1 m T. *Antonii* 2 m T. Sp.

hanc — Lysias videtur haec verba pro suspectis habebat Spald. — Lysias hoc in Arte, quam composuit, dixerat. Conf. Spengel p. 140.

7. *Tisian et Coruca* veteres Latini ut Cicero numquam tales receperunt formas. recentiores autem magis magisque graecis utebantur flexionibus. *Tisiam et Coraca* Sp.

8. *laboramus, qu. lab. exquirere qu.* L. Amb. 1.

Phoenicem phoenicen Amb. 1.

cum ag. T. Amb. 1. L. *tum ag.* Sp.

et omne — genus iudiciale demonstrativum deliberativum in margine 2da manus T. Meliorem explicationem vide ap. Gellium 7, 14.

ducibus ductibus 2 m T.

genus et genus est Amb. 1.

quin in om. *in* T. L.

9. *illud enim* T. L. om. *enim* Sp.

his iis T.

reperta est et ut quibusdam placet tota constat experimentis; nam et vulnus deligavit aliquis, antequam haec ars esset, et febrem quiete et abstinentia, non quia rationem videbat, sed quia id valetudo ipsa coegerat, mitigavit. Nec *fabrica* sit ars; casas enim primi illi sine arte fecerunt: nec musica; cantatur ac saltatur per omnes gentes aliquo modo. Ita si *rhetorice* vocari debet sermo quicumque, fuisse eam, antequam esset ars, confitebor; si vero non, quisquis loquitur, orator est, et tum non tamquam oratores loquebantur, necesse est, oratorem factum arte nec ante artem fuisse fateantur. Quo illud quoque excluditur, quod dicunt, non esse artis id, quod faciat qui non didicerit: dicere autem homines qui non didicerint. Ad cuius rei confirmationem afferunt Demaden remigem et Aeschinen hypocriten oratores fuisse. Falso: nam neque orator esse, qui non didicit, potest, et hos sero potius quam numquam didicisse quis dixerit, quamquam Aeschines ab initio sit versatus in litteris, quas pater eius etiam docebat, Demaden neque non didicisse certum sit, et continua dicendi exercitatio potuerit tantum, quantuscumque postea fuit, fecisse; nam potentissimum id discendi genus est. Sed et prae-

10 11 12 13

ut quibusdam ut in q. 1 m T.
rationem ratione v. s. q. id valitudo L.
10. *casas causas* 1 m T.
11. *faciat — didicerit — didicerint faciant qui non didicerint* omissis mediis T.: aberrabat librarius a *didicerit* statim ad *didicerint*. alii corrigebant *faciant*, ut verbo superstiti *didicerint* responderet. Lassb. dat *faciant qui non didicerint dicere autem homines qui non didicerint.*
homines, qui Lassb. *et homines qui* Campana. *hom. et qui* T. Sp.
12. *Aeschinen Aescinen* T. L. *Aeschinem* Sp. mox *Aescines*.
hypocriten hypogritem T. *hyperiden* L. *hyperiten* Amb. 1.
sero fero T.
neque non om. *neque* L.
quantusc. quantumc. Amb. 1. *quantuluscumque* in Lünemanni et Gernhardi edit. legitur.
13. *potentissimum id* T. L. *id potentissimum* Sp.
discendi dicendi T. L.

stantiorem, si didicisset, futurum fuisse dicere licet. Neque enim orationes scribere est ausus, ut eum 14 multum valuisse in dicendo sciamus. Aristoteles, ut solet, quaerendi gratia quaedam subtilitatis suae argumenta excogitavit in Gryllo: sed idem et *de arte rhetorica* tris libros scripsit, et in eorum primo non artem solum eam fatetur, sed ei particulam civili- 15 tatis sicut dialectices assignat. Multa Critolaus contra, multa Rhodius Athenodorus. Agnon quidem detraxit sibi inscriptione ipsa fidem, qua rhetorices accusationem professus est. Nam de Epicuro, qui disciplinas omnes fugit, nihil miror.

16 Hi complura dicunt, sed ex paucis locis ducta. Itaque potentissimis eorum breviter occurram, ne 17 in infinitum quaestio evadat. Prima iis argumentatio *ex materia* est. Omnis enim artes aiunt ha-

valuisse in dicendo Lochmanno placuit Burmanni coni.: *ut eum multum inde valuisse dicendo sciamus.* — „*Sic apud Quintilianum et Ciceronem* (*Brut.* 9.) *Demadem oratorem nihil scriptum reliquisse legimus: at superest vel nobis haud incertum eius fragmentum.*“ Spengel p. 154. Vid. Oratt. Graeci ed. Bekkeri T. 3. p. 486.

14. *in Gryllo gyrlo* T. *grippo* Amb. 1. — In Gryllo igitur contra artem rhetoricam disputavit Aristoteles, eamque artem esse negavit.

tris tres Sp. et 2 m T.

in eorum primo c. 2. ὥστε συμβαίνει τὴν ῥητορικήν, οἷον παραφυές τι τῆς διαλεκτικῆς εἶναι, καὶ τῆς περὶ τὰ ἤθη πραγματείας, ἣν δίκαιόν ἐστι προσαγορεύειν πολιτικήν.

dialectices dialecticis T. L. codd. omnes. Illud emendavit Pseudo-Turnebus.

15. *Athenodorus* omitt. T.

Agnon v. Rubnk. hist. oratt. p. 89.

ipsa ista T. L.

rhetorices rhetoricen L.

de Epicuro 12, 2, 24 *Nam in primis nos Epicurus a se ipse dimittit, qui fugere omnem disciplinam navigatione quam velocissima iubet.* Schol. in Hermog. p. 377 ὁ δέ γε Ἐπίκουρος ἐν τῷ περὶ ῥητορικῆς ἀνθαδέστερον οἶμαι λέγων φησίν, αὐτὸς μόνος εὑρηκέναι τέχνην πολιτικῶν λόγων· τοὺς δὲ ἀλόγους ἀποσκορακίζων ῥήτορας ἑαυτῷ πως μαχόμενα λέγει· φύσις γὰρ ἡ κατορθοῦσα λόγους, τέχνη δὲ οὐδεμία. Spengel. p. 8.

16. *complura hicoriplura d. et ex p.* Amb. 1.

17. *iis* Tur. *his* Sp. *prima iis est arg. ex materia* L.

omnis 1 m. *omnes* 2 m T. Sp.

bere *materiam*, quod est verum: rhetorices *nullam* esse *propriam*, quod esse falsum in sequentibus probabo. Altera est calumnia, nullam artem falsis as- 18
sentiri opinionibus, quia constitui sine perceptione non possit, quae semper vera sit: *rhetoricen* assentiri falsis: non esse igitur artem. Ego rhetoricen 19
nonnumquam dicere falsa pro veris confitebor; sed non ideo in falsa quoque esse opinione concedam, quia longe diversum est, ipsi quid videri et ut alii videatur, efficere. Nam et imperator falsis utitur saepe: ut Hannibal, cum inclusus a Fabio sarmentis circum cornua boum deligatis incensisque per noctem in adversos montes agens armenta speciem hosti abeuntis exercitus dedit, sed illum fefellit; ipse, quid verum esset, non ignoravit. Nec vero Theo- 20
pompus Lacedaemonius, cum permutato cum uxore habitu e custodia ut mulier evasit, falsam de se opinionem habuit, sed custodibus praebuit. Item orator, cum falso utitur pro vero, scit esse falsum eoque se pro vero uti; non ergo falsam habet ipse opinionem, sed fallit alium. Nec Cicero, cum se 21
tenebras offudisse iudicibus in causa Cluenti gloria-

18. *perceptione* sic Tur. L. Amb. 1.

falsis, *non falsis sit non* T 1 m. *falsa sit non* 2 m. *falsis sic non* L. error ortus ex repetita ultima syllaba praecedentis vocabuli, aut fortasse ex *saepe* corruptum est.

19. *non ideo* om. *non* L.

Hannibal hannibab 1 m T. 5, 10, 48 non *Hannibal* sed *Annibal* expressit Spald. contra 8, 4, 21 *Hannibal*. Garaton ad Cic. Philipp. 2, 5.

circum L. T. *circa* Sp. — Amb. 1. siletur.

hosti hostis L.

20. *habitu abitu* T.

item ita 2 m T.

utitur cum Ienson. aliique dent *uteretur*, Regius reposuit *utetur* probante Lochmanno.

21. *tenebras offudisse effudisse* T. *offundisse* L. — Hoc dictum Ciceronis a Quintiliano mutuatus est I. Rufinianus p. 207 ed. Ruhnk. Similiter Plutarch. Vit. Ciceronis κε. *Μουνατίῳ μὲν γάρ ποτε συνηγορήσας ὡς ἀποφυγὼν τὴν δίκην ἐκεῖνος, ἐδίωκεν ἑταῖρον αὐτοῦ Σαβῖνον. οὕτω λέγεται προσκεῖσθαι ὑπ' ὀργῆς ὁ Κικέρων, ὥστ'*

tus est, nihil ipse vidit. Et pictor, cum vi artis suae efficit, ut quaedam eminere in opere, quaedam recesSisse credamus, ipse ea plana esse non nescit. Aiunt etiam, *omnes artes habere finem aliquem propositum, ad quem tendant:* hunc modo nullum esse in rhetorice, modo non praestari eum, qui promittatur. Mentiuntur: nos enim esse finem iam ostendimus, et quis esset, diximus. Praestabit hunc semper orator, semper enim bene dicet. Firmum autem hoc, quod opponitur, adversus eos fortasse sit, qui persuadere finem putaverunt. Noster orator arsque a nobis finita non sunt posita in eventu. Tendit quidem ad victoriam, qui dicit, sed cum bene dixit, etiamsi non vincat, id, quod arte continetur, effecit. Nam et gubernator vult salva nave in portum pervenire; si tamen tempestate fuerit abreptus, non ideo minus erit gubernator, dicetque notum illud *Dum clavum rectum teneam.* Et medicus sanitatem aegri petit: si tamen aut valetudinis vi aut intemperantia aegri alieve quo casu summa non contingit, dum ipse omnia secundum rationem fecerit, medicinae fine non excidet. Ita oratori bene dixisse finis est. Nam

εἰκεῖν· „Σὺ γὰρ ἐκείνην, ὦ *Μουνάτιε*, *τὴν δίκην ἀπέφυγες διὰ σαυτόν*, *οὐκ ἐμοῦ πολὺ σκότος ἐν φωτὶ τῷ δικαστηρίῳ περιχέαντος*."

Cluenti T. *Cluentii* Sp.

ea plana plana ea L.

23. *fortasse sit* Gernhard ad 2, 16, 11. dixerat, coniunctivum nusquam reperiri cum *fortasse* neque apud nostrum neque apud Ciceronem, sed ubique cum *forsitan*, quod Zumpt quoque probasse videtur. sed neuter de hoc loco aliquid monuit.

effecit efficit L.

24. *gubernator gurbernator* T.

25. *aegri petit aegro promittit* Amb. 1.

valetudinis vi valetudinissui 1 m T. L. *valetudinis suae* 2 m.

summa delendum putavit Sp.

contingit contigit Guelf. probante Gernh.

excidet A. *excidit* T. L. Sp.

est *ars* ea, ut post paululum clarius ostendemus, *in actu* posita, *non in effectu*. Ita falsum erit illud 26
quoque, quod dicitur, *Artes scire, quando sint finem consecutae; rhetoricen nescire.* Nam se quisque bene dicere intelleget.

Uti etiam vitiis rhetoricen, quod ars nulla faciat, criminantur: quia et falsum dicat et affectus moveat. Quorum neutrum est turpe, cum ex bona 27
ratione proficiscitur: ideoque neutrum vitium. Nam et mendacium dicere etiam sapienti aliquando concessum est, et affectus, si aliter ad aequitatem perduci iudex non poterit, necessario movebit orator. Inperiti enim iudicant et qui frequenter in hoc ipsum 28
fallendi sunt, ne errent. Nam si mihi sapientes iudices dentur, sapientium conciones atque omne consilium; nihil invidia valeat, nihil gratia, nihil opi-

post paululum T. *post paulum* Sp.

ostendemus cap. 18. ab initio.

in actu rhetorices vel oratoris officium est positum in agendo vel bene dicendo, non in eo, ut persuasionem efficiat vel persuadeat; id enim sponte plerumque sequitur; non tamen is est proprie finis.

26. *intelleget* T. L. *intelligit* Sp.

27. *proficiscitur proficitur* L.

neutrum vitium Amb. 1. *nec vitium* T. Sp.

28. *fallendi sunt sint* L. Amb. 1. probante Zumpt.

sapientium T. Amb. 1. *sapientum* Sp.

omne consilium T. L. Amb. 1. aliique codices. *concilium* Spald. verum censet, cum nec senatus nec militare intelligatur consilium. At orator, de quo agit Quintilianus, aut in iudiciis aut in concione aut in senatu ceterisque consiliis dicet. *consilia* ea sunt quae nos dicimus die Behörden. Consilia ergo tertium sunt genus, apud quos orationes haberi solent. 1, 10, 3 *Aut quo melius vel defendet reum vel reget consilia, qui citharae sonos nominibus et spatiis distinxerit?* 2, 10, 12 *Quare declamatio, quoniam est iudiciorum consiliorumque imago, similis esse debet veritati.* 2, 4, 41 *Nam fictas ad imitationem fori consiliorumque materias apud Graecos dicere circa Demetrium Phalerea institutum fere constat.* 2, 16, 2 *Eloquentiam esse, quae poenis eripiat scelestos, cuius fraude damnentur interim boni. consilia ducantur in peius.* 3, 4, 5 *plurimum in consiliis ac iudiciis consumebatur operae.* 3, 8, 2 *Et est haec ratio verissima, si consilium contingat semper bonorum atque sapientium.* 4, 1, 21. 4, 2, 22. 12, 10, 52 *Quod si mihi des consilium iudicum sapientium, perquam multa*

gio praesumpta falsique testes: perquam sit exiguus eloquentiae locus, et prope in sola delectatione po-
29 natur. Sin et audientium mobiles animi et tot malis obnoxia veritas, arte pugnandum est, et adhibenda quae prosunt. Neque enim, qui recta via depulsus est, reduci ad eam nisi alio flexu potest.
30 Plurima vero ex eo contra rhetoricen cavillatio est, quod ex utraque causae parte dicatur. Inde haec: *nullam esse artem contrariam sibi;* rhetoricen esse contrariam sibi: *nullam artem destruere, quod effecerit;* accidere hoc rhetorices operi: item *aut dicenda eam docere aut non dicenda;* ita vel per hoc non esse artem, quod non dicenda praecipiat, vel per hoc, quod, cum dicenda praecepe-
31 rit, etiam contraria his doceat. Quae omnia apparet de ea rhetorice dici, quae sit a bono viro atque ab ipsa virtute seiuncta: alioquin ubi iniusta causa est, ibi rhetorice non est: adeo ut vix admirabili quodam casu possit accidere, ut ex utraque
32 parte orator id est vir bonus dicat. Tamen quoniam hoc quoque in rerum naturam cadit, ut duos sapientes aliquando iustae causae in diversum tra-

recidam ex orationibus non Ciceronis modo, sed etiam eius, qui est strictior multo, Demosthenis. — Gernh. quoque in Add. receptam probat.

29. *malis magiis* T.

30. *ex eo ex eo hoc* 1 m T. 2 m delevit *eo.*
contrariam sibi T. L. *sibi* c. Sp.
nullam artem arte L.
destruere restituere T.
ita T. L. *itaque* Sp.
quod non cum non d. praeceperit vel p. hoc quia cum L. *quod n. d. praecepierit v. p. h. quod c. d. perceperit* T 1 m. *q. n. d. praeceperit v. p. h. q. c. d. praeceperit* 2 m.
praecepierit 1 m. *praeceperit* 2 m T.
contraria his his c. L.

31. *quae omnia sed illa o.* L.
alioquin T. *alioqui* Sp. At vide Buttmann. ad l. 12, 10, 17.
vix ex T. L.
id est idem L.

32. *quoniam quomodo* L.

hant, quando etiam pugnaturos eos inter se, si ratio ita duxerit, credunt, respondebo propositis atque ita quidem, ut appareat, haec adversus eos quoque frustra excogitata, qui malis moribus nomen oratoris indulgeant. Nam *rhetorice non est contraria* 33
sibi. Causa enim cum causa, non illa secum ipsa componitur. Nec, si pugnent inter se, qui idem didicerunt, idcirco ars, quae utrique tradita est, non erit: alioquin nec armorum, quia saepe gladiatores sub eodem magistro eruditi inter se componuntur: nec gubernandi, quia navalibus proeliis gubernator 34
est gubernatori adversus: nec imperatoria, quia imperator cum imperatore contendit. Item non evertit opus rhetorice, quod efficit; neque enim positum a se argumentum solvit orator, sed ne rhetorice quidem, quia apud eos, qui in persuadendo finem putant, aut si quis (ut dixi) casus duos inter se bonos viros composuerit, verisimilia quaerentur: non autem, si quid est altero credibilius, id ei contrarium est, quod fuit credibile. Nam ut candido can- 35
didius et dulci dulcius non est adversum, ita nec probabili probabilius. Neque praecipit umquam non dicenda nec dicendis contraria, sed quae in quaque causa dicenda sunt. Non semper autem ei, etiamsi 36

duxerit dixerit T. *ita ratio duxerit* L.
indulgeant Amb. 1. *indulgent* T. L. Sp.
33. *pugnent pugnare inter se quidem* Amb. 1. a 1 m. *quidam* 2 m.
utrique utique T. L.
alioquin v. Hand Tursell. T. I. p. 240.
34. *efficit effecit* Gernh. recepit e Guelf.
quia — verisimilia quaerentur Lochmannus verba *sed ne rhetorice quidem* aut pro spuriis habenda, aut pro *quia qua* scribendum duxit. — Omnes in oratione verisimilia quaerunt, cum hi, qui persuadere summam credunt, tum ii etiam, qui bona fide causas dicunt, nec umquam adversam partem fallere student.
35. *probabili* omitt. T.
neque pr. T. L. fort. Amb. 1. *nec* Sp.
dic. sunt sint Amb. 1.
36. *autem ei, et.* Amb. 1. om. *ei* T. Sp.

frequentissime, tuenda veritas erit, sed aliquando exigit communis utilitas, ut etiam falsa defendat.

Ponuntur hae quoque in secundo Ciceronis de Oratore libro contradictiones: *artem earum rerum esse, quae sciantur: oratoris omnem actionem opinione, non scientia contineri, quia et apud eos dicat, qui nesciant, et ipse dicat aliquando, quod*
37 *nesciat.* Ex his alterum, id est, an sciat iudex, de quo dicatur, nihil ad oratoris artem; alteri respondendum. „*Ars earum rerum est, quae sciuntur.*“ Rhetorice ars est bene dicendi, bene autem dicere
38 scit orator. Sed nescit, an verum sit, quod dicit. Ne hi quidem, qui ignem aut aquam aut quatuor elementa aut corpora insecabilia esse, ex quibus res omnes initium duxerint, tradunt, nec qui intervalla siderum et mensuras solis ac terrae colligunt, disciplinam tamen suam *artem* vocant. Quodsi ratio efficit, ut haec non opinari, sed propter vim probationum scire videantur; eadem ratio idem praestare
39 oratori potest. Sed an causa vera sit nescit. Ne medicus quidem, an dolorem capitis habeat, qui hoc se pati dicet: curabit tamen, tamquam id verum sit, et erit ars medicina. Quid? quod rhetorice non utique propositum habet semper vera dicendi, sed semper verisimilia? scit autem esse verisimilia
40 quae dicit. Adiciunt his, qui contra sentiunt, quod saepe, quae in aliis litibus inpugnarunt actores causarum, eadem in aliis defendant. Quod non artis, sed hominis est vitium. Haec sunt praeclpua, quae

defendat T. L. Amb. 1. int. rhetorice. *defendantur* Sp.

Ciceronis de Oratore 2, 7 *Ars enim earum rerum est quae sciuntur: oratoris autem omnis actio opinionibus non scientia continetur. nam et apud eos dicimus qui nesciunt, et ea dicimus quae nescimus ipsi.*

38. *non opinari* om. *non* L.
eadem ratio eadem oratio L. et T 1 m. *ratio* 2 m T.

40. *actores auctores* 1 m T.
est vitium vit. est L.

contra rhetoricen dicantur, alia et minora et tamen ex his fontibus derivata.

Confirmatur autem *esse artem* eam breviter. 41
Nam sive (ut Cleanthes voluit) *ars* est *potestas viam* id est *ordinem efficiens*, esse certe viam atque ordinem in bene dicendo nemo dubitaverit, sive ille ab omnibus fere probatus finis observatur, artem constare ex perceptionibus consentientibus et coexercitatis ad finem utilem vitae; iam ostendemus nihil non horum in rhetorice inesse. Quid? quod et 42
inspectione et exercitatione, ut artes ceterae, constat? Nec potest ars non esse, si est ars dialectice, quod fere constat, cum ab ea specie magis quam genere differat. Sed nec illa omittenda sunt, qua in re alius se inartificialiter, alius artificialiter gerat, in ea esse artem, et in eo, quod, qui didicerit, melius faciat, quam qui non didicerit, esse artem. At- 43
que non solum doctus indoctum, sed etiam doctior

41. *esse artem eam* T. L. Amb. 1. *eam esse artem* Sp.
Cleanthes Ceanthes T.
viam id est ordinem Amb. 1. Ars ordinem rerum conficit. — *via id est ordine* T 1 m. *ordinem* 2 m. *viae id est ordine* L. *via, id est, ordine* Sp. Rhetorica omnia, quae dicenda sunt, in ordinem redigit.
esse certe certam viam probavit Sp. ex Guelferb.
artem constare Lucian. Parasit. Vol. 7. p. 105. Bip. τέχνη ἐστίν, ὡς ἐγὼ διαμνημονεύω σοφοῦ τινος ἀκούσας, σύστημα ἐκ καταλήψεων ἐγγεγυμνασμένων πρός τι τέλος εὔχρηστον τῶν ἐν τῷ βίῳ. Vocem σύστημα igitur interpretatus est Quintilianus *consentientes perceptiones*. Vid. Küster ad Aristoph. Nubes 317., ubi Scholiasta eandem definitionem laudat.
perceptionibus sic 1 m T. et L. *praeceptionibus* 2 m T.
utilem vitae T. L. Amb. 1. *vitae utilem* Sp.
iam ostendemus ut in sequentibus apparet. Sic legitur in T. L. Amb. 1. *ostendimus* Sp. sed ubi id ostenderit adhuc, nemo indicavit.
42. *quod et quod ut et* T.
inspectione θεωρίᾳ, ut infra 3, 5, 11 *spectativus* graecum est θεωρητικός.
exercitatione πράξει. infra 3, 5, 11 πρακτικὸν dicitur *activum*.
est ars T. L. *ars est* Sp.
constat constant T. L.
inartif. — artif. inartif. — inartif. T 1 m. *artif. — inartif.* 2 m.
quod, qui quod quid 1 m. *quod quis* 2 m T.
43. *atque* T. *atqui* Sp.

doctum in rhetorices opere superabit, neque essent eius aliter tam multa praecepta tamque magni, qui docerent. Idque cum omnibus confitendum est, tum nobis praecipue, qui rationem dicendi a bono viro non separamus.

Ex quibus artibus.

XVIII. Cum sint autem artium aliae positae in inspectione id est cognitione et aestimatione rerum, qualis est *astrologia* nullum exigens actum, sed ipso rei cuius studium habet intellectu contenta, quae θεωρητικὴ vocatur; aliae in agendo, quarum in hoc finis est et ipso actu perficitur nihilque post actum operis relinquit, quae πρακτικὴ dicitur, qualis *sal-*
2 *tatio* est; aliae in effectu, quae operis, quod oculis

idque T. L. *id quod* Sp. Illud recepit Gernh. quoque.

CAP. XVIII.

1. *in inspectione in* om. L. — Conf. Rhetoricae Compendium ex Magno Aurelio Cassiodoro, qui e Quintiliano omnia sua praecepta sumpsit, apud Pithoeum p. 323. *Artium aliae sunt positae in inspectione id est cognitione et aestimatione rerum, qualis est astrologia, nullum exigens actum, sed ipso rei, cuius studium habet, intellectu contenta, quae θεωρητικὴ vocatur. aliae in agendo: quarum in hoc finis est, ut ipso actu perficiatur nihilque post actum operis relinquat, quae πρακτικὴ dicitur qualis saltatio est. alia in effectu, quae operis, quod oculis subiicitur, consummatione finem sortitur, quam ποιητικὴν appellamus, qualis est pictura.*

θεωρητικὴ quae rethorice vocatur aliae in agendo quarum in hoc theoretice finis est T 1 m. *quae theoretice v. a. i. a. q. i. k. theoretice f. e.* 2 m T. L.

post actum post actu T.

πρακτικὴ practice T.

saltatio est sic T. L. et Cassiodorus. *est saltatio* Sp.

2. *quae operis quoque operis quod oculis subicitur consummationem non finem accipiunt* T. L. — Amb. 1. siletur. Gernhard Add. Turicensis lectionem probavit: hoc enim, inquit, artis genus non habet finem (utilem vitae) ut ea, quae πρακτικὴ dicitur. — Erravit, opinor, V. D. explicando *finem*, neque nunc quaeritur, utrum pictura utilem vitae finem habeat an non, immo, si hoc quaereretur, Quintilianus certe non contendisset, saltationem habere utilem vitae finem, picturam autem eum non habere. Quintilianus tria omnino artium genera constituit, quarum unum in inspectione, alterum in actu, in effectu tertium habet finem.

subicitur, consummatione finem accipiunt, quam ποιητικὴν appellamus, qualis est *pictura:* fere iudicandum est, *rhetoricen* in actu consistere; hoc enim, quod est officii sui, perficit. Atque ita ab omnibus dictum est.

Mihi autem videtur etiam ex illis ceteris arti- 3
bus multum adsumere. Nam et potest aliquando ipsa res per se inspectione esse contenta. Erit enim rhetorice in oratore etiam tacente, et si desierit agere vel proposito vel aliquo casu inpeditus, non magis desinet esse orator quam medicus, qui curandi fecerit finem. Nam est aliquis ac nescio an 4
maximus etiam ex secretis studiis fructus ac tum pura voluptas litterarum, cum ab actu id est opere recesserunt et contemplatione sui fruuntur. Sed ef- 5
fectivae quoque aliquid simile scriptis orationibus vel historiis (quod ipsum opus in parte oratoria merito ponimus) consequetur. Si tamen una ex tribus artibus habenda sit, quia maxime eius usus actu continetur atque est in eo frequentissima, dicatur *activa* vel *administrativa;* nam et hoc eiusdem rei nomen est.

Natura an doctrina plus ei conferat.

XIX. Scio quaeri etiam, *natura*ne plus ad eloquentiam conferat an *doctrina*. Quod ad proposi-

ποιητικὴν *poeticen apellamus* T.
3. *adsumere adsummere* T.
fecerit finem fecerit L.
4. *actu actum* T 1 m. *actu* 2 m.
opere T 1 m. L. Amb. 1. dant *opera.*
contemplatione conplatione 1 m T.
5. *effectivae* Spald. dicit: „*Sic scripsi cum Gesnero et vett. aliquot edd. Cod. quidem nullo, cum ad unum omnes dent effective.*“ — at hoc falsum est: in Tur. certe et Lassb. ea nota usi sunt librarii, quae *ae* significat, non simplicem *e*, in omnibus fere codd. *e*, quae *ae* indicat, a simplice e unco quodam affixo distinguitur.
quia quam L.
frequentissima frequentissime 2 m T.

tum quidem nostri operis nihil pertinet, neque enim consummatus orator nisi ex utroque fieri potest: plurimum tamen referre arbitror, quam esse in hoc loco
2 quaestionem velimus. Nam si parti utrilibet omnino alteram detrahas, natura etiam sine doctrina multum valebit, doctrina nulla esse sine natura poterit. Sin ex pari coeant, in mediocribus quidem utrisque maius adhuc naturae credam esse momentum; consummatos autem plus doctrinae debere quam naturae putabo, sicut terrae nullam fertilitatem habenti nihil optimus agricola profuerit, e terra uberi utile aliquid etiam nullo colente nascetur; at in solo fecundo plus cultor quam ipsa per se bonitas soli ef-
3 ficiet. Et si Praxiteles signum aliquod ex molari lapide conatus esset exculpere, Parium marmor mallem rude: at si illud idem artifex expolisset, plus in manibus fuisset quam in marmore. Denique natura materia doctrinae est: haec fingit, illa fingitur. Nihil ars sine materia: materiae etiam sine arte pretium est; ars summa materia optima melior.

CAP. XIX.

1. *consummatus* *consumatus* T.
utroque T. L. Amb. 1. *utraque* Sp. errore typograph.

2. *sin ex* *sine ex* T.
adhuc v. Hand ad Turscllin. 1. p. 157. 165.
credam esse *esse credam* L. *credam nat. esse* m. Amb. 1.
habenti *habendi* T 1 m.
uberi *ubera* 1 m. *ubere* 2 m T.

3. *et si* om. *si* L.
esset exculpere sic Turic. non ut Spald. narrat *esset sculpere.* Lochmannus ex Aldina praefert *exscalpere.*
rude *rudere* 1 m. *rodere* 2 m T.
natura materia sic T. L. Amb. 1. et Gesnerus ex Gothano. Spald. maluit *naturae materia, ars doctrinae,* quod magna ex parte est in Voss. 3. et Aldi ed. *natura materia ars doctrinae.* Sensus est: Sine natura nihil valet doctrina, bona autem indoles iam per se sine doctrina multum valere potest. Gernh. recepit *Denique natura materia, ars doctrina est.*

An virtus rhetorice.

XX. Illa quaestio est maior, ex mediis artibus, quae neque laudari per se nec vituperari possunt, sed utiles aut secus secundum mores utentium fiunt, habenda sit rhetorice, an sit, ut compluribus etiam philosophorum placet, virtus. Equidem illud, quod 2
in studiis dicendi plerique exercuerunt et exercent, aut *nullam artem*, quae *ἀτεχνία* nominatur, puto (multos enim video sine ratione sine litteris, qua vel inpudentia vel fames duxit, ruentes), aut *malam* quasi *artem*, quam *κακοτεχνίαν* dicimus. Nam et fuisse multos et esse nonnullos existimo, qui facultatem dicendi ad hominum perniciem converterint. *Ματαιοτεχνία* quoque est quaedam id est superva- 3
cua artis imitatio, quae nihil sane neque boni neque mali habeat sed vanum laborem, qualis fuit illius, qui grana ciceris ex spatio distante missa in acum continue et sine frustratione inserebat, quem cum spectasset Alexander, donasse dicitur eiusdem leguminis modio: quod quidem praemium fuit illo

CAP. XX.

1. *nec vitup.* T. Amb. 1. *neque v.* Sp.
2. *Equidem et quidem* L. T.
dicendi docendi Sp. ex vitio typograph.
ἀτεχνία atexnia nom. T. *ατ. vocatur* L.
aut malam ad malam Amb. 1.
3. *ματαιοτεχνία Eas vero declamationes, quas quidam corruptius delectationis tantummodo causa decantant, non aliud esse Quintilianus affirmat quam fuisse dicitur, qui grana ciceris ex spacio distante missa in acum adversum sine frustratione inserebat: cui donari modium ciceris rex iussit, inhertem laborem ipso praemii genere testatus. Huic comparandi sunt, qui in declamationibus quas esse veritati dissimillimas volunt, multo se studio ac labore consumunt: et appellatur hoc a doctis ματαιοτεχνία quaedam supervacuae artis imitatio.* I. Victor A. Rh. p. 120.
neque — neque T. L. *nec — nec* Sp.
fuit illius illius fuit Sp.
distante distanti Amb. 1.
continue recepi e Gothano. *continuo* T. L. Sp.
inserebat inferebat 1 m T.
donasse donasse eum 2 m T.
praemium primum T.

4 opere dignissimum. His ego comparandos existimo, qui in declamationibus, quas esse veritati dissimillimas volunt, aetatem multo studio ac labore consumunt.

Verum haec, quam instituere conamur et cuius imaginem animo concepimus, quae bono viro con-
5 venit quaeque est vere rhetorice, virtus erit. Quod philosophi quidem multis et acutis conclusionibus colligunt, mihi vero etiam planiore hac proprieque nostra probatione videtur esse perspicuum.

Ab illis haec dicuntur. Si consonare sibi in faciendis ac non faciendis virtutis est, quae pars eius *prudentia* vocatur, eadem in dicendis ac non di-
6 cendis erit. Et si virtutes sunt, ad quas nobis, etiam ante quam doceremur, initia quaedam ac semina sunt concessa natura, ut ad iustitiam, cuius rusticis quoque ac barbaris apparet aliqua imago: nos certe sic esse ab initio formatos, ut possemus orare pro bonis etiamsi non perfecte, tamen ut inessent quaedam (ut dixi) semina eius facultatis, manifestum est.
7 Non eadem autem his natura artibus est, quae a virtute sunt remotae. Itaque cum duo sint genera orationis altera *perpetua*, quae *rhetorice* dicitur, altera *concisa*, quae *dialectice*, quas quidem Zenon

4. *vere rhet.* Amb. 1. *vera rhet.* T. L. Sp.
5. *hac propricque ac p.* L.
ac non hac non T.
virtutis est virtus virtutis est T. L. *virtus est* Amb. 1.
6. *possemus possumus* 1 m. *possimus* 2 m T.
pro bonis T. L. edd. omnes et codd. *pro nobis* Spald. errore typograph., etsi id ipsum reperitur in Amb. 1.
etiamsi om. *si* L.
7. *his natura natura est his art.* Amb. 1. *iis nat.* Sp.
a virtute ab virt. L.
altera perpetua Cassiodor. Rhet. Comp. p. 332. *Duo sunt orationis genera: alterum enim perpetuum est, quae Rhetorica dicitur: alterum concisum, quae Dialectica: quae quidem Zeno adeo coniunxit, ut hoc compressae in pugnum manui, illud explicatae simile diceret.* Conf. Quint. 2, 21, 13.
Zenon T. L. *Zeno* Sp. et Amb. 1.

adeo coniunxit, ut hanc compressae in pugnum manus, illam explicatae diceret similem: etiam disputatrix virtus erit; adeo de hac, quae speciosior atque apertior tanto est, nihil dubitabitur.

Sed plenius hoc idem atque apertius intueri ex 8
ipsis operibus volo. Nam quid orator in *laudando* faciet nisi honestorum ac turpium peritus? aut in *suadendo* nisi utilitate perspecta? aut in *iudiciis*, si iustitiae sit ignarus? Quid? non fortitudinem postulat res eadem, cum saepe contra turbulentas populi minas saepe cum periculosa potentium offensa nonnumquam ut iudicio Miloniano inter circumfusa militum arma dicendum sit: ut si virtus non est, ne perfecta quidem esse possit oratio. Quodsi ea in 9
quoque animalium est virtus, qua praestat cetera vel pleraque, ut in leone inpetus, in equo velocitas; hominem porro ratione atque oratione excellere ceteris certum est: cur non tam in eloquentia quam in ratione virtutem eius esse credamus, recteque hoc apud Ciceronem dixerit Crassus: *Est enim eloquentia una quaedam de summis virtutibus*, et ipse Cicero sua persona cum ad Brutum in epistolis tum 10
aliis etiam locis virtutem eam appellet?

explicatae T. Amb. 1. *explicitae* Sp.
tanto tanta est nihil dubitatur L.
8. *plenius planius* coni. Spald.
ac turpium atque t. L. *et t.* Amb. 1.
iudiciis iudicis 1 m T.
si iustitiae siustitiae T.
sit ignarus sit L.
turbulentas tribulendas 1 m T.
ut iudicio T. Amb. 1. *ut in iudicio* Sp.
circumfusa cumfusa T 1 m. *confusa* 2 m.
9. *anim. est est an.* L.
in ratione in oratione T.
eius om. Amb. 1.
dixerit T. L. Amb. 1. *dissrit* Sp. etsi et hoc probabat et *appellet*.
est enim de Orat. 3, 14. Non discrepat lectio.
10. *sua persona* T. L. *in sua persona* Sp. *a sua p.* Amb. 1.
aliis etiam locis Partitt. Oratt. c. 23. — omitt. *etiam* L.
appellet T. L. *appellat* Sp.

At prooemium aliquando ac narrationem dicet malus homo et argumenta, sic ut nihil sit in iis requirendum. Nam et latro pugnabit acriter, virtus tamen erit fortitudo, et tormenta sine gemitu feret malus servus, tolerantia tamen doloris laude sua non carebit. Multa fiunt eadem, sed aliter. Sufficiant igitur haec, quia de utilitate supra tractavimus.

Quae materia eius.

XXI. *Materiam* rhetorices quidam dixerunt esse *orationem*, qua in sententia ponitur apud Platonem Gorgias. Quae si ita accipitur, ut sermo quacumque de re compositus dicatur *oratio*, non materia sed opus est ut statuarii statua; nam et oratio efficitur arte sicut statua. Sin hac appellatione verba ipsa significari putamus, nihil haec sine rerum sub-
2 stantia faciunt. Quidam *argumenta persuasibilia:* quae et ipsa in parte sunt operis, et arte fiunt, et materia egent. Quidam *civiles quaestiones;* quorum opinio non qualitate, sed modo erravit; est
3 enim haec materia rhetorices, sed non sola. Quidam, quia virtus sit rhetorice, materiam eius *totam vitam* vocant. Alii, quia non omnium virtutum materia sit

at ad T.
ac narrationem L. T 1 m. Amb. 1. *ad narrat.* 2 m T. *et narr.* Sp.
dicet Amb. 1. *dicit* T. L. Sp.
iis T. *his* Sp. — om. *in iis* L.
tractavimus diximus L.

CAP. XXI.

1. *Gorgias* p. 9. *Ἴθι δή μοι ἀπόκριναι οὕτω καὶ περὶ τῆς ῥητορικῆς, περὶ τί τῶν ὄντων ἐστὶν ἐπιστήμη. Γοργίας. Περὶ λόγους.*
sin sinn (i. e. *si non*) T. L.
significari significata iri Amb. 1.
2. *non qualitate* talis est quidem materia, sed pars tantum rhetoricae civiles sunt quaestiones.
3. *quidam, quia quidem* T 2 m.
materia sit s. m. L.

tota vita, sed pleraeque earum versentur in partibus, sicut *iustitia*, *fortitudo*, *continentia* propriis officiis et suo fine intelliguntur, rhetoricen quoque dicunt in una aliqua parte ponendam: eique locum in ethice *negotialem* adsignant id est πραγματικόν.

Ego (neque id sine auctoribus) materiam esse 4
rhetorices iudico, *omnes res quaecumque ei ad dicendum subiectae sunt*. Nam Socrates apud Platonem dicere Gorgiae videtur, *non in verbis esse materiam sed in rebus;* et in Phaedro palam non in iudiciis modo et concionibus sed in rebus etiam privatis ac domesticis rhetoricen esse demonstrat. Quo manifestum est hanc opinionem ipsius Platonis fuisse. Et Cicero quodam loco materiam rhetorices 5
vocat res, quae subiectae sint ei, sed certas demum putat esse subiectas. Alio vero de omnibus rebus oratori dicendum arbitratur his quidem verbis, *Quamquam vis oratoris professioque ipsa bene dicendi hoc suscipere ac polliceri videatur, ut omni de re, quaecumque sit proposita, ornate ab eo copioseque dicatur.* Atque adhuc alibi, *Vero enim oratori,* 6
quae sunt in hominum vita, quandoquidem in ea versatur orator atque ea est ei subiecta materies,

earum om. L.
πραγματικόν *pragmaticon* T.
4. *subiectae sunt* T. L. Amb. 1. *s. erunt* Sp.
in Phaedro p. 69.
5. *Cicero quodam loco* de Orat. 1, 15. (de Inv. 1, 5.)
sint T. Amb. 1. *sunt* Sp.
alio de Or. 1, 6.
ac polliceri om. *ac* L.
videatur quae lectio etiam in Cicerone recipienda fuit. Caeterum non discrepat lectio.
6. *alibi* de Or. 3, 14.
Vero enim oratori sic T. L. prob. Zumpt. Amb. 1. siletur. eandemque lectionem ad Ciceronis locum Lambinus probaverat. *verum enim oratori* Spald. Ceterum *verum enim* non in duobus tantum Terentii locis legitur, ut Spald. dicit, sed saepius. Cicer. Epist. ad Famil. V, 21 *Verum enim scribam*. Conf. Mercer. ad Nonium Marc. p. 669. — *Vero* quidem nostro loco pro adiectivo habeo.
materies T. L. Amb. 1. quae Ciceronis est forma. *materia* Sp. quod apud Quintil. est in usu.

omnia quaesita, audita, lecta, disputata, tractata, agitata esse debent.

7 Hanc autem, quam nos *materiam* vocamus, id est, res subiectas, quidam modo infinitam modo non propriam rhetorices esse dixerunt, eamque artem *circumcurrentem* vocaverunt, quod in omni materia 8 diceret. Cum quibus mihi minima pugna est. Nam de omni materia dicere eam fatentur: propriam habere materiam, quia multiplicem habeat, negant. Sed neque infinita est, etiamsi est multiplex: et aliae quoque artes minores habent multiplicem materiam velut *architectonice:* namque ea in omnibus, quae 9 sunt in aedificio utilia, versatur; et *caelatura*, quae auro, argento, aere, ferro opera efficit. Nam *scalptura* etiam lignum, ebur, marmor, vitrum, gemmas praeter ea quae supra dixi, complectitur. 10 Neque protinus non est materia rhetorices, si in eadem versatur et alius. Nam si quaeram, quae sit materia statuarii, dicetur *aes:* si quaeram, quae sit excusoris id est eius fabricae, quam Graeci *χαλκευτικὴν* vocant, similiter *aes* esse respondeant. Atqui 11 plurimum statuis differant vasa. Nec medicina ideo non erit ars, quia unctio et exercitatio cum palae-

lecta electa Amb. 1.

7. *infinitam — propriam infinita — propria* T. L.

8. *cum quibus* non *quibuscum* ut 3, 5, 3.

habent m. m. habent L.

in aedificio F. omitt. *in* Sp,

9. *scalptura* Inter *scalpturam* et *sculpturam* nihil interest nisi mutatio vocis. Scalptura enim vel sculptura semper caelaturae opponitur, non scalptura sculpturae. — *scalpt.* legitur in Tur. L. *sculptura* Sp. Disputavit de his verbis Heindorf ad Horat. Serm. 2, 3, 22.

lignum ligna Amb. 1.

10. *eius fabricae f. eius* Amb. 1.

statuis T. L. Amb. 1. *a statuis* Sp. Plin. H. N. IX, 35 *Conchae conchis differunt.* Zumpt laudat etiam 12, 10, 1., idemque recepit Gernh.

differant T. L. Amb. 1. *differunt* Sp.

11. *unctio iunctio* 1 m T.

strica, ciborum vero qualitas etiam cum cocorum ei sit arte communis.

Quod vero de bono, utili, iusto disserere phi- 12
losophiae officium esse dicunt, non obstat. Nam cum philosophum dicunt, hoc accipi volunt virum bonum. Quare igitur oratorem, quem a bono viro non separo, in eadem materia versari mirer? cum 13
praesertim primo libro iam ostenderim, philosophos omissam hanc ab oratoribus partem occupasse, quae rhetorices propria semper fuisset, ut illi potius in nostra materia versentur. Denique cum sit *dialectices materia* de rebus subiectis disputare, sit autem dialectice oratio concisa, cur non eadem perpetuae quoque materia videatur?

Solet a quibusdam et illud poni, *Omnium igi-* 14
tur artium peritus erit orator, si de omnibus ei dicendum est. Possem hic Ciceronis respondere verbis, apud quem hoc invenio, *Mea quidem sententia nemo esse poterit omni laude cumulatus orator, nisi erit omnium rerum magnarum atque artium scientiam consecutus:* sed mihi satis est eius esse oratorem rei, de qua dicet, non inscium. Ne- 15
que enim omnes causas novit, et debet posse de omnibus dicere. De quibus ergo dicet? de quibus didicit. Similiter de artibus quoque, de quibus dicendum erit, interim discet: et de quibus didicerit, dicet.

cocorum *coquorum* Sp. cf. 2, 15, 25.
12. *philosophum* *philosophorum* T.
quare T. L. Amb. 1. *cur* Sp.
13. *primo libro* Prooem. 17.
sit autem *sit tamen* T.
materia *materiae* T. L. Amb. 1.
14. *poni* *opponi* Amb. 1.
peritus *erit p.* L.
Ciceronis de Orat. 1, 6.
esse poterit *poterit esse* Cicero.
dicet Amb. 1. Sp. *dicite* T 1 m. *dicit* 2 m T. L.
15. *dicet* *dicit* Amb. 1.

16 Quid ergo? non faber de fabrica melius aut de musice musicus? Si nesciat orator, quid sit, de quo quaeratur, plane melius; nam et litigator rusticus inlitteratusque de causa sua melius quam orator, qui nescit quid in lite sit: sed accepta a musico, a fabro sicut a litigatore melius orator quam
17 ipse qui docuerit. Verum et *faber*, cum de *fabrica* et *musicus*, cum de *musica*, si quid confirmationem desideraverit, dicet; non erit quidem orator, sed faciet illud quasi orator, sicut cum vulnus imperitus deligabit, non erit medicus, sed faciet ut medicus.

18 An huiusmodi res neque *in laudem* neque *in deliberationem* neque *in iudicium* veniunt? Ergo cum de faciendo portu Ostiensi deliberatum est, non debuit dicere sententiam orator? atqui opus erat ra-
19 tione architectorum. Livores et tumores in corpore cruditatis an veneni signa sint, non tractat orator? at est id ex ratione medicinae. Circa mensuras et numeros non versabitur? dicamus has geometriae esse partes. Equidem omnia fere posse credo casu aliquo venire in officium oratoris; quod si non accidet, non erunt ei subiecta.

* 16. *non faber de* Amb. 1. *non faber aut de fabrica* T. L. *non aut faber de f.* Sp.
quaeratur T. L. Amb. 1. *quaeritur* Sp.
de causa sua de sua c. L.
qui nescit quid nesciet Amb. 1. a 1 m. *qui id nesciet* a 2 m.
sit: sed, sit, dicet: sed Sp. omissio verbi etiam Spald. elegantior est visa. — *qui nesciet quid sit in lite sit, sed* L. omitt. *dicet* etiam in Amb. 1.
sicut om. L.
ipse qui om. *qui* L.
17. *erit quidem quidem e.* Amb. 1.
deligabit deligavit T.
18. *neque — neque — neque* T. L. Amb. 1. *nec — nec — nec* Sp.
Ostiensi ostensi T. 1 m. Amb. 1.
19. *tractat tactat* 1 m T.
versabitur conversabitur T. L.
dicamus dicam Amb. 1.
fere posse credo f. cr. p. Amb. 1. *cr. f. p.* L.

Ita sic quoque recte diximus, *materiam rhetorices esse omnes res ad dicendum ei subiectas;* quod quidem probat etiam sermo communis. Nam, cum aliquid, de quo dicamus, accepimus, positam nobis esse materiam frequenter etiam praefatione testamur. Gorgias quidem adeo rhetori de omnibus rebus putavit esse dicendum, ut se in auditoriis interrogari pateretur, qua quisque de re vellet. Hermagoras quoque dicendo materiam esse in causa et in quaestionibus omnes res subiectas erat complexus. Sed quaestiones si negat ad rhetoricen pertinere, dissentit a nobis: si autem ad rhetoricen pertinent, ab hoc quoque adiuvamur. Nihil est enim, quod non in causam aut quaestionem cadat. Aristoteles tris faciendo partes orationis *iudicialem deliberativam demonstrativam* paene et ipse oratori subiecit omnia; nihil enim non in haec cadit.

Quaesitum a paucissimis et de *instrumento* est. *Instrumentum* voco, *sine quo formari materia in id, quod velimus effici, opus non possit.* Ve-

20. *accepimus* accipimus L.

21. *de o. rebus* Amb. 1. om. *rebus* T. L. Sp.

in causa et in quaestionibus Cic. de Inv. 1, 6 *Hermagoras quidem, nec quid dicat attendere, nec quid polliceatur, intelligere videtur; qui oratoris materiam in causam et in quaestionem dividat. Causam esse dicit rem, quae habeat in se controversiam in dicendo positam cum personarum certarum interpositione. — Quaestionem autem eam appellat, quae habeat in se controversiam in dicendo positam sine certarum personarum interpositione. — Causa* ergo est quaestio certa, *quaestio* est quaestio infinita et disputatio universalis.

22. *ad rhetoricen pertinent ad rhetorem p.* Amb. 1.

ab hoc ad hoc 1 m T.

aut quaestionem T. L. fort. Amb. 1. Spald. placebat cum edd. quibusdam *aut in quaestiones.* prob. Gernh. sed ipse Cicero singularem defendit de Invent. 1, 6 *qui oratoris materiam in causam et in quaestionem dividat.* Porro Quintilianus praepositiones non repetere solet, Cicero autem plerumque id facit.

23. *tris tres* 2 m T. Sp.

24. *et de i.* T. L. Amb. 1. *etiam de i.* Sp.

est et T. L.

materia in id Amb. 1. tam interpunctionem post *velimus* sustuli, cum *effici* ab eo pendeat. nam illa *in id, quod velimus effici,*

rum hoc ego non artem credo egere, sed artificem. Neque enim scientia desiderat instrumentum, quae potest esse consummata, etiamsi nihil faciat; sed ille artifex ut caelator caelum et pictor penicilla. Itaque haec in eum locum, quo *de oratore* dicturi sumus, differamus.

M. FABI QUINTILIANI
AD VICTORIUM MARCELLUM
INSTITUTIONUM ORATORIARUM
LIBER TERTIUS.

De scriptoribus artis rhetoricae.

I. Quoniam in libro secundo quaesitum est, quid esset *rhetorice* et quis *finis* eius, *artem* quoque esse eam et *utilem* et *virtutem*, ut vires nostrae tulerunt, ostendimus, *materiamque* ei res omnes, de quibus dicere oporteret, subiecimus: iam hinc, unde coeperit, quibus constet, quo quaeque in ea modo invenienda atque tractanda sint, exequar, intra quem modum plerique scriptores Artium con-

opus unum sensum efficiunt. Tur. dat *materia et in id.* Spald. dabat: *materia, et in id, quod velimus, effici opus non possit,* sed aut *et* aut *in* omittendum putabat. Gernh. hoc coniecit: *sine quo formari materia in id, quod velimus, et effici opus non possit.*
ille artifex T. L. fort. Amb. 1. *ille opifex* Sp.
penicilla penicillam 2 m T.
in eum locum l. 12. c. 5.
dicturi tractaturi L.

LIB. III. CAP. I.

1. *quoniam quomodo* 1 m L. *quando* 2 m L.
esse eam T. L. Amb. 1. *eam esse* Sp.

stiterunt, adeo ut Apollodorus contentus solis iudicialibus fuerit. Nec sum ignarus, hoc a me prae- 2
cipue, quod hic liber inchoat, opus studiosos eius desiderasse, ut inquisitione opinionum, quae diversissimae fuerunt, longe difficillimum, ita nescio an minimae legentibus futurum voluptati, quippe quod prope nudam praeceptorum traditionem desideret: in ceteris enim admiscere temptavimus aliquid nito- 3
ris, non iactandi ingenii gratia (namque in id eligi materia poterat uberior), sed ut hoc ipso alliceremus magis iuventutem ad cognitionem eorum, quae necessaria studiis arbitrabamur, si ducti iucunditate aliqua lectionis libentius discerent ea, quorum ne ieiuna atque arida traditio averteret animos, et aures praesertim tam delicatas raderet, verebamur. Qua 4
ratione se Lucretius dicit praecepta philosophiae carmine esse complexum: namque hac, ut est notum, similitudine utitur:

Ac veluti pueris absinthia tetra medentes
Cum dare conantur, prius oras pocula circum
Adspirant mellis dulci flavoque liquore,

Apollodorus *Appollodorus* T. *apullod.* Amb. 1.

2. *minimae* Amb. 1. Sp. *minime* T. Etiam Lochmannus receptam suasit. Defenditur *minime* a Gernh.

3 *temptavimus* *temptabimus* Amb. 1.
poterat *poterit* T.

arbitrabamur secutus sum Lochmannum, qui hanc lect. ex Ienson. recepit. Florent. quoque eam habet. necessaria mutatio, quae sequenti *verebamur* manifesto probatur. Ceteri legunt *arbitramur*. Conf. Prooem. lib. 1. 25 *Ideoque nos non particulam illam sicut plerique, sed quidquid utile ad instituendum oratorem putabamus, in hos duodecim libros contulimus.*

ne *nene* T 1 m. *nec iei.* Amb. 1. a 2 m.
averteret *everteret* T.
raderet *radere* Amb. 1.

4. *Lucretius* 1. 934. 4, 11.

ac veluti Nunc in priore loco Lucretii *sed veluti*, secundo *nam veluti* legitur. At Nonius quoque s. v. *tetrum* similiter laudat *Ac veluti*. Spald. coniecit *at*.

adspirant nunc in edd. legitur *contingunt*. Ex diversa operis editione varietas haec fluxit. Amb. 1. dat *inspirant*.

flavoque *favoque* T.

5 et quae sequuntur. Sed nos veremur, ne parum hic liber mellis et absinthi multum habere videatur, sitque salubrior studiis quam dulcior. Quin etiam hoc timeo, ne ex eo minorem gratiam ineat, quod pleraque non inventa per me, sed ab aliis tradita continebit, habeat etiam quosdam, qui contra sentiant et adversentur, propterea quod plurimi auctores, quamvis eodem tenderent, diversas tamen vias munierunt atque in suam quisque induxit sequentes. 6 Illi autem probant qualecumque ingressi sunt iter, nec facile inculcatas pueris persuasiones mutaveris, 7 quia nemo non didicisse mavult quam discere. Est autem, ut procedente libro patebit, infinita dissensio auctorum, primo ad ea, quae rudia atque imperfecta adhuc erant, adicientibus quod invenissent scriptoribus, mox ut aliquid sui viderentur adferre, etiam recta mutantibus.

8 Nam primus post eos, quos poetae tradiderunt, movisse aliqua circa rhetoricen Empedocles dicitur. Artium autem scriptores antiquissimi Corax et Tisias Siculi, quos insecutus est vir eiusdem insulae Gorgias Leontinus Empedoclis (ut traditur) discipu-

sequuntur secuntur T.

5. *sed nos veremur nos* abesse malim. Lochmannus e Gothano recepit *sed nunc veremur*. Iensoniana habet *sed nos nunc veremur*. Consecutio sententiarum haec est: In ceteris operis mei libris admiscere temptavimus aliquid nitoris, sed veremur, ne parum hic tertius liber, qui nudam praeceptorum traditionem continet, mellis et absinthii multum habere videatur, sitque salubrior studiis quam dulcior.

absinthi absinti 1 m T. *absintii* 2 m T. *absinthii* Sp.

munierunt hanc lect. etiam Lochmannus probavit. — *munierunt* Amb. 1.

induxit produxit Amb. 1. qui voluerat fort. *perduxit*, ut Zumpt. adiecit.

6. *illi autem probant illi* scil. *sequentes* id est discipuli.

7. *primo primum* Amb. 1 a 2 m.

8. *Empedocles enpedocles* T. mox *enpedoclis* T.

Gorgias Gorgiam artem rhetoricam, quam quidem non Quintilianus solum sed etiam Diogenes et Dionysius agnoscunt, composuisse negat Spengel l. l. p. 81 sqq., Aristotelis maxime loco commotus Sophist. Elench. p. 638. Buhle., cui tamen nimium tribuere

lus. Is beneficio longissimae aetatis (nam centum 9
et novem vixit annos) cum multis simul floruit, ideo-
que et illorum, de quibus supra dixi, fuit aemulus
et ultra Socraten usque duravit. Thrasymachus Chal- 10
cedonius cum hoc et Prodicus Ceus et Abderites
Protagoras, a quo decem milibus denariorum didi-
cisse artem, quam edidit, Evathlus dicitur, et Hip-
pias Elius, et [quem Palameden Plato appellat]

videatur. Ceterum hic Spengelii liber multas habet virtutes, quamvis non satis sit elaboratus.

ut traditur Dubitat de veritate huius rei etiam Geel in hist. crit. Sophistarum p. 15. „*Gorgiam magistrum habuisse Empedoclem diserte ex Satyro refert Diog. l. VIII.* 58. *quocum consentit Suidas. At potius Empedoclis familiaris fuisse videtur: floruit enim Empedocles circa Ol.* 84. (*vid. Menag. ad Diog. l. VII.* 51.) *quo tempore ipse Gorgias erat circiter* 50 *annos natus, ut simul in eodem genere elaboravisse putandi sint, cum dicatur ipse Empedocles πρῶτος ῥητορικὴν εὑρεῖν.*“ — Idem in Addendis p. 253 dicit: *Diserte Leontinus noster discipulus Empedoclis ab Olympiodoro vocatur.*

9. *ultra Socraten u. duravit* H. E. Foss in Commentatione de Gorgia Leontino. (Halis 1828.) p. 11. statuit, eum Ol. 98, 1. mortuum, Ol. 71, 2. autem natum esse. Socrates diem obiit Ol. 95, 1. — *Socraten* dat T. L. *Socratem* Sp.

10. *Thrasymachus therasymachus* T.
Chalcedonius Calchedonius T.
Ceus sic scripsi. *Chius* T. L. Amb. 1. *Cius* Sp.
milibus millibus Sp.
Evathlus evathius T. L. Amb. 1.
Elius T. L. *Eleus* Sp.

[*quem Palameden P. appellat*] haec a lectore quodam in margine adscripta magnum continent errorem, cui occasionem dedit *Elaeites Alcidamas*; Elaeiten enim confudit iste cum Eleatico. Elaeites i. e. ex Elaea, urbe Aeolum ortus, Eleaticus i. e. ex Elea sive Velia Italorum urbe ortus. Extat Platonis locus in Phaedro p. 69. *ἀλλ' ἦ τὰς Νέστορος καὶ Ὀδυσσέως τέχνας μόνον περὶ λόγων ἀκήκοας, ἃς ἐν Ἰλίῳ σχολάζοντε συνεγραψάτην, τῶν δὲ Παλαμήδους ἀνήκοος γέγονας*; et Phaedrus respondet: *καὶ ναὶ μὰ Δί' ἔγωγε τῶν Νέστορος, εἰ μὴ Γοργίαν Νέστορά τινα κατασκευάζεις ἢ τινα Θρασύμαχόν τε καὶ Θεόδωρον Ὀδυσσέα. — Σωκρ. τὸν οὖν Ἐλεατικὸν Παλαμήδην λέγοντα οὐκ ἴσμεν τέχνῃ, ὥστε φαίνεσθαι τοῖς ἀκούουσι τὰ αὐτὰ ὅμοια καὶ ἀνόμοια καὶ ἓν καὶ πολλὰ μένοντά τε αὖ καὶ φερόμενα*; Verisimile autem est, Platonem intelligere Zenonem Eleaticum. Quare nostra verba glossatori tribuerunt Spaldingius et Heindorfius ad h. Platonis locum. — Praeterea in Tur. *pameden*, in Lassb. *palamiden* scribitur. Alcidamantis mentionem apud Platonem nullam invenimus.

11 Alcidamas Elaeites. Antiphon quoque et orationem primus omnium scripsit, et nihilo minus et Artem ipse composuit, et pro se dixisse optime est creditus, etiam Polycrates, a quo scriptam in Socraten diximus orationem, et Theodorus Byzantius, ex iis
12 et ipse, quos Plato appellat λογοδαιδάλους. Horum primi communes locos tractasse dicuntur Protagoras, Gorgias, affectus Prodicus et Hippias et idem Protagoras et Thrasymachus. Cicero in Bruto negat ante Periclea scriptum quicquam, quod ornatum oratorium habeat; eius aliqua ferri. Equidem non reperio quicquam tanta eloquentiae fama dignum;

Elaeites *Eleites* T. L. receptam probavit etiam Oudendorp ad Frontin. IV, 5, 16. In Athenaeo p. 592 Ἀλκιδάμας ὁ Ἐλαΐτης in edit. Dindorfii legitur, ubi ex Spaldingii iudicio ὁ Ἐλαιίτης recipiendum fuit. — Amb. 1. *elaites.*

11. *Antiphon* Conferatur de hoc praeter Ruhnkenium Spengel p. 112 sqq.

et artem ipse A. *artem et ipse* T. L. Sp. om. *et* edd. aliquot probante Gernh. Add.

est creditus conf. Thucyd. 8, 68.

Polycrates *Policrates* T. Conf. 2, 17, 4.

Byzantius *bizantius* T.

ex iis *et his* L.

λογοδαιδάλους *logodedulos* T. Amb. 1.

12. *Protagoras*, *Gorgias* Cic. Brut. c. 12 *scriptasque fuisse et paratas a Protagora rerum illustrium disputationes, quae nunc communes appellantur loci. Quod idem fecisse Gorgiam, cum singularum rerum laudes vituperationesque conscripsisset.*

affectus — *Thrasymachus* haec debemus Amb. 1., ad quem locum Zumpt „*insignis scriptura*, inquit, *optimi libri lucem accipit a Platone Phaedr. p. 267. c., qui diserte tradit, Thrasymachum affectibus movendis studuisse.*“ Plures autem auctores Thrasymachi librum, Ἕλεοι i. e. Ars iudices commovendi inscriptum, attulerunt. Plato Phaedr. p. 82. Bekk. Aristot. Rhet. 3, 1. p. 163. — Tur. Lassb. ceteri codd. et edd. dant *horum primi communes loco stractasse dicuntur Protagoras, Gorgias, Prodicus et Thrasymachus.* Memoratur infra (4, 1, 74.) aliquid, quod fortasse ex eodem Prodici libro de affectibus sumptum est; aliud fragmentum Prodici et Hippiae apud Spengel legitur e codice Monacensi erutum in Artium Scriptoribus p. 213.

Cicero in Bruto c. 7.

Periclea T. L. Amb. 1. ceteri codd. *Periclem* Sp.

non reperio quidquam 12, 2, 22. 12, 10, 49. Spengel l. l. p. 61. — Tur. habet *repperio.*

tanta eloquentiae *tantae el.* Amb. 1.

ideoque minus miror esse, qui nihil ab eo scriptum putent, haec autem, quae feruntur, ab aliis esse composita. His successere multi, sed clarissimus 13
Gorgiae auditorum Isocrates, quamquam de praeceptore eius inter auctores non convenit; nos autem Aristoteli credimus. Hinc velut diversae secari coe- 14
perunt viae. Nam et Isocratis praestantissimi discipuli fuerunt in omni studiorum genere: eoque iam seniore (octavum enim et nonagesimum implevit annum) postmeridianis scholis Aristoteles praecipere artem oratoriam coepit noto quidem illo (ut traditur) versu ex Philocteta frequenter usus:

Αἰσχρὸν σιωπᾶν, κἰσοκράτην ἐᾶν λέγειν.

13. *Aristoteli credimus* „*hoc fortasse sumtum ex Aristotelis τεχνῶν συναγωγῇ.*“ Spengel p. 2. Idem confirmat Cicero in Oratore c. 52, 176.

14. *postmeridianis* T. *pomeridianis* Sp.

Philocteta Philotecta T.

κἰσοκράτην In hoc vexato loco Spaldingii sententiam non secutus sum, qui graecum versum damnavit, latinam autem interpretationem integram esse dixit. Ac vidi nuper in praelectionibus F. A. Wolfii ab Orellio meo editis p. 331., hunc quoque a Spaldingii iudicio abhorruisse. Dicit enim, versum illum sic esse legendum *αἰσχρὸν σιωπᾶν κ' Ἰσοκράτην ἐᾶν λέγειν*, latinam autem interpretationem ab alio, non a Quintiliano esse adiectam. — In Turicensi versus sic legitur: *AICXPONTICOKPAHNHAN AEΓEIN*, non ut Spaldingius hunc laudat *αισχρον τ ισοκρατην λεγειν.* in Lassberg.: *αισχρον σιωπαν και Ισοκρατη εαν λεγειν.* De versu dubitari non potest: in voce *κἰσοκράτην* tres ultimae syllabae anapaestum quarto loco efficiunt, quod in versu comico et praecipue in nomine proprio non prorsus alienum est, ut Buttmannus allato hoc ipso exemplo testatur in Grammat. Gr. maiore pag. 122., cui accedit Zumpt. Eundem versum et integriorem quidem Sopater atque Syrianus ad Hermogenem 120. laudarunt, quem Spengelius attulit locum p. 167.: *τέταρτον τὸ πᾶσαν ἐν λόγοις ἔννοιαν ἧτις πρὸς ἅπασαν ἐπιστήμην χρήσιμος, ἐκ ταύτης ἡμῖν περιγίγνεσθαι, ὅθεν καὶ Ἀριστοτέλης ἐν ταῖς δειλιναῖς προσόδοις τῶν ἑταίρων ῥητορικὰ προβλήματα μελετᾶν αὐτοὺς κατηνάγκαζε δύο τέχνας φάσκων εἶναι τοῦ πείθειν ἐν λόγοις ῥητορικὴν καὶ διαλεκτικὴν τὴν μὲν εἰποτάδην, διαλεκτικὴν δὲ ἐν τῷ διαλέγεσθαι, καὶ συνεχῶς ἐπερόα*

αἰσχρὸν σιωπᾶν. Ἰσοκράτην δ' ἐᾶν λέγειν.

Mire hoc de versu praecepit Heynius ad Homer. Iliad. 24, 556. p. 716. „*Extrudendum erat ultimum vocab. λέγειν, ut saltem iambicus prodiret*

αἰσχρὸν | σιω | πᾶν καὶ | Ἰσο | κράτην | ἐᾶν.

[Turpe esse tacere, et Isocraten pati dicere.] Ars est utriusque, sed pluribus eam libris Aristoteles complexus est. Eodem tempore Theodectes
15 fuit, de cuius opere supra dictum est. Theophrastus quoque Aristotelis discipulus de *rhetorice* diligenter scripsit: atque hinc vel studiosius philosophi quam rhetores, praecipueque Stoicorum ac Peripa-
16 teticorum principes. Fecit deinde velut propriam Hermagoras viam, quam plurimi sunt secuti, cui maxime par atque aemulus videtur Athenaeus fuisse. Multa post Apollonius Molon, multa Areus, multa

Licebat nunc forte quoque per malevolentiam aut accipere absolute dictum ἐᾶν mittere, nil curare, aut supplere quod quis vellet; si honorificum, erat, ut λέγειν subintelligeretur." Aliud singulare iudicium ad hanc quaestionem pertinens protulit A. Matthiae in Fragmentis Euripidis p. 286.; putat enim id, quod Cicero et Quintilianus narrent, contra Isocraten hoc versu usum esse Aristotelem, temporum rationibus repugnare, et fortasse de Aristotele non Stagirita, sed Siculo valere, quam opinionem olim Hieron. Wolffius in Comment. ad Cicer. Offic. 1, 1. primus protulerat. — Nemo, opinor, hoc verum esse putabit. Cum ergo versus bene se habeat, et multo sit verisimilius, latinam interpretationem a librario quodam esse additam quam versum graecum, praesertim cum ex Cicerone de Orat. 3, 35. verba latina sumi possent, haec uncis includenda esse iudicavi. — Versus quidem Hermanno iudice ad Diogen. Laert. V. 1. ed. Huebneri, Euripideus est. Apud Spald. versus sic legitur: *Αἰσχρὸν σιωπᾶν, καὶ Ἰσοκράτην ἐᾶν λέγειν.* Omitt. versus graecus in Amb. 1. quod ego librariorum negligentiae tribuo. (Conf. Spald. Praefat. T. III. p. VIII.)

esse tacere esse se tacere Amb. 1 a 2 m.

et Isocraten T. L. Amb. 1. *Isocratem* Sp.

pluribus libris ut *τὰ Θεοδεκτεῖα, Γρύλλος, Σοφιστὴς* praeter Rhetoricorum libros tres.

cuius quibus 1 m T.

supra 2, 15, 10.

15. *studiosius studiosus* 1 m *studiosos* 2 m T.

philosophi philosophiae T. *philosophiae quam rhetorices* Amb. 1.

praecipueque praecipue st. atque p. L.

16. *Apollonius Molon appollonius* Tur. ut mox *appolloniae.* De hoc rhetore vide Spald., cui assentitur F. A. Wolfius ad Sueton. Caesar. c. 4.

Caecilius fragmentum huius viri rhetorices in Phoebamonis scholiis ad Alexandri schemata p. 588 extat, ut ex Spengelii libro vidi p. 180.: *Καικίλιος ὁ Καλανδίτης* (lege *Καλακτίτης* cum Spald. ad lib. 9, 1, 12.) *ὡρίσατο οὕτως· σχῆμά ἐστι τρόπος εἰς τὸ μὴ κατὰ φύσιν τὸ τῆς διανοίας καὶ λέξεως*, et aliquot apud Photium in Biblioth. ubi vid. Indicem edit. Bekk.

Caecilius et Halicarnasseus Dionysius. Praecipue ta- 17
men in se converterunt studia Apollodorus Pergamenus, qui praeceptor Apolloniae Caesaris Augusti fuit, et Theodorus Gadareus, qui se dici maluit Rhodium: quem studiose audisse, cum in eam insulam secessisset, dicitur Tiberius Caesar. Hi diver- 18
sas opiniones tradiderunt, appellatique inde *Apollodorei* ac *Theodorei* ad morem certas in philosophia sectas sequendi. Sed Apollodori praecepta magis ex discipulis cognoscas, quorum diligentissimus in tradendo fuit Latine C. Valgius, Graece Atticus. Nam ipsius sola videtur Ars edita ad Matium, quia ceteras missa ad Domitium epistola non agnoscit. Plura scripsit Theodorus, cuius auditorem Hermagoran sunt qui viderint.

Romanorum primus (quantum ego quidem 19
sciam) condidit aliqua in hanc materiam M. Cato ille Censorius, post M. Antonius inchoavit; nam hoc solum opus eius atque id ipsum inperfectum manet. Secuti minus celebres, quorum memoriam, si quo

Halicarnasseus Halicarnaseus Dyonisius T.
17. *Gadareus gadcseus* Amb. 1.
maluit mavult T.
Tiberius Titus T. Amb. 1. a 2 m.
18. *ac Theodorei* T. L. *et Th.* Sp.
fuit Latine T. fort. Amb. 1. *Latine fuit* Sp. *in tractando fuit lat.* L.
Valgius 3, 5, 17 *Causam finit Apollodorus, ut interpretatione Valgi discipuli eius utar.* etc. — *gaius valgius* Amb. 1.
Matium mattium Amb. 1.
Hermagoran T. L. *Hermagoram* Sp. et Amb. 1., ut videtur.
19. *condidit tradidit* Obr. fort. Amb. 1. qui siletur.
in hanc materiam T. L. Amb. 1. et cett. codd. *in hac materia* Sp.
M. Cato m. Cato m. antonius ille censorius inchoavit T. *m. Cato post m. antonius ille censorius* L. Amb. 1. — Scripsit Cato librum de Oratore, cuius fragmentum quoddam extat apud Iulium Victorem p. 5. „*Scire autem est rem, de qua dicturus sis, universam ante pernoscere: in hanc rem constat etiam Catonis praeceptum paene divinum, qui ait rem tene, verba sequentur,*“ quod Horatius expressit in Arte po. 311.
celebres celebres dederit T. — non intelligo, quid sub hoc vocabulo lateat. — abest autem a Lassb. et Amb. 1.

20 loco res poscet, non omittam. Praecipuum vero lumen sicut eloquentiae, ita praeceptis quoque eius dedit unicum apud nos specimen orandi docendique oratorias artes M. Tullius, post quem tacere modestissimum foret, nisi et rhetoricos suos ipse adolescenti sibi elapsos diceret, et in oratoriis haec minora, quae plerumque desiderantur, sciens omisisset.

21 Scripsit de eadem materia non pauca Cornificius, aliqua Stertinius, nonnihil pater Gallio, accuratius vero priores Gallione Celsus et Laenas et aetatis nostrae Verginius, Plinius, Tutilius. Sunt et hodie clari eiusdem operis auctores, qui si omnia complexi forent, consuluissent labori meo: sed parco nominibus viventium; veniet eorum laudi suum tempus: ad posteros enim virtus durabit, non perveniet invidia.

22 Non tamen post tot ac tantos auctores pigebit meam quibusdam locis posuisse sententiam. Neque enim me cuiusquam sectae velut quadam superstitione imbutus addixi, et electuris quae volent fa-

20. *adolescenti* *adulescenti* T.
plerumque desiderantur T. Amb. 1. *plerique desiderantur* L 1 m. *plerique desiderant* L 2 m. Sp.
21. *scripsit* *et scripsit* T. L.
Cornificius *Corvinius* L.
Stertinius *strestinius* T.
Celsus De Cornelii Celsi vita disputationem scripsit M. G. Schilling Lipsiae 1824., in qua statuit Celsum adolescentem rhetorica composuisse et primis quidem Augusti annis, medicorum autem editionem removendam esse ad annos eiusdem imperatoris extremos, Gallionem porro, Celsi aequalem, scripta rhetorica multo post Celsum edidisse; tamen, si qua restet loci difficultas, interpunctione eum restitui posse, commate post vocem *Gallione* posito, ut *priores* ad *Cornificium* et *Stertinium* potius referatur quam ad *Celsum* et *Laenatem*. Vid. p. 24 — 33.
Laenas sic Tur. Amb. 1. L. Sp. — priores edd. *Lenas*.
Verginius T. L. Amb. 1. *Virginius* Sp. conf. 2, 14, 2. 4, 1, 28. *Verginius*.
Tutilius Amb. 1. Sp. *Tutillius* T. L. Conf. Ruhnk. praefat. ad Rutil. Lup. p. XI. sqq.
auctores T. L. fort. Amb. 1. *scriptores* Sp.
22. *cuiusquam* T. L. *cuiusdam* Sp. errore typogr.

cienda copia fuit, sicut ipse plurium in unum confero inventa, ubicumque ingenio non erit locus, curae testimonium meruisse contentus.

Quod initium rhetorices.

II. Nec diu nos moretur quaestio, *quae rhetorices origo sit.* Nam cui dubium est, quin sermonem ab ipsa rerum *natura* geniti protinus homines acceperint (quod certe principium est eius rei), huic studium et incrementum dederit *utilitas*, summam *ratio* et *exercitatio?* Nec video, quare curam 2
dicendi putent quidam inde coepisse, quod ii, qui in discrimen aliquod vocabantur, accuratius loqui defendendi sui gratia instituerint. Haec enim ut honestior causa, ita non utique prior est, cum praesertim accusatio praecedat defensionem, nisi quis dicet etiam gladium fabricatum ab eo prius, qui ferrum in tutelam sui quam qui in perniciem alterius compararit. Initium ergo dicendi dedit *natura*, ini- 3
tium artis *observatio.* Homines enim sicut in medicina, cum viderent alia salubria alia insalubria, ex

CAP. II.

1. *acceperint acceperunt* T. Amb. 1.
quod certe — eius rei i. e. rhetoricae vel eloquentiae. Spaldingio frigere videbatur haec parenthesis, et volebat *cum* post *quin* inserere. Origo sermonis rhetoricae quoque simul est principium.
summam sic Turic., non ut Spald. narrat praef. p. LXXXIV. *summam.*
2. *ii hii* T. *hi* Amb. 1.
gratia gratiam T.
instituerint instituerunt L 1 m.
quis qui L.
dicet T. L. fort. Amb. 1. *dicit* Sp.
3. *initium* Cassiodorus p. 366 *Initium dicendi natura suppeditavit, arti vero observatio dedit initium. Homines enim sicut in medicina, quum viderent alia salubria, insalubria alia, ex observatione eorum artem fecerunt.*
sicut sicuti Amb. 1.
viderent viderint L.
alia salubria alia salubria alia inutilia deprenderent T. intermediis omissis.

observatione eorum effecerunt artem: ita cum in dicendo alia utilia alia inutilia deprenderent, notarunt ea ad imitandum vitandumque, et quaedam secundum rationem eorum adiecerunt ipsi quoque: haec confirmata sunt usu, tum quae sciebat quisque, do-
4 cuit. Cicero quidem initium orandi conditoribus urbium ac legum latoribus dedit, in quibus fuisse vim dicendi necesse est: cur tamen hanc primam originem putem, non video, cum sint adhuc quaedam vagae et sine urbibus ac sine legibus gentes, et tamen qui sunt in his nati, et legationibus fungantur et accusent aliqua atque defendant, et denique alium alio melius loqui credant.

Quae partes.

III. Omnis autem *orandi ratio*, ut plurimi maximique auctores tradiderunt, quinque partibus constat *inventione*, *dispositione*, *elocutione*, *memoria*, *pronuntiatione* sive *actione;* utroque enim modo dicitur. Omnis vero sermo, quo quidem voluntas aliqua enuntiatur, habeat necesse est *rem* et *verba.*
2 Ac, si est brevis et una conclusione finitus, nihil fortasse ultra desideret, at oratio longior plura exigit. Non tantum enim refert, quid et quo modo

ipsi ipso L. Amb. 1.
4. *Cicero* de Invent. 1, 2.
primam primum Amb. 1.
putem T. fort. Amb. 1. *putent* L. *putet* Sp. et Gernh.
his iis T.
atque T. L. Amb. 1. *ac* Sp.

CAP. III.

1. *plurimi maximique auctores* auctor huius sententiae fuit Isocrates, quem plerique fere Artium scriptores sunt secuti.
dispositione dispotione T.
omnis vero o. enim Guelferbyt. quod Spald. probavit.
rem et verba T. L. fort. Amb. 1. *et rem et verba* Sp.
2. *at oratio at ratio* L.
non tantum enim Amb. 1. *n. enim tant.* T. L. Sp.
et quo at quo 1 m *aut quo* 2 m T.

dicamus, sed etiam quo loco: opus ergo est *dispositione*. Sed neque omnia, quae res postulat, dicere neque suo quaeque loco poterimus nisi adiuvante *memoria*, quapropter ea quoque pars quarta erit. Verum haec cuncta corrumpit ac propemodum perdit indecora vel voce vel gestu *pronuntiatio*. Huic quoque igitur tribuendus est necessario quintus locus. 2 3

Nec audiendi quidam, quorum est Albutius, qui tris modo primas esse partes volunt, quia *memoria* atque *actio* natura non arte contingant (quarum nos praecepta suo loco dabimus), licet Thrasymachus quoque idem *de actione* crediderit. His adiecerunt quidam sextam partem, ita ut inventioni *iudicium* subnecterent, quia primum esset *invenire*, deinde *iudicare*. Ego porro ne invenisse quidem credo eum, qui non iudicabit; neque enim contraria, communia, stulta *invenisse* dicitur quisquam, sed *non vitasse*. Et Cicero quidem in Rhetoricis 4 5 6

est dispos. Amb. 1. *est et disp.* T. L. Sp.

3. *haec ad haec* 2 m T.

4. *tris* T. *tres* Sp.

quia quoniam Amb. 1.

suo loco l. 11. c. 2 et 3.

Thrasymachus — crediderit Monuit Spengel de Artium scriptoribus p. 10., haec ipsa Thrasymachi verba, ex opere cius Ἔλεοι (i. e. Ars iudices commovendi) sumpta, apud Aristotelem extare Rhetor. 3, 1. Ἐκείνη (ἡ λέξις, elocutio) μὲν οὖν ὅταν ἔλθῃ, ταὐτὸ ποιήσει τῇ ὑποκριτικῇ. ἐγκεχειρήκασι δὲ ἐπ' ὀλίγον περὶ αὐτῆς εἰπεῖν τινες· οἷον Θρασύμαχος ἐν τοῖς ἐλέοις, καὶ ἔστι φύσεως τὸ ὑποκριτικὸν εἶναι καὶ ἀτεχνότερον. Sed Aristotelis sunt extrema verba, ut contextus docet, non Thrasymachi. Pro *crediderit* Spald. volebat *tradiderit* ex edd. aliquot.

5. *iudicabit* Amb. 1. *iudicavit* T. L. pro quo Spald. voluit *iudicarit*.

communia quae utrique favent parti. 3, 11, 6.

dicitur dicunt T 1 m.

6. *Cicero q. in Rhetoricis* Cum in Rhetoricis vel libris de Inventione nihil eiusmodi reperiatur, sed potius in quinque partes oratio distribuatur, incertum est, utrum Quintilianus ipse memoria sit falsus, an in his libris aliena manu aliquid mutatum. Conf. De Invent. 1, 7 *Quare materia quidem nobis rhetoricae videtur ea, quam Aristoteli visam esse diximus: partes autem hae, quas pleri-*

iudicium subiecit inventioni; mihi autem adeo tribus primis partibus videtur esse permixtum (nam neque *dispositio* sine eo neque *elocutio* fuerit), ut *pronuntiationem* quoque vel plurimum ex eo mutuari pu-
7 tem. Quod hoc audacius dixerim, quod in *Partitionibus oratoriis* ad easdem, de quibus supra dictum est, quinque pervenit partes. Nam cum dupliciter primum divisisset in *inventionem* atque *elocutionem*, res ac dispositionem inventioni, verba et pronuntiationem elocutioni dedit quintamque constituit communem ac velut custodem omnium memoriam. Idem in *Oratore* quinque rebus constare eloquentiam dicit: in quibus postea scriptis certior eius
8 sententia est. Non minus mihi cupidi novitatis alicuius videntur fuisse, qui adiecerunt *ordinem*, cum dispositionem dixissent, quasi aliud sit dispositio quam rerum ordine quam optimo collocatio. Dion inventionem modo et dispositionem tradidit, sed

que dixerunt, inventio, dispositio, elocutio, memoria, pronuntiatio. — Neque Spaldingius neque Schützius in Prolegomenis in libros rhetoricos Ciceronis p. 53 — 57 enuclearunt locum. Cum vero non sit verisimile, tali in re Quintilianum errasse, quem nemo accurata diligentia et subtili doctrina umquam superavit, adducor ut credam, rhetoricos libros Ciceronis non esse integros, atque locum, in quo id Cicero dixerit, non amplius extare, praesertim cum aliunde quoque eius operis partes interiisse sciamus. Pompeius enim (in librum Donati de barbarismis p. 463 ed. Lindemanni) Ciceronem de tropis duos libros integros scripsisse tradit, qui fortasse Rhetoricorum partem efficiebant: certe nunc in Rhetoricis nihil de tropis legitur.

7. *in Partitionibus* c. 1.

quintamque quintam quoque T. L. *quintam constituit* recepit Gernh. e Guelf.

idem in Oratore enumerat Cicero in hoc quoque libro quinque illas partes: de inventione enim vel de iudicando quid dicas agit cap. 14, 43., de dispositione vel collocatione c. 15, 50., de elocutione c. 16, 51., de memoria c. 17, 54., de actione c. 17, 55. — *idem cum in oratore* 2 m Tur. *Idem in libris de Oratore* coniecit Spaldingius.

scriptis scripsit T. L. *in quibus libris postea scriptis* coniecit Schütz in Prolegg. ad Cicer. Rhetor. p. LVII.

8. *rerum ordine rerum ordinem q. optimo* c. 1 m T. *rerum in ordinem q. optima* c. 2 m T. *r. ordinem q. optima* c. L.

Dion de cuius scriptis vide Photium in Biblioth. N. 209.

tradidit tradit Sp. coni.

utramque duplicem rerum et verborum, ut sit elocutio inventionis pronuntiatio dispositionis, his quinta pars memoriae accedat. Theodorei fere inventionem duplicem *rerum* atque *elocutionis*, deinde tris ceteras partes. Hermagoras iudicium partitionem 9
ordinem quaeque sunt elocutionis subicit *oeconomiae*, quae Graece appellata ex cura rerum domesticarum et hic per abusionem posita nomine Latino caret.

Est et circa hoc quaestio, quod *memoriam* in 10
ordine partium quidam *inventioni*, quidam *dispositioni* subiunxerunt: nobis quartus eius locus maxime placet. Non enim tantum inventa tenere, ut disponamus, nec disposita, ut eloquamur, sed etiam verbis formata memoriae mandare debemus. Hac enim omnia, quaecumque in orationem conlata sunt, continentur.

Fuerunt etiam in hac opinione non pauci, ut 11
has non *rhetorices* partes esse existimarent, sed opera oratoris: eius enim esse invenire disponere eloqui et cetera. Quod si accipimus, nihil arti relinquimus. 12
Nam bene dicere est oratoris; rhetorice tamen erit bene dicendi scientia, vel ut alii putant artificis est persuadere, vis autem persuadendi artis. Ita *invenire* quidem et *disponere* oratoris; *inventio* autem

rerum et v. T. L. Amb. 1. *rerum ac v.* Sp.
memoriae T. L. *memoria* Sp. Similiter 3, 5, 1 *cui quartam partem adiciunt quidam imitationis.*
tris T. *tres* Sp.
9. *sunt elocutionis* T. L. *elocutionis sunt* Sp.
nomine in margine T. haec: *nam nunc non abusive dicitur dispensatio.* quae glossa in Guelferb. est recepta.
10. *tantum inventa* T. L. *inventa tantum* Sp.
hac haec 1 m T.
11. *in hac in hoc* 1 m T.
partes partis T. L.
12. *relinquimus* T. L. Amb. 1. et Obr. *relinquemus* Sp. ex coni. Regii.
rhetorice tamen erit T. L. Amb. 1. *rhetoricae t. erit* 2 m T. *rhetorices tamen est b. d. s.* Spald. ex Goth. et Voss. 2.
scientia om. T.

13 et *dispositio* rhetorices propria videri potest. In eo plures dissenserunt, utrumne hae *partes* essent rhetorices, an eiusdem *opera*, an (ut Athenaeus credit) *elementa*, quae vocant στοιχεῖα. Sed neque *elementa* recte quis dixerit; alioquin tantum initia erunt ut mundi vel humor vel ignis vel materia vel corpora insecabilia, nec *operum* recte nomen accipient, quae non ab aliis perficiuntur, sed aliud ipsa
14 perficiunt. *Partes* igitur. Nam cum sit ex his rhetorice, fieri non potest, ut, cum totum ex partibus constet, non sint partes totius, ex quibus constat. Videntur autem mihi, qui haec *opera* dixerunt, eo quoque moti, quod in alia rursus divisione nollent in idem nomen incidere; partes enim rhetorices esse dicebant *laudativam*, *deliberativam*, *iudicialem*. Quae si partes sunt, materiae sunt potius quam artis.
15 Namque in his singulis rhetorice tota est, quia et inventionem et dispositionem et elocutionem et memoriam et pronuntiationem quaecumque earum desiderat. Itaque quidam *genera* tria rhetorices dicere maluerunt: optime autem ii, quos secutus est Cicero, genera causarum.

13. *Athenaeus Ateneus* T.
credit tradit Sp. coni.
vocant vocantur L.
στοιχεῖα *stichia* 2 m T.
humor umor T.
materia ὕλη opposita τῇ ἀτόμῳ. materia der irdische Stoff, Materie.
non — sed T. L. Amb. 1. *nec — et* Sp. ex Goth. et Voss. 2.
14. *partes igitur partes igitur sunt* L.
cum sit cum sint 2 m T.
constat constet 2 m T.
moti motu T.
15. *et disposit.* om. Amb. 1.
genera tria genera ea tria 2 m T.
Cicero de Orat. 1, 31.
genera qui genera 2 m T.

Quae genera causarum.

IV. Sed tria an plura sint ambigitur. Nec dubie prope omnes utique summae apud antiquos auctoritatis scriptores Aristotelem secuti qui nomine tantum alio *concionalem* pro deliberativa appellat, hac partitione contenti fuerunt. Verum et tum le-2 viter est temptatum, cum apud Graecos quosdam, tum apud Ciceronem in libris de oratore et nunc maximo temporum nostrorum auctore prope impulsum, ut non modo plura haec genera, sed paene innumerabilia videantur. Nam si *laudandi* ac *vitu-*3 *perandi* officium in parte tertia ponimus: in quo genere versari videbimur, cum *querimur*, *consolamur*, *mitigamus*, *concitamus*, *terremus*, *confirmamus*, *praecipimus*, *obscure dicta interpretamur*, *narramus*, *deprecamur*, *gratias agimus*, *gratu-*

CAP. IV.

1. *nomine tantum* n. *tamen* Goth. Voss. 2. probante Spald. *concionalem* Idem testatur Cassiodorus p. 370. Capp. *Tria maxima rhetorum pars fecit genera causarum, licet aliis atque aliis nominibus appellaverint. Demonstrativum, quod Graeci ἐγκωμιαστικὸν a laude dicunt, et ἐπιδεικτικὸν quod demonstrationis im habeat. Deliberativum, συμβουλευτικόν, quod Aristoteles concionale appellat. Et iudiciale.* — Hic Cassiodori locus sine dubio omnem suspicionem removet, quam Spald. hic extaverat. Haerebat enim in hac observatione Quintiliani et aliam considerabat interpretationem vocabuli δημηγορικοῦ, quod Aristoteles pro συμβουλευτικῷ ponere solet. Sed respondet sane rei illud *concionale*. Ac profecto aliter quam ceteri artium scriptores, qui συμβουλευτικὸν genus deliberativum semper fere vocant, voce δημηγορικῷ plerumque utitur Stagirita. Conf. Rhet. l. l. quater. 3, 12. 193. 3, 13. p. 196. 3, 14. p. 201. Sed levem tantum ac facilem ibitationem moverat Spalding, Wolffius autem temere glossema a rariorum inscitia ortum verbis subesse censet. Tur. dat a 1 m. *ntinualem*. Quintilianus rursus *concionale* interpretatus est τὸ δημηγορικόν § 9., ubi Anaximenis divisio memoratur in δικανικὸν et δημηγορικόν.

2. *Ciceronem* de Orat. 2, 10.

maximo — auctore Plinius maior significari creditur. 3, 1, 21. nf. Plin. ep. 3, 5, 5.

sed paene T. L. fort. Amb. 1. *sed etiam paene* Sp.

3. *gratulamur gratolamur* T.

lamur, *obiurgamus*, *maledicimus*, *describimus*, *mandamus*, *renuntiamus*, *optamus*, *opinamur*, plu-
4 rima alia? ut mihi in illa vetere persuasione permanenti velut petenda sit venia quaerendumque, quo moti priores rem tam late fusam tam breviter adstrinxerint? Quos qui errasse putant, hoc secutos arbitrantur, quod in his fere versari tum oratores
5 videbant; nam et *laudes* ac *vituperationes* scribebantur, et ἐπιταφίους dicere erat moris et plurimum in consiliis ac iudiciis insumebatur operae, ut scriptores Artium pro solis comprenderint frequen-
6 tissima. Qui vero defendunt, tria faciunt genera auditorum: unum, quod ad delectationem conveniat, alterum, quod consilium accipiat, tertium, quod de causis iudicet. Mihi cuncta rimanti et talis quaedam ratio succurrit, quod omne orationis officium aut *in*
7 *iudiciis* est aut *extra iudicia*. Eorum, de quibus iudicio quaeritur, manifestum est genus: ea, quae ad iudicem non veniunt, aut praeteritum habent tempus aut futurum; praeterita laudamus aut vitu-
8 peramus; de futuris deliberamus. Item omnia, de quibus dicendum est, aut certa sint necesse est aut dubia. Certa, ut cuique est animus, laudat aut

describimus *Describere* aliquem dicunt, qui eum quidem non nominant, sed ita de eo loquuntur, ut facile intelligi possit, de quo sermo sit. Unde pro *significare* reperitur. In qua ratione dicendi saepe accedit ista vis, ut contumeliae causa id fieri innuatur. Haec Ernesti in Clave Ciceron. s. v. — omitt. in Lassb. *maledicimus*, *describimus*, *mandamus*, *renuntiamus*.

plurima T. L. *et plurima* Sp.

4. *in his inis* T.

5. *operae opere* Amb, 1.

comprenderint *comprehenderunt* L. T.

frequentissima ita ut haec tria genera, laudativum, deliberativum et iudiciale omnes quaestiones et causas continere viderentur.

6. *cuncta rim.* *rim.* c. L.

et talis om. *et* fort. Amb. 1.

orationis T. A. L. prob. Gernh. comparato loco IV. Procem. § 6. *quod prooemii sit officium.* — *oratoris* Sp.

7. *est genus* T. L. Amb. 1. et Ulmensis. *genus est* Sp.

8. *item omnia* *item cum omnia* Ulmensis.

culpat, ex dubiis partim nobis ipsis ad electionem sunt libera, de his deliberatur; partim aliorum sententiae commissa, de his lite contenditur.

Anaximenes *iudicialem* et *concionalem* gene- 9

9. *Anaximenes iudicialem et concionalem* omitt. *et* Tur. Corrupta esse haec verba, et tertium genus orationis, τὸ ἐπιδεικτικόν, excidisse putarunt P. Victorius, Capperonnerius, Spaldingius, loco quodam Rhetoricae ad Alexandrum, inter Aristotelis libros vulgo relatae, nunc vero inde a P. Victorio ab omnibus fere viris doctis Anaximeni vindicatae, impulsi. Sic enim hic in cap. 2.: Τρία γένη τῶν πολιτικῶν ἐστι λόγων τὸ μὲν δημηγορικόν, τὸ δὲ ἐπιδεικτικόν, τὸ δὲ δικανικόν· εἴδη δὲ τούτων ἑπτά. προτρεπτικὸν ἀποτρεπτικὸν ἐγκωμιαστικὸν ψεκτικὸν κατηγορικὸν ἀπολογητικὸν καὶ ἐξεταστικὸν ἢ αὐτὸ καθ' αὑτὸ ἢ πρὸς ἄλλο. τὰ μὲν οὖν εἴδη τῶν λόγων τοσαῦτα ἀριθμῷ ἐστι. Spengelius autem in libro de Artium scriptoribus p. 188. verba Quintiliani egregie vindicavit. „*Quintiliani verba*, inquit, *sana sunt nihilque addendum est, quod, si editores non singula illa vocabula sed totius loci nexum perpendissent, absque ulla difficultate perspexissent. hoc dicit auctor: tria rhetorices genera distinxit Aristoteles, quem prope omnes secuti: alii vero plura, alii minora, Anaximenes duo tantum, iudiciale et concionale, quae in septem dividit species, Protagoras quatuor, Isocrates in omni genere inesse laudem ac vituperationem existimavit. ipse vero plurimos sequitur. Inde a Quintiliano tria Anaximenis genera, quae volunt eadem atque Aristotelis, laudari non posse, sed novum ab huius divisione diversum exhibendum esse patet, id quod extat in romani rhetoris libris. Haec Fabius: quae vero sequuntur quarum duae — partes et inprimis doctos ad supplendam lacunam moverunt, aut aliena manu assuta aut (quod equidem magis probaverim) ab auctore non ad Anaximenis rationem dissecta sunt, sed ex sua ipsius sententia, quam probabat, id est Aristotelis, adiecta leguntur.*“ Locus autem, quem supra ex Rhetorica ad Alexandrum attuli, interpolatus est: aliter enim in Anonymo inedito in Hermogenem legitur Cod. Monac. CXXIII. fol. 169: εἰδέναι χρή, ὅτι γένος μὲν εἶναί φασι τὴν ῥητορικήν, εἴδη δὲ αὐτῆς οἱ μὲν δύο, πραγματικὸν καὶ ἐπιδεικτικόν, οἱ δὲ τρία δικανικὸν συμβουλευτικὸν πανηγυρικόν. εἰσὶ δ' οἳ καὶ τέταρτον τούτοις προστιθέασιν τὸ ἱστορικόν. Ἀριστοτέλης δὲ δύο γένη φησὶν εἶναι τῶν πολιτικῶν λόγων δικανικόν τε καὶ δημηγορικόν, εἴδη δὲ ἑπτά, προτρεπτικὸν ἀποτρεπτικὸν ἐγκωμιαστικὸν ψεκτικὸν κατηγορικὸν ἀπολογητικὸν ἐξεταστικόν. τὰ μὲν οὖν ἓξ ἐν τῷ λέγοντί φησι θεωρεῖσθαι, τὸ δὲ ἕβδομον ἐν τοῖς ἀκροωμένοις οἵπερ τῶν λεγομένων ἑκάστων ἐξετάζουσιν. ὁρίζεται δὲ αὐτὸ οὕτως· ἐξεταστικόν ἐστι κρίσις προαιρέσεων ἢ λόγων ἢ πράξεων πρὸς ἄλληλα καὶ πρὸς τὸν ἄλλον βίον ὁμολογούντων ἢ ἐναντιουμένων. Eadem fere Syriani nomine leguntur in editis ad Hermogenem apud Aldum p. 24., ita ut neque de veritate verborum graecorum neque de integritate Quintiliani possis dubitare. „*Illud etiam addendum*, pergit Spengel, *fortasse invito Syriano hunc* Ἀριστοτέλης *vulgari, quod cum prima et*

rales partes esse voluit, septem autem species: *hortandi dehortandi laudandi vituperandi, accusandi defendendi, exquirendi*, quod ἐξεταστικὸν dicit: quarum duae primae *deliberativi*, duae sequentes *demonstrativi*, tres ultimae *iudicialis* generis sunt
10 partes. Protagoran transeo, qui *interrogandi, respondendi, mandandi, precandi*, quod εὐχωλὴν dixit, partes solas putat. Plato in Sophiste *iudiciali* et *concionali* tertiam adiecit προσομιλητικήν, quam sane permittamus nobis dicere *sermocinatricem:* quae a forensi ratione disiungitur et est accommodata privatis disputationibus, cuius vis eadem
11 profecto est, quae dialecticae. Isocrates in omni genere inesse *laudem* ac *vituperationem* existimavit.

Nobis et tutissimum est auctores plurimos se-
12 qui, et ita videtur ratio dictare. Est igitur, ut dixi, unum genus, quo laus ac vituperatio continetur, sed est appellatum a parte meliore *laudativum*. Idem alii *demonstrativum* vocant. Utrumque nomen ex Graeco creditur fluxisse; nam ἐγκωμιαστικὸν aut

postrema amborum syllaba eadem sit ut in Ἀναξιμένης, magisque celebre pervulgatumque esset nomen, facile ex nomine Ἀναξιμένης oriri potuit.“

generales generalis T.

ἐξεταστικόν εξεραστικον T 1 m. *exerasticon* 2 m.

dicit dicitur L.

10. *Protagoran* T. L. Amb. 1. *Protagoram* Sp.

εὐχωλὴν sic appellare videtur orationis prooemium. Conf. Spengel p. 44.

in Sophiste p. 138.

προσομιλητικὴν ΠΡΟCΟΜΕΙΗΝΤΙΚΗΝ T.

11. *Isocrates Isocratis* T.

in omni genere non solum in genere laudativo sed etiam in iudiciali et concionali.

inesse esse Amb. 1.

plurimos T. L. fort. Amb. 1. *plures* Sp.

12. *laus ac l. vel* L.

parte patre 1 m T.

nam ἐγκωμιαστικὸν *aut nam enkomiastikon aut* ἐπιδεικτικον *dicunt.* T. L. Amb. 1. *nam et* ἐγκωμιαστικὸν *et* ἐπιδεικτικὸν *dicunt* Sp.

ἐπιδεικτικὸν dicunt. Sed mihi ἐπιδεικτικὸν non 13
tam *demonstrationis* vim habere quam *ostentationis* videtur, et multum ab illo ἐγκωμιαστικῷ differre; nam ut continet laudativum in se genus, ita non intra hoc solum consistit. An quisquam negaverit 14
Panegyricos ἐπιδεικτικοὺς esse? Atqui formam suadendi habent, et plerumque de utilitatibus Graeciae loquuntur. Ut causarum quidem genera tria sint, sed ea tum in *negotiis* tum in *ostentatione* posita. Nisi forte non ex Graeco mutantes *demonstrativum* vocant, verum id sequuntur, quod laus ac vituperatio quale sit quidque demonstrat. Alterum est *de-* 15
liberativum; tertium *iudiciale.* Ceterae species in haec tria incident genera: nec invenietur ex his ulla, in qua non *laudare* aut *vituperare*, *suadere* ac *dissuadere*, *intendere* quid vel *depellere* debeamus. Illa quoque sunt communia *conciliare*, *nar-*

13. *demonstrationis vim demonstravimus vim* 1 m T.
ἐγκωμιαστικῷ *encomiastico* Amb. 1.

14. ἐπιδεικτικοὺς ἐπιδικτικους T.
plerumque pleraque Amb. 1.
Graeciae graciae L. *greci eloquuntur* T 2 m.
ut causarum etc. Si verum est, esse tria genera causarum, cum aut laudativae sint aut deliberativae aut iudiciales, patet, esse eas aut veras aut fictas. — Tur. 2 m dat *at causarum.*
non ex nomen ex 2 m T.
mutantes T. L. Amb. 1. Spald. recepit ex edd. aliquot *mutuantes.* Zumpt „*mutare*, inquit, *etiam vertere ex uno in alterum sermonem significare Forcellinus in lexico laudato loco Senecae Epist.* 58 *probat: Una syllaba est, quam mutare non possum. Quae haec sit, quaeris?* τὸ ὄν". Gernhard Add. haec habet: „Zumptius *mutantes* defendit. Ita recte omittitur *non* ante *ex Graeco* in Guelf. et Camp, quam partic. *mutuantes* requirit." Quomodo id fieri possit, non intelligere me fateor. Quintilianus enim antea § 12 dixerat, ex Graeco fluxisse id genus dicendi, quod *demonstrativum* vocant, nunc alia de rations sic appellatum esse, non Graeci causa nominis, suspicatur.

15. *tertium testium* 1 m T.
incident Amb. 1. dat fort. *incidunt.*
ex his ex is T.
in qua in quam Amb. 1.
ac dissuadere T. Amb. 1. *aut dissuadere* Sp.

rare, *docere*, *augere*, *minuere*, concitandis componendisve *affectibus animos* audientium *fingere*.

16 Ne his quidem accesserim, qui laudativam materiam *honestorum*, deliberativam *utilium*, iudicialem *iustorum* quaestione contineri putant, celeri magis ac rotunda usi distributione quam vera. Stant enim quodammodo mutuis auxiliis omnia. Nam et in laude *iustitia utilitasque* tractatur et in consiliis *honestas*, et raro iudicialem inveneris causam, in cuius non parte aliquid eorum, quae supra diximus, reperiatur.

Quibus contineatur omnis ratio dicendi.

V. Omnis autem oratio constat aut ex iis, quae significantur, aut ex iis, quae significant, id est, *rebus* et *verbis*. Facultas orandi consummatur *natura*, *arte*, *exercitatione*, cui partem quartam adiciunt quidam *imitationis*, quam nos arti subicimus.

2 Tria sunt item, quae praestare debeat orator, ut *doceat*, *moveat*, *delectet*. Haec enim clarior divisio quam eorum, qui totum opus in *res* et in *affectus* partiuntur. Non semper autem omnia in eam,

16. *rotunda rutunda* 1 m T.
tractatur T. L. Amb. 1. *tractantur* Sp.
honestas honesta T.
non parte aliquid sensus desiderat *in cuius parte non aliquid*.

CAP. V.

1. *iis — iis his — his* L. Amb. 1.
consummatur consumatur T.
partem quartam T. Amb 1. *quartam partem* Sp. Cum codice nostro consentit Cassiodorus Rhet. Comp. p. 332 *Facultas orandi consummatur natura arte exercitatione. Quibus partem quartam adiiciunt quidam, imitationem, quam nos arti subiicimus.*
2. *item autem* 2 m T.
clarior clarior est d. Cassiod.
et in affectus om. in Cassiodoro, nec abhorret a Quintiliani consuetudine.

quae tractabitur, materiam cadent. Erunt enim quaedam remotae ab affectibus, qui ut non ubique habent locum, ita quocumque inruperunt, plurimum valent. Praestantissimis auctoribus placet alia in rhe- 3
torice esse, quae probationem desiderent, alia quae non desiderent, cum quibus ipse consentio. Quidam vero ut Celsus de nulla re dicturum oratorem, nisi de qua quaeratur, existimant: cui cum maxima pars scriptorum repugnat tum etiam ipsa partitio, nisi forte laudare, quae constet esse honesta, et vituperare, quae ex confesso sint turpia, non est oratoris officium.

Illud iam omnes fatentur esse quaestiones aut 4
in *scripto* aut in *non scripto*. In scripto sunt de *iure;* in non scripto de *re*. Illud *rationale*, hoc *legale* genus Hermagoras atque eum secuti vocant, id est *νομικὸν* et *λογικόν*. Idem sentiunt, qui 5
omnem quaestionem ponunt in *rebus* et *verbis*.

Item convenit quaestiones esse aut *infinitas* aut *finitas*. *Infinitae* sunt, quae remotis personis et temporibus et locis ceterisque similibus in utramque partem tractantur, quod Graeci *θέσιν* dicunt, Ci-

ut non non ut Amb. 1.

inruperunt sic Turicensis, non ut Spaldingius narrat in praef. p. LXXXIV. *irruperint*.

3. *in rhetorice* T. L. fort. Amb. 1. *in rhetorica* Sp. Illa sola forma utitur Quintilianus.

desiderent desiderarent 1 m T. et 1 m L.

existimant existimat T. L.

constet constent L.

4. *aut in scripto* Agit orator aut ex lege quadam aut alia de causa. Illae quaestiones ius spectant, ideoque *legales* vel *legitimae* vocantur, hae, quia in aliqua argumentatione consistunt neque lege proprie nituntur, *rationales*. Amb. 1. dat *quaestiones in scripto et in n. s. in scripto de iure*.

illud rationale h. l. sic T. L. Amb. 1. *illud legale, hoc rationale genus* Sp. — Quintilianus non raro *hic — ille* pro *altero altero* dicit. conf. 1, 5, 13. 3, 10, 1. 4, 1, 28. 6, 1, 9. 4, 1, 36.

5. *et verbis* T. L. *et in verbis* Sp.

utramque utrumque 1 m T.

θέσιν θεσι T. *θέσις* L.

cero *propositum*, alii *quaestiones universales civiles*, alii *quaestiones philosopho convenientes*, Athenaeus
6 *partem causae* appellat. Hoc genus Cicero *scientia* et *actione* distinguit, ut sit *scientiae An providentia mundus regatur? actionis An accedendum ad rempublicam administrandam?* Prius trium generum *an sit? quid sit? quale sit?* omnia enim haec ignorari possunt: sequens duorum *quo modo adipi-*
7 *scamur? quo modo utamur? Finitae* autem sunt ex complexu *rerum*, *personarum*, *temporum* ceterorumque; hae ὑποθέσεις a Graecis dicuntur, *causae* a nostris. In his omnis quaestio videtur circa res
8 personasque consistere. Amplior est semper *infinita:* inde etiam *finita* descendit. Quod ut exemplo pateat, infinita est *An uxor ducenda?* finita *An Catoni ducenda?* ideoque esse *suasoria* potest. Sed etiam remotae a personis propriis ad aliquid referri solent. Est enim simplex *An respublica administranda?* Refertur ad aliquid *An in tyrannide ad-*
9 *ministranda?* Sed hic quoque subest velut latens persona; tyrannis enim geminat quaestionem, subestque et *temporis* et *qualitatis* tacita vis; nondum tamen hoc proprie dixeris *causam.* Hae autem, quas infinitas voco, et *generales* appellantur: quod si est verum, finitae *speciales* erunt. In omni autem speciali utique inest generalis, ut quae sit prior,

propositum porro positum 2 m T. Cicero Top. c. 21.
civiles alii civiles Amb. 1 a 2 m.
6. *mundus munus* 1 m T.
administrandam administratam 1 m T.
prius primum Amb. 1.
an sit an si quid est (non *quidem* ut Zumpt refert) *quale sit* T 1 m *an sit quid sit q. s.* 2 m. *an sit quid est* L.
7. *hae quae* Amb. 1.
ὑποθέσεις *ipothesis suppositum id est in praesentiam* 2 m T.
8. *an Catoni ducenda* addit 2 m T. *qui suam alteri permittere fas duxit i. e. Marciam Hortensio.* conf. § 13.
in tyrannide om. *in* Amb. 1.
9. *tyrannis tyrannus* T. L. Amb. 1.
tacita vis tacitativis T 1 m.

Ac nescio an in causis quoque, quicquid in quae- 10
stionem venit *qualitatis*, generale sit. *Milo Clodium occidit: iure occidit insidiatorem;* nonne hoc quaeritur *An sit ius insidiatorem occidendi?* Quid in *coniecturis?* non illa generalia *An causa sceleris odium? cupiditas? An tormentis credendum? Testibus an argumentis maior fides habenda?* Nam *finitione* quidem comprendi nihil non in universum, certum erit. Quidam putant etiam eas *thesis* 11
posse aliquando nominari, quae personis causisque contineantur, aliter tantummodo positas, ut causa sit, cum *Orestes accusatur:* thesis *An Orestes recte sit absolutus;* cuius generis est *An Cato recte Marciam Hortensio tradiderit.* Hi thesin a causa sic distinguunt, ut illa sit *spectativae* partis, haec *activae;* illic enim veritatis tantum gratia disputari, hic negotium agi.

Quamquam inutiles quidam oratori putant uni- 12
versales quaestiones, quia nihil prosit, quod constet, *Ducendam esse uxorem* vel *Administrandam rempublicam*, si quis vel aetate vel valetudine inpedia-

10. *venit velut* 1 m T. L.

qualitatis Cassiodor. p. 371. Capper. *Qualitatis est status, quum qualis sit res quaeritur, et quia de re et genere negocii controversia est, constitutio generalis vocatur.*

occidendi „*occidi Ald. Colin. codex nullus. sed illi editores sensisse videntur, inesse in hac verborum constructione aliquid inusitatum. Potuissent etiam occidere scribere, sed illud propius ad codicum scripturam videbatur.*“ Zumpt.

coniecturis status coniecturalis est, cum de facto controversia est aut cum de causa facti ambigitur.

non illa nonne illa L.

finitione status finitivus est, in quo de nomine facti quaeritur et hoc factum definitur.

11. *thesis posse* T. L. *posse theses* Sp. cf. 2, 1, 9. mox § 14. *thesis.* — *θέσεις posse* Amb. 1.

hi thesin θέσιν Amb. 1.

distinguunt dinstingunt T.

partis, hacc partis esse h. L 1 m.

12. *oratori orationi* T. L. Amb. 1.

tur. Sed non omnibus eiusmodi quaestionibus sic occurri potest, ut illis *Sitne virtus finis? Rega-*
13 *turne providentia mundus?* Quin etiam in iis, quae ad personam referuntur, ut non est satis generalem tractasse quaestionem, ita perveniri ad speciem nisi illa prius excussa non potest. Nam quomodo *An sibi uxor ducenda sit* deliberabit Cato, nisi constiterit *uxores esse ducendas?* Et quomodo *An ducere debeat Marciam* quaeretur, nisi *Catoni du-*
14 *cenda uxor est?* Sunt tamen inscripti nomine Hermagorae libri, qui confirment illam opinionem, sive falsus est titulus sive alius hic Hermagoras fuit. Nam eiusdem esse quomodo possunt, qui de hac arte mirabiliter multa composuit, cum, sicut ex Ciceronis quoque rhetorico primo manifestum est, materiam rhetorices in *thesis* et *causas* diviserit? quod reprehendit Cicero, ac *thesin* nihil ad oratorem pertinere contendit, totumque hoc genus quaestionis ad
15 philosophos refert. Sed me liberavit respondendi verecundia, et quod ipse hos libros inprobat, et quod in Oratore atque his, quos de oratore scripsit, et Topicis praecipit, ut a propriis personis atque

eiusmodi eiusdem questio sic occursi (occurri 2 m.) *potest. utilis* T. *eiusdem quaestio sic occursim p. utilis* L.
ut illis utilis L.
finis fides Amb. 1 a 2 m.

13. *in iis in his* L. Amb. 1.
referuntur referunt L.
illa prius prius illa L.
excussa excusa 1 m T. L.
debeat Marciam T. L. Amb. 1. *Marciam debeat* Sp. *Martiam* T. L.

14. *rhetorico primo* de Invent. 1, 6.
manifestum manifestatum 1 m T. L.
thesis T. L. Amb. 1. *theses* Sp.
thesin thesim Amb. 1.
ad a 1 m T.

15. *atque his, quos de o. scr.* sic T. L. Amb. 1. *atque his libris quos de o. scripsit* 2 m T. *atque iis, quos de oratore scripsit, libris* Sp. Vide de Oratore 3, 80. Topic. c. 21.

temporibus avocemus controversiam, *quia latius dicere liceat de genere quam de specie, et quod in universo probatum sit, in parte probatum esse necesse sit.* Status autem in hoc omne genus mate- 16
riae iidem, qui in causas, cadunt. Adhuc adicitur alias esse quaestiones in rebus ipsis, alias, quae ad aliquid referantur: illud *An uxor ducenda?* hoc *An seni ducenda?* illud *An fortis?* hoc *An fortior?* et similia.

Causam finit Apollodorus, ut interpretatione 17
Valgi discipuli eius utar, ita: *Causa est negotium omnibus suis partibus spectans ad quaestionem* aut *Causa est negotium, cuius finis est controversia.* Ipsum deinde negotium sic finit: *Negotium est congregatio personarum, locorum, temporum, causarum, modorum, casuum, factorum, instrumentorum, sermonum, scriptorum, et non scriptorum. Causam* nunc intellegamus *ὑπόθεσιν*, negotium *πε-* 18
ρίστασιν. Sed ipsam causam quidam similiter finierunt ut Apollodorus negotium. Isocrates causam esse ait *quaestionem finitam civilem aut rem controversam in personarum finitarum complexu*, Cicero

quia latius Orat. c. 14. *non ille vulgaris sed hic excellens a propriis personis et temporibus semper si potest avocat controversiam. Latius enim de genere quam de parte disceptare licet, ut, quod in universo sit probatum, id in parte sit probari necesse.*

de specie despiciat 1 m T.

16. *materiae iidem materiaeidem* T. non *materiae eidem* ut Zumpt refert.

adhuc T. L. Amb. 1. cum plerisque codd. Valet *praeterea, etiam. ad hoc* Sp. Conf. Hand. Tursell. 1. p. 164.

17. *Valgi* T. L. *Valgii* Sp.

causa est negotium Verte causa ist ein Handel, der eine Rechtserörterung fordert.

18. *intellegamus* T. L. Amb. 1. *intelligimus* Sp.

sed ipsam sed et i. Amb. 1.

Isocrates causam Socrates autem caus. Amb. 1 a 1 m. *Isocr. a. c. 2 m.*

aut rem controversam aut rem controversiam T 1 m. *rerum controversiam* L. Amb. 1.

Cicero Topic. c. 21.

his verbis: *Causa certis personis, locis, temporibus, actionibus, negotiis cernitur aut in omnibus aut in plerisque eorum.*

Quid sit status.

VI. Ergo cum omnis causa contineatur aliquo statu, priusquam dicere adgredior, quo modo genus quodque causae sit tractandum; id quod est commune omnibus *Quid sit status* et *unde ducatur* et *quot* et *qui sint* intuendum puto. Quamquam id nonnulli ad iudiciales tantum pertinere materias putaverunt, quorum inscitiam, cum omnia tria genera
2 fuero executus, res ipsa deprendet. Quod nos *statum*, id quidam *constitutionem* vocant, alii *quaestionem*, alii *quod ex quaestione appareat*, Theodorus *caput* id est *κεφάλαιον γενικώτατον*,

CAP. VI.

1. *est commune* T. L. Amb. 1. *commune est* Sp.
et qui om. *et* 1 m. *quot quidem* 2 m T.
inscitiam inscientiam L.
deprendet deprendit T.

2. *constitutionem* Cassiodor. p. 370. Capp. *Statum vocant nonnulli constitutionem, alii quaestionem, alii quod ex quaestione appareat*

Theodorus caput Spald. dederat ex Regii correctione: *Theodorus generale caput*, quod nullus codex agnoscit. nec necessaria est ista mutatio, ut Gernh. quoque concedit. Spengel autem in libro laudato p. 184. vocem *γενικώτατον* glossam putat. „*Illud generale*, ait, *quo omnes carent libri scripti, ex inepta est emendatione Regii, quod infra p. 242 legitur generale caput et de eodem Theodoro idem p. 251. scilicet verba captant, sensum negligunt. Nam γενικὸν κεφάλαιον ipsa est una κεφαλαίου species, altera εἰδικὸν ut Hermagorae στάσις νομικὴ καὶ λογικὴ. sed hoc in loco nude status nomen notandum est; itaque certissime illud γενικώτατον delendum est monstrosum; et ne sit dubitationi locus, vide Augustini principia rhetor. p. 323. quaestioni status nomen impositum est. Hoc idem Theodorus κεφάλαιον appellat translatione usus videlicet principali parte corporis, quod in hoc etiam complexu duorum, quae utrinque dicta sunt, quasi caput quoddam totius controversiae efficitur.*“ — Equidem probo, quod de coniectura Regii dicit V. D., alteram autem improbo mutationem, cum omnes codd. vocab. *γενικώτατον* tueantur, idque satis explicari possit. Ut enim rhetores quidam statum appellant *summam quaestio-*

ad quod referantur omnia. Quorum diversa appellatio, vis eadem est: nec interest discentium, quibus quidque nominibus appelletur, dum res ipsa manifesta sit. *Statum* Graeci στάσιν vocant, quod nomen non primum ab Hermagora traditum putant, sed alii ab Naucrate Isocratis discipulo, alii a Zopyro Clazomenio: quamquam videtur Aeschines quoque in oratione contra Ctesiphontem uti hoc verbo, cum a iudicibus petit, ne Demostheni permittant evagari, sed eum dicere de ipso *causae statu* cogant. Quae appellatio dicitur ducta vel ex eo, quod ibi sit primus causae congressus, vel quod in hoc causa consistat. Et nominis quidem haec origo: nunc quid sit. *Statum* quidam dixerunt *primam causarum conflictionem:* quos recte sensisse, parum elocutos puto. Non enim est status prima conflictio, *fecisti*, *non feci:* sed quod ex prima conflictione nascitur, id est genus quaestionis, *fecisti, non feci*, *an fecerit? Hoc fecisti*, *non hoc feci*, *quid fecerit?* Quia ex his apparet, illud coniectura

3 4 5

nem, non simpliciter *quaestionem*, ita Theodorus κεφάλαιον γενικώτατον vocat. — Quaestiones autem singulas, ex quibus status vel summa quaestio nascitur, in *capita generalia* et *specialia* dividit. Conf. 3, 11, 27. 3, 11, 3. 3, 6, 51. 3, 6, 36. Nec monstrosum est vocab. γενικώτατον, quod apud rhetores non raro legitur ut ap. Dionys. de Composit. p. 16. Schaef. τίνες αἱ γενικώταται αὐτῆς εἴδει διαφοραί; Theodorus quaestiones illas, ex quibus nascuntur status, *capita generalia* vocat; statum ipsum vel quaestionem summam, in qua causa vertitur, aut simpliciter κεφάλαιον appellat aut, ut a ceteris κεφαλαίοις distinguatur, κεφάλαιον γενικώτατον.

referantur referuntur Guelf. Goth. probante Spald.

diversa omitt. 1 m T. *quorum appellationis vis eadem est* 2 m T.

3. *ab Naucrate ab ucrates Socrates* 1 m *ab ucrate Socratis* 2 m T. *ab eucrate* L 1 m. Amb. 1. et cett. codd. *ab ucrate* 2 m L. — Correxit Philander.

Clazomenio clyazomenio T. *Zopire Claz.* L.

Aeschines aescines T. Adv. Ctesiph. p. 453. Bekk.

Ctesiphontem stesiphontem T.

Demostheni demosthen 1 m L. *demosthenem* 2 m.

4. *appellatio appellativo* T 1 m. *app. dic. dictus* Amb. 1. a 2 m. *parum par* T.

5. *quid fecerit quis quid f.* L. Amb. 1.

hoc finitione quaerendum atque in eo pars utraque insistit: erit quaestio *coniecturalis* vel *finitivi* status.
6 Quod si enim dicat quis *sonus est duorum inter se corporum conflictio*, erret ut opinor; non enim sonus est conflictio, sed ex conflictione. Sed hoc levius; intelligitur enim utcumque dictum. Inde vero ingens male interpretantibus innatus est error, qui, quia primam conflictionem legerant, crediderunt statum semper ex prima quaestione deducendum, quod
7 est vitiosissimum. Nam quaestio nulla non habet utique statum: constat enim ex intentione et depulsione: sed aliae sunt propriae causarum, de quibus ferenda sententia est, aliae adductae extrinsecus aliquid tamen ad summam causae conferentes velut auxilia quaedam: quo fit, ut in controversia una
8 plures quaestiones esse dicantur. Harum porro plerumque levissima quaeque primo loco fungitur. Namque et illud frequens est, ut ea quibus minus confidimus, cum tractata sunt, omittamus interim sponte nostra velut donantes, interim ad ea, quae sunt po-
9 tentiora, gradum ex his fecisse contenti. Simplex autem causa, etiamsi varie defenditur, non potest habere plus uno, de quo pronuntietur, atque inde

insistit institerit T. L. *institerit* omisso sequenti *erit* Amb. 1.
6. *quod si enim* recepi e Lassb. *quid si enim* Tur. ceteri codd. Sp. — Idem coniecit Gesnerus, quod nunc e codice recepi. Conf. 2, 13, 3 *Quod si enim praecipias imperatori* etc.
sed T. L. *at* Sp.
deducendum T. L. *ducendum* Sp. et Amb. 1.
7. *ut in* om. *in* Amb. 1.
8. *quaeque neque* T.
fungitur fungiantur 1 m *fungantur* 2 m T. *fugitur* L.
donantes 7, 1, 18 *Iuris autem quaestiones solent esse nonnumquam ex aliis atque aliis conflictionibus: facti semper idem spectant, in utroque genere similis ordo est. Sed prius de dissimilibus, ex quibus infirmissimum quidque primum tractari oportet. Ideoque quasdam quaestiones executi, donare solemus et concedere. Neque enim transire ad alias possumus nisi omissis prioribus.*
his iis T.
9. *simplex causa* i. e. quae unam tantum quaestionem continet.

erit *status causae*, quod et orator praecipue sibi optinendum et iudex spectandum maxime intelligit; in hoc enim causa consistet. Ceterum quaestionum possunt esse diversi. Quod ut brevissimo pateat 10
exemplo: cum dicit reus *Etiamsi feci, recte feci*, qualitatis utitur statu; cum adicit *sed non feci*, coniecturam movet. Semper autem firmius est *non fecisse*, ideoque in eo statum esse iudicabo, quod dicerem, si mihi plus quam unum dicere non liceret. Recte igitur est appellata *causarum* prima confli- 11
ctio, non *quaestionum*. Nam et pro Rabirio Postumo Cicero prima parte orationis in hoc tendit, ut actionem competere in equitem Romanum neget, secunda nullam ad eum pecuniam pervenisse confirmat. Statum tamen in eo dicam fuisse, quod est potentius. Nec in causa Milonis circa primas quae- 12
stiones, quae sunt ante prooemium positae, iudicabo

10. *qualitatis*, cum quaeritur, an recte fecerit.
sed non si non 1 m T. sed eadem correxit manus *sed non*.
coniecturam cum quaeritur, an fecerit.
firmius firmus 1 m T. L.
11. *prima parte primam partem* T. Amb. 1.
tendit T. L. *intendit* Sp.
in equitem om. *in* Amb. 1. a 1 m. *equiti romano* 2 m.
secunda secundam Amb. 1. a 2 m.
in eo in eum L.
12. *ante prooemium* Sic codd. et edd., etsi editores corruptum putarunt locum. — *iuxta prooemium* aut *post prooemium* coniecit Regius. *ante in prooemium* Badius, *a prooemio* i. e. post prooemium coni. Spald. ἀντὶ προοιμίου Buttmannus. Quae coniecturae omnes nihil valent. *Ante prooemium* i. e. ante ingressum rei, de qua dicendum est, antequam instruit causam. prooemium hoc loco non significat prooemium totius orationis sed prooemium narrationis causae. Antequam id narrat, de quo iudicare debent iudices, tres quaestiones tractat Cicero. Verte: Auch bewegt sich der Prozess nicht in jenen ersten Rechtsfragen, welche vor dem Eingange in die eigentliche Behandlung stehen. Vide Cic. p. Milone c. 3 *Sed antequam ad eam orationem venio, quae est propria vestrae quaestionis, videntur ea esse refutanda, quae et in senatu ab inimicis saepe iactata sunt, et in concione ab improbis et paullo ante ab accusatoribus, ut omni errore sublato rem plane, quae venit in iudicium, videre possitis.* Quint. 4, 2, 25 *Sed hoc quoque interim mutat conditio causarum. nisi forte M. Tullius in oratione pulcherrima, quam pro Milone scriptam reliquit, male distulisse narratio-*

conflixisse causam, sed ubi totis viribus *insidiator Clodius ideoque iure interfectus* ostenditur. Et hoc est, quod ante omnia constituere in animo suo debeat orator, etiamsi pro causa plura dicturus est, quid maxime liquere iudici velit. Quod tamen, ut primum cogitandum, ita non utique primum dicen-
13 dum erit. Alii statum crediderunt primam eius, cum quo ageretur, deprecationem. Quam sententiam his verbis Cicero complectitur: *in quo primum insistit quasi ad repugnandum congressa defensio.*

Unde ducatur.

Unde rursus alia quaestio, an eum semper is faciat, qui respondet. Cui rei praecipue repugnat Cornelius Celsus dicens *non a depulsione sumi, sed ab eo, qui propositionem suam confirmet:* ut si hominem occisum reus negat, status ab accusatore

nem videtur tribus praepositis quaestionibus, aut profuisset exponere, quomodo Clodius insidias Miloni fecisset, si reum, qui a se hominem occisum fateretur, defendi omnino fas non fuisset, aut si iam praeiudicio senatus damnatus esset Milo, aut si Cn. Pompeius, qui propter aliquam gratiam iudicium militibus armatis clauserat, tamquam adversus ei timeretur. Ergo hae quoque quaestiones vim prooemii obtinebant, cum omnes iudicem praepararent. Gernhard in defendenda et explicanda codicum lect. mecum consentire, magnopere laetor. — Cum multo labore codicum lectionem defendi. Frustra, opinor. nam contorta est haec interpretatio, ut vere mihi significavit Hermannus. Legendum est cum Badio *ante in prooemium* i. e. *quae sunt in prooemium praepositae* vel *vice prooemii.* In codicibus *in* excidit. Sic utitur non raro *in* praepositione Quintilianus, ut *in hoc*, εἰς τοῦτο, quod Valckenaerius observavit, et 7, 1, 41 *proponam in exemplum.* Seneca Epist. 94 ne medicina quidem morbos insanabiles vincit: tamen adhibetur aliis *in remedium*, aliis *in levamentum.* Livius l. XXIII. 12 mittendam *in stipendium* pecuniam. ib. 14. fit senatus consultum, ut Hannibali quatuor Numidarum millia *in supplementum* mitterentur.

utique utrique 1 m T.

13. *deprecationem depulsionem* 2 m T. ex interpretatione.

Cicero Top. 25. Non discrepat lectio.

respondet respondit 1 m T.

Celsus Celsius 1 m T. Celsus statum non eum facere dicit, qui litem depellat, sed qui propositionem suam confirmet, sive is sit actor sive sit reus.

nascatur, quia velit is probare; si iure occisum reus dicit, translata probationis necessitate idem a reo fiat et sit eius intentio. Cui non accedo equidem; 14
nam est vero propius, quod contra dicitur, nullam esse litem, si is, cum quo agatur, nihil respondeat, ideoque fieri statum a respondente. Mea tamen 15
sententia varium id est et accidit pro conditione causarum, quia et videri potest propositio aliquando statum facere ut in coniecturalibus causis; utitur enim coniectura magis qui agit (quo moti quidam eundem a reo *infitialem* esse dixerunt): et in syllogismo tota ratiocinatio ab eo est, qui intendit. Sed 16
quia videtur illis quoque necessitatem hos status exequendi facere, qui negat (is enim si dicat *non feci*, coget adversarium coniectura uti: et si dicat *non habet legem*, syllogismo), concedamus ex depulsione *nasci* statum. Nihilominus enim res eo revertetur, ut modo is qui agit, modo is cum quo agitur, statum *faciat*. Sit enim accusatoris intentio 17
Hominem occidisti. Si neget reus, faciat statum

velit is T. *is velit* Sp.

14. *agatur* T. L. Amb. 1. *agitur* Sp.

15. *id est idem* T.
enim cui T.
quidam quidem T.
eundem a reo eundem statum, si fit a reo, dixerunt esse infitialem. Verte: Sie nannten den status in Beziehung auf den Kläger coniecturalis, in Beziehung auf den Beklagten infitialis.

in syllogismo syllogismus appellatur pars aliqua constitutionis legitimae, ex qua controversia nascitur, cum res sine propria lege venit in iudicium, quae tamen ab aliis legibus similitudinem aliquam aucupatur. causa, quae non nititur certa lege, sed ratione, ad legem aliquam referri potest.
ratiocinatio rationatio T.

16. *illis* T. L. codd. omnes. *illic* ex Regii coni. Sp. „*illis intellige ei, qui agit et ei, qui syllogismo utitur.*“ Zumpt.
res ros 1 m T.
is cum sis cum 1 m T.

17. *neget — faciat* Amb. 1. *negat — faciat* T. L. *neget — faciet* Sp. Receptam probavit Zumpt et Gernh. Add.

qui negat. Quid? si confitetur, sed *iure a se ad ulterum* dicit *occisum:* (nempe legem esse certum est, quae permittat) nisi aliquid accusator respondet, nulla lis est. *Non fuit*, inquit, *adulter:* ergo depulsio incipit esse actoris; ille statum faciet. Ita erit quidem status ex prima depulsione, sed ea fiet
18 ab accusatore, non a reo. Quid? quod eadem quaestio potest eundem vel accusatorem facere vel reum: *Qui artem ludicram exercuerit, in quatuordecim primis ordinibus ne sedeat;* qui se praetori in hortis ostenderat, neque erat productus, sedit in qua-
19 tuordecim ordinibus. Nempe intentio est: *Artem ludicram exercuisti;* depulsio: *Non exercui artem ludicram;* quaestio: *Quid sit artem ludicram exercere?* Si accusabitur theatrali lege, depulsio erit rei; si excitatus fuerit de spectaculis et aget iniuria-
20 rum, depulsio erit accusatoris. Frequentius tamen illud accidet, quod est a plurimis traditum. Effugerunt has quaestiones qui dixerunt, statum esse id, quod appareat ex intentione et depulsione, ut *Fe-*
21 *cisti*, *Non feci* aut *Recte feci.* Viderimus tamen, utrum id sit status, an in eo status. Hermagoras *statum* vocat, per quem subiecta res intelligatur, et ad quem probationes etiam partium referantur.

quid? si sic distinxi. *quid si confitetur* T. L. et Sp. *qui si confitetur* 2 m T.
respondet T. Amb. 1. *respondeat* Sp.
inquit inquid T.
actoris accusatoris 2 m T.
sed ea sed ita L.
18. *ne sedeat non s.* L.
praetori in hortis Censor Spald. in Nov. Biblioth. Germ. 1800. Vol. 51. p. 534 huic loco, quem Spalding illustrare non poterat, lucem dedit alluto Terentio in Eunuchi Prolog. 22., ubi vide Bentleium et Ruhnkenium.
19. *depulsio depulsio erit rei non exercui.* T. sed eadem prima manus delevit vocabula *erit rei;* atqui 2 m denuo supra posuit.
fuerit fuerat 2 m T.
20. *plurimis* T. L. Amb. 1. *pluribus* Sp.
et depulsione omitt. L.
21. *probationes probationis* 1 m T.

Nostra opinio semper haec fuit, ut cum essent frequenter in causa diversi quaestionum status, in eo crederem *statum causae*, *quod esset in ea potentissimum*, *et in quo maxime res verteretur.* Id si quis *generalem quaestionem* vel *caput generale* dicere malet, cum hoc mihi non erit pugna, non magis quam si aliud adhuc, quo idem intelligatur, eius rei nomen invenerit, quamquam tota volumina in hanc disputationem inpendisse multos sciam: nobis *statum* dici placet. Sed cum in aliis omnibus inter scriptores summa dissensio est, tum in hoc praecipue videtur mihi studium quoque diversa tradendi fuisse; adeo nec, qui sit numerus nec, quae nomina nec, qui generales quive speciales sint status, convenit.

Quot et qui status.

Ac primum Aristoteles elementa decem consti- 23
tuit, circa quae versari videatur omnis quaestio. *Οὐσίαν*, quam Plautus *essentiam* vocat, neque sane aliud est eius nomen Latinum: sed ea quaeritur *An sit? Qualitatem*, cuius apertus intellectus est. *Quantitatem*, quae dupliciter a posterioribus divisa est, *Quam magnum* et *Quam multum sit? Ad aliquid*, unde ducta est *translatio* et *comparatio.* Post haec 24

fuit, *ut* om. *ut* T. L. Amb. 1. ut videtur.
crederem credere T. L. Amb. 1. Locus dubius.
verteretur verte 1 m *versaretur* 2 m T. *maximae res verterentur* L.
caput capud T.
malet mallet T. Amb. 1.
in hanc disputationem in hac disputationem 1 m *in hac disputatione* 2 m T.
22. *qui sit num. quis num.* Amb. 1.
nec, *qui gen. quive gen.* Amb. 1.
23. *constituit instituit* T.
Plautus T. L. cett. codd. Spald. voluit *Flavus* (cf. 2, 14, 2.), expresserat autem *Flavius.*
sane sine 1 m *sine ea* 2 m T.
ducta est Amb. 1. *ductae* T. L. Sp.

Ubi et *Quando:* deinde *Facere*, *Pati*, *Habere*, quod est quasi *armatum esse*, *vestitum esse.* Novissime, κεῖσθαι, quod est *compositum esse quodam modo*, [ut *calere facere stare irasci.*]

24. [*ut calere facere stare irasci*] Recepi codicis Tur. et Lassb. lectionem, sed uncis simul inclusi verba, cum omnia haec exempla e margine irrepsisse videantur. Haec exempla autem sunt turbata et, si auctor ea posuisset, sic in ordinem redigenda essent: *deinde facere ut calefacere* (hoc enim fortasse voluit glossator), *pati ut irasci*, *habere quod est quasi armatum esse, vestitum esse. novissime κεῖσθαι, quod est compositum esse quodam modo, ut stare.* Alii librarii vel docti homines ex Aristotele alia adiecerunt exempla. Turicensis enim a secunda manu habet *ut calere vel calefacere vel iacere quod nunc situm dicimus, stare irasci.* Editores usque ad Spaldingium exhibent *ut sedere, stare, iacere*, quamquam nullo in codice nec *sedere* nec *iacere* invenitur. Spaldingius tamen verissimam loci constitutionem esse credebat, ubi nonnisi duo exempla compareant *iacere sedere.* Locus autem Aristotelis, qui corrumpendo Quintiliano occasionem dedit, in Categoriis est cap. 2, 6. ed. Buhle p. 449. *τῶν κατὰ μηδεμίαν συμπλοκὴν λεγομένων ἕκαστον ἤτοι οὐσίαν σημαίνει ἢ ποσὸν ἢ ποιὸν ἢ πρός τι ἢ ποῦ ἢ πότε ἢ κεῖσθαι ἢ ἔχειν ἢ ποιεῖν ἢ πάσχειν. Ἔστι δὲ οὐσία μὲν (ὡς τύπῳ εἰπεῖν) οἷον ἄνθρωπος ἵππος. ποσὸν δὲ οἷον δίπηχυ τρίπηχυ. ποιὸν δὲ οἷον λευκὸν γραμματικόν. πρός τι δὲ οἷον διπλάσιον ἡμισυ μεῖζον. ποῦ δὲ οἷον ἐν ἀγορᾷ ἐν Λυκείῳ. πότε δὲ οἷον χθὲς πέρυσι. κεῖσθαι δὲ οἷον ἀνάκειται κάθηται. ἔχειν δὲ οἷον ὑποδεδέσθαι ὡπλίσθαι. ποιεῖν δὲ οἷον τέμνειν καίειν. πάσχειν δὲ οἷον τέμνεσθαι καίεσθαι.* Ibidem c. 7. p. 500. *Ἐπιδέχεται δὲ καὶ τὸ ποιεῖν καὶ τὸ πάσχειν ἐναντιότητα καὶ τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον. τὸ γὰρ θερμαίνειν τῷ ψύχειν ἐναντίον καὶ τὸ θερμαίνεσθαι τῷ ψύχεσθαι καὶ τὸ ἥδεσθαι τῷ λυπεῖσθαι· ὥστε ἐπιδέχεται ἐναντιότητα. — — Εἴρηται δὲ καὶ ὑπὲρ τοῦ κεῖσθαι ἐν τοῖς πρός τι, ὅτι παρωνύμως ἀπὸ τῶν θέσεων λέγεται. Ὑπὲρ δὲ τῶν λοιπῶν τοῦ τε πότε καὶ τοῦ ποῦ καὶ τοῦ ἔχειν διὰ τὸ προφανῆ εἶναι, οὐδὲν ὑπὲρ αὐτῶν ἄλλο λέγεται ἢ ὅπα ἐν ἀρχῇ ἐρρέθη. ὅτι τὸ ἔχειν μὲν σημαίνει τὸ ὑποδεδέσθαι τὸ ὡπλίσθαι.* Amb. 1. dat *calere stare irasci.* Lünemannus coniecit: *cadere*, *iacere*, *stare*, *nasci.* Gernhard recepit *ut sedere*, *stare*, uncis inclusit *iacere.* Ultimae autem categoriae addere exemplum, non opus videtur, cum per illa *quod est compositum esse quodam modo* satis sit explicata. Isidorus similiter has Aristotelis categorias in latinum vertit Origg. lib. 2. p. 54. ed. Basil. 1577.: *Categoriarum species decem sunt, scilicet substantia, quantitas, qualitas, relatio, situs, locus, tempus, habitus, agere* (Quint. *facere* dicit) *et pati.* Tum memorabile est, quod in categoria *habitus* pari modo ac Quintilianus ab exemplo Aristotelis recedit: *Habitus ab habendo aliquid dictus, ut habere scientiam in mente, virtutem in corpore, circa corpus v e s t i m e n t u m et cetera, quae ad habendi modum designato a doctoribus numero comprehenduntur.* Martianus Capella autem Aristotelis verba ad verbum refert, de Dialectica lib. 4. p. 70., ex quo loco nonnulla tantum memorabo,

Sed ex his omnibus prima quatuor ad status pertinere, cetera ad quosdam locos argumentorum videntur. Alii novem elementa posuerunt, *Personam*, 25
in qua de animo, corpore, extra positis quaeratur, quod pertinere ad coniecturae et qualitatis instrumenta video; *Tempus*, quod *χρόνον* vocant, ex quo quaestio *an is, quem, dum addicta est, mater peperit, servus sit natus? Locum*, unde controversia videtur *an fas fuerit tyrannum in templo occidere? An exulaverit, qui domi latuit?* Tem- 26
pus iterum, quod *καιρὸν* appellant: hanc autem videri volunt speciem illius temporis ut aestatem vel hiemem, huic subicitur *ille in pestilentia comissator; Actum* id est *πρᾶξιν*, quod eo referunt *sciens commiserit an insciens? necessitate an casu?* et talia; *Numerum*, qui cadit in speciem quantitatis, *an Thrasybulo triginta praemia debeantur, quia tot tyrannos sustulerit? Causam*, cui plurimae subia- 27
cent lites, quotiens factum non negatur, sed quia iusta ratione sit factum, defenditur; *Τρόπον*, cum

quae refutare videntur Spaldingii mutationem loci Aristotelis *κεῖσθαι δὲ οἷον ἀνάκειται, κάθηται.* in *οἷον ἀνάκεισθαι, καθῆσθαι:* ille enim sic vertit: *Quid situs? ut puta iacet, sedet. Quid habitus? ut calciatus, armatus. Quid facere? ut secare, urere. Quid pati? ut secari, uri.*

sed ex his sed ex iis T. non ut Zumpt refert *sed iis.*

25. *extra positis et extra pos.* T 2 m. probante Spald. quod tamen retractavit iudicium in Praefat. p. 80. Conf. 3, 7, 12 *Ipsius vero laus hominis ex animo et corpore et extra positis peti debet.*

χρόνον καιρον L. *ΧΡΟ̄Ν* T 1 m. *chronon* 2 m.

quem, dum quae nondum pepererit L 1 m. *quem nondum* 2 m.

addicta est Verte: Ist das Kind, welches die Mutter gebiert, während sie Schulden halber einem andern verpfändet ist, Sclave?

locum locus T. L. Amb. 1.

26. *exulaverit exculaverit* T.

comissator commisaturactor id est Tur. *commesator* Lassb. 1 m. Conf. Bentl. ad Ter. Eun. 3, 1, 52. infra 11, 3, 57.

πρᾶξιν ΠΡΕΑΞΙΝ T.

Thrasybulo trhasilbolo T.

quia T. L. fort. Amb. 1. *qui* Sp.

27. *causam* Amb. 1. Sp. *causa* T. L.

τρόπον trope T 1 m.

id, quod alio modo fieri licet, alio dicitur factum, hinc est *adulter loris caesus* vel *fame necatus; Occasionem factorum*, quod est apertius, quam ut vel interpretandum vel exemplo sit demonstrandum:
28 tamen ἀφορμὰς ἔργων vocant. Hi quoque nullam quaestionem extra haec putant. Quidam detrahunt duas partes *numerum* et *occasionem*, et pro illo, quem dixi *actu* subiciunt *res* id est πράγματα. Quae ne praeterisse viderer, satis habui adtingere. Ceterum his nec status satis ostendi, nec omnes contineri locos credo: quod apparebit diligentius legentibus quae de utraque re dicam. Erunt enim plura multo, quam quae his elementis comprenduntur.
29 Apud plures auctores legi, placuisse quibusdam *unum* omnino *statum* esse *coniecturalem*. Sed quibus placuerit, neque illi tradiderunt neque ego usquam reperire potui. Rationem tamen hanc secuti dicuntur, quod res omnis signis colligeretur. Quo modo licet qualitatis quoque solum statum faciant, quia ubique, qualis sit cuiusque rei natura, quaeri potest. Sed utrocumque modo sequetur summa con-
30 fusio. Neque interest, unum quis statum faciat an nullum, si omnes causae sunt conditionis eiusdem. *Coniectura* dicta est a *coniectu* id est directione quadam rationis ad veritatem: unde etiam somniorum atque ominum interpretes *coniectores* vocantur.

28. *actu* Amb. 1. Sp. *actum* T. L. Amb. 1. a 2 m.
quae ne quae n e imposito apice T.
adtingere atingere T.
dicam ducam 1 m T.
29. *reperire potui reperiri putui* 1 m T.
quia ubique q. et ub. L.
cuiusque cuius T.
sequetur sequeretur T. L.
30. *unum unum quisque statu in faciat* 1 m T. *utrum quisque statum unum faciat* 2 m T. *unum quisque* L. Amb. 1.
Coniectura Iul. Victor. p. 9 *Coniectura dicta est a coniectu animi id est intentione mentis ad veritatem acumine suo tendentis.*
ominum hominum T. Amb. 1. a 1 m.

Appellatum tamen est hoc genus varie, sicut se-
quentibus apparebit.

Fuerunt, qui duos status facerent: Archede- 31
mus *coniecturalem* et *finitivum* exclusa *qualitate*, quia sic de ea quaeri existimabat *quid esset iniquum? quid iniustum? quid dicto audientem non esse?* quod vocat, *de eodem et alio.* Huic diversa 32
sententia eorum fuit, qui duos quidem status esse voluerunt, sed unum *infitialem* alterum *iuridicialem. Infitialis* est, quem dicimus *coniecturalem*, cui ab infitiando nomen alii in totum dederunt, alii in partem, qui accusatorem coniectura, reum infitiatione uti putaverunt. *Iuridicialis* est, qui Graece dicitur 33
δικαιολογικός. Sed quemadmodum ab Archedemo qualitas exclusa est, sic ab his repudiata finitio. Nam subiciunt eam iuridiciali, quaerendumque arbitrantur *Iustumne sit, sacrilegium appellari quod*

sequentibus in *sequentibus* 2 m T.

31. *Archedemus archiedemus* T. L 1 m. *archidemus* L 2 m. Sp. — Strabo T. 3. p. 63. ed. Coray. Ἄνδρες δ' ἐξ αὐτῆς Ταρσοῦ γεγόνασι τῶν μὲν στωϊκῶν Ἀντίπατρός τε καὶ Ἀρχέδημος. Ceterum utraque forma Archidemus et Archedemus in usu fuit. Vide Lobeck ad Phrynichum p. 769.

quid dicto quo d. L.

de eodem et alio quae forma genus est definitionis. Isidorus Origg. 2. p. 59. ed. Basil. 1579.: *Sexta species diffinitionis est, quam Graeci κατὰ διαφοράν, nos per differentiam dicimus. Scriptores vero Artium de eodem et de altero nominant, ut cum quaeritur, quid sit inter regem et tyrannum: adiecta differentia quid uterque sit, diffinitur id est rex est modestus et temperans, tyrannus vero impius et immitis.* Hac igitur definitionis forma utimur, cum de duabus dicimus rebus, esse eas in parte easdem, in parte autem alias.

et alio et alia T. Amb. 1.

32. *huic* sic Turic. non ut Spald. narrat *hinc.*

iuridicialem iuridicalem Amb. 1.

quem dicimus T. L. Amb. 1. *quem nos d.* Sp.

qui T. L. *quia accusatorem* Sp.

33. *Graece d.* δικ. *qui* δικαιολογικὸς *Graece dicitur* Sp. Illud habet T. L. Amb. 1.

Archedemo arcicdomo T. *archiedo* L 1 m. *archide* L 2 m. *Archidemo* Sp.

his iis T.

34 *obiciatur*, vel *furtum* vel *amentiam?* qua in opinione Pamphilus fuit: sed *qualitatem* in plura partitus est: plurimi deinceps mutatis tantum nominibus *in rem, de qua constet et in rem, de qua non constet.* Nam est verum; nec aliter fieri potest, quam ut aut certum sit factum esse quid aut non sit. Si non est certum, coniectura sit; si certum
35 est, reliqui status. Nam idem dicit Apollodorus, cum quaestionem aut *in rebus* extra positis, quibus coniectura explicatur, aut *in nostris opinionibus* existimat positam; quorum illud πραγματικόν, hoc περὶ ἐννοίας vocat. Idem, qui ἀπρόληπτον et προληπτικὸν dicunt id est *dubium* et *praesumptum,*
36 quo significatur de quo liquet. Idem Theodorus: qui de eo *An sit* et *de accidentibus ei, quod esse constat* id est περὶ οὐσίας καὶ συμβεβηκότων existimat quaeri. Nam in his omnibus prius genus *coniecturam* habet, sequens reliqua. Sed haec reliqua Apollodorus duo vult esse, *qualitatem* et *de*

34. *constet — non constet* A. prob. Gernh. Add. *non constet — constet* T. L. Sp.
aut certum aut om. T.
reliqui status i. e. cadit in iuridicialem.

35. *idem, qui idem quia* ΠΡΟΛΗΤΙΚΟΝ *et* ΠΡΟΛΗΜΤΙΤΙΚΟΝ T 1 m. *idem quia* ΠΡΟΝ. etc. (*proletiton et prolemtiticon* supra) 2 m. A. habet *idemque* απροληπτον — *dicit.* Campana *idemque — dicitur* probante Gernh. Add. Nostram lect. explica: Idem volunt vel sentiunt, qui ἀπρόλ. et προλ. dicunt. Lassb. dat *id est quia* απροληπτον *et* προληπτικον *dicunt.* Mox *Idem Theodorus* eodem modo explicandum est: idem sentit Th.
quo quod T. Amb. 1.

36. συμβεβηκότων CTNBEBHKOTΩN T. συμβεβηκόσιν Amb. 1.
his iis T.
περὶ οὐσίας Augustini Principia Rhet. p. 322 *Ubi quaeritur an sit, genus id quaestionis Hermagoras* στοχασμὸν *vocat, nos coniecturam possumus dicere, item Theodorus* περὶ τῆς οὐσίας *id est de substantia.*
sequens reliqua alterum genus de accidentibus reliquos status comprendit.

nomine id est finitivam: Theodorus, *quid*, *quale*, *quantum*, *ad aliquid*. Sunt qui et *de eodem et de* 37
alio modo *qualitatem* esse modo *finitionem* velint. In duo et Posidonius dividit *vocem* et *res*. In voce quaeri putat *An significet*, *quid*, *quam multa*, *quo modo?* rebus *coniecturam*, quod κατ' αἴσθησιν vocat, et *qualitatem*, et *finitionem*, cui nomen dat κατ' ἔννοιαν, et *ad aliquid*. Unde et illa divisio est, alia esse *scripta*, alia *inscripta*. Celsus Cor- 38
nelius duos et ipse fecit status generales *An sit? Quale sit?* Priori subiecit *finitionem*, quia aeque quaeratur *An sit sacrilegus*, qui *nihil* se sustulisse de templo dicet, et qui *privatam* pecuniam confitetur sustulisse. *Qualitatem* in *rem* et *scriptum* dividit. Scripto quatuor partes legales exclusa translatione, *quantitatem* et *mentis quaestionem* coniecturae subiecit. Est etiam alia in duos dividendi 39
status ratio, quae docet aut de *substantia* controversiam esse aut de *qualitate*, ipsam porro qualitatem aut in *summo genere* consistere aut in *succedentibus*. De substantia est *coniectura*. Quaestio 40
enim tractatur *rei An facta sit? An fiat? An futura sit?* Interdum etiam *mentis:* idque melius,

finitivam intellige *constitutionem* ut mox §. 46 μετάληψιν, *quam nos varie translativam, transsumtivam, transpositivam dicimus.* — Spald. coni. *finitionem.*
ad aliquid om. *ad* L.
37. *qui et et qui* videtur in Amb. 1. esse.
res rer 1 m *rem* 2 m T.
rebus T. L. Amb. 1. *in rebus* Sp.
inscripta in scripto 2 m T. Conf. 3, 5, 4.
38. *subiecit* T. plerique libri. *subiicit* Guelf. Voss. 1. 3. Sp.
dicet Amb. 1. *dicit* T. Sp.
scripto quatuor scripto dividit quatuor T.
mentis quaestionem cum quaerimus *qua mente sit factum?* 7, 2, 1. 6.
coniecturae subiecit coniecturam subiecit T. *subiecit* habent omnes libri. *subiicit* Sp.
39. *etiam alia etiam illa* Amb. 1.
in succedentibus i. e. in speciebus.
40. *melius mellus* 1 m T.

quam quod iis placuit, qui statum eundem *facti* nominaverunt, tamquam de praeterito tantum et tan-
41 tum de facto quaereretur. Pars qualitatis, quae est de summo genere, raro in iudicium venit, quale est *idne sit honestum, quod vulgo laudatur?* Succedentium autem aliae de communi appellatione, ut *sitne sacrilegus, qui pecuniam privatam ex templo furatus est?* Aut de re denominata, ubi et factum esse certum est nec dubitatur, quid sit, quod factum est. Cui subiacent omnes de *honestis, iustis, utilibus*
42 quaestiones. His etiam ceteri status contineri dicuntur, quia et quantitas modo ad coniecturam referatur, ut *Maiorne sol quam terra?* modo ad qualitatem *Quanta poena quempiam quantove praemio sit affici iustum?* et translatio versetur circa
43 qualitatem, et definitio pars sit translationis: quin et contrariae leges et ratiocinativus status id est syllogismos et plerumque scripti et voluntatis aequo nitantur, nisi quod hic tertius aliquando coniecturam accipit *Quid senserit legis constitutor?* ambiguitatem vero semper coniectura explicari necesse sit, quia, cum sit manifestum verborum intellectum esse duplicem, de sola quaeritur voluntate.

44 A plurimis tres sunt facti generales status, quibus et Cicero in Oratore utitur, et omnia, quae aut in controversiam aut in contentionem veniant, contineri putat *Sitne? Quid sit? Quale sit?* quorum nomina apertiora sunt, quam ut dicenda sint.
45 Idem Patrocles sentit. Tres fecit et M. Antonius his quidem verbis: *Paucae res sunt, quibus ex rebus omnes orationes nascuntur, factum, non fa-*

iis plac. his pl. Amb. 1.

43. *syllogismos* T 1 m. A. *syllogismus* T 2 m. Sp. conf. §. 77. 88. 99.

44. *quae aut in* delevit *aut* Schützius ad Ciceronis Oratorem c. 14. p. 158. ed. mai. — Recte.

ctum: ius, iniuria: bonum, malum. Sed quoniam, quod iure dicimur fecisse, non hunc solum intellectum habet, ut lege, sed illum quoque, ut iuste fecisse videamur: secuti Antonium apertius voluerunt eosdem status distinguere. Itaque dixerunt *coniecturalem, legalem, iuridicialem,* qui et Verginio placent. Horum deinde fecerunt species, ita ut *legali* 46
subicerent *finitionem* et alios, qui *ex scripto* ducuntur; *legum contrariarum*, quae ἀντινομία dicitur; et *scripti et sententiae* vel *voluntatis* id est κατὰ ῥητὸν καὶ διάνοιαν; et μετάληψιν, quam nos varie *translativam, transumptivam, transpositivam* vocamus; συλλογισμόν, quem accipimus *ratiocinativum* vel *collectivum; ambiguitatis*, quae ἀμφιβολία nominatur: quos posui, quia et ipsi a plerisque *status* appellantur, cum quibusdam *legales* potius *quaestiones* eas dici placuerit.

Quatuor fecit Athenaeus προτρεπτικὴν στάσιν 47
vel παρορμητικὴν id est *exhortativum*, qui suasoriae est proprius; συντελικήν, qua *coniecturam* significari magis ex his, quae sequuntur, quam ex ipso nomine apparet; ὑπαλλακτικήν, ea *finitio* est, mutatione enim nominis constat; *iuridicialem*, eadem

45. *sed quoniam quomodo* L.
dicimur dicimus T. L.
Verginio T. L. *Virginio* Sp.

46. *ducuntur* T. L. fort. Amb. 1. *dicuntur* Sp.
ἀντινομία *antinomia* T.
ῥητὸν *PETON* T.
μετάληψιν *metalempsin* T. L.
συλλογισμὸν *CTMMOΓICMON q. accepimus* T 1 m.
ratiocinativum ratiocinacium T 1 m.
quae ἀμφ. om. *quae* L.

47. παρορμητικὴν Amb. 1. Sp. *protrepticen stasin vel parhormeticen* T. L.
exhortativum exhortivum T.
qua quae T.
sequuntur secuntur T.
ὑπαλλακτικήν *ΠΙΑΜΑΚΤΙΚΗΝ* T. littera *M* corrupte pro λλ. eodem modo paulo post scribitur *ipamacticen* T 2 m.

appellatione Graeca, qua ceteri, usus. Nam est, ut
48 dixi, multa in nominibus differentia. Sunt qui *ὑπαλλακτικὴν translationem* esse existiment secuti hanc mutationis significationem. Fecerunt alii totidem status, sed alios *An sit? Quid sit? Quale sit? Quan-*
49 *tum sit?* ut Caecilius et Theon. Aristoteles in rhetoricis [etiam sic omne opus dividit, in *veritatem*, et *petenda ac fugienda*, quod est suasoriae, et *de eodem atque alio:* partiendo tamen ad hoc pervenit, ut] *An sit? Quale*, *Quantum* et *Quam multum*

usus usos 2 m T.
nam non T.
nominibus omnibus Amb. 1. a 2 m.

48. *existiment existimant* Amb. 1. Sunt innumera exempla, ubi hanc locutionem apud Quint. invenimus, sed coniunctivus usum ubique obtinet. 1, 5, 46. 1, 6, 28. 2, 8, 13. 2, 11, 1. 3, 8, 3.

Theon ex cuius progymnasmatis aliquid attulit in l. 7, 9, 4.

49. [*etiam sic — pervenit ut*] haec omnia uncis inclusi. Tres tantum codices saniorem indicarunt rationem, haec verba omittentes. Bernensis et Vossian. 1. 3. — Haec verba nullo modo neque cum praecedentibus neque cum sequentibus ratione cohaerent, neque inter se bene conveniunt, cum nullum sensum, quoquo modo vertas, praebeant. Corrupta autem esse et ex alieno loco illata, iam inde patet, quod in reliquis quoque codicibus cum ceteris verbis nullo vinculo coniuncta sunt: leguntur enim in Tur. L. Amb. 1. aliisq. codd. sic: *Aristoteles in rhetoricis etiam sic omne opus dividit in veritatem et petenda ac fugienda quod est suasoriae, et de eodem atque alio partiendo tamen ad haec pervenit an sit quale quantum et quam multum sit quaerendum putat.* — In nullo codice neque *ut* ante *an sit* neque *putet* apparet; et non solum haec, sed etiam illud *ad hoc* (codd. habent *ad haec*) ab editoribus est mutatum, qui verba grammaticae lege nectere voluerunt, sensu tamen repugnante. Ut autem hae editorum mutationes iudicio carent, sic Buttmanni quoque coniectura *etiam sic* in *etiamsi* mutantis ab omni ratione abhorret, nec intelligo, quae sit sententia, quam ex hac coniectura eliciamus. Duo autem panni huic loco sunt assuti, illa enim *et de eodem atque alio* neque cum altera corruptela cohaerent, neque ullum habent intellectum et a librario ex alieno loco huc translata videntur. Spaldingius hanc omissionem, qua sola tamen sanari potest locus, solitae negligentiae librariorum tribuit, non videns, ea re restitui prorsus locum. Tres ergo coniecturas in textu recipere maluit *ad hoc*, *ut*, *putet* quam codices illos sequi; etsi sensus non modo non aperiretur, sed potius obscuraretur immense. Atqui verba, quae in illis codd. omittuntur, nullum habent intellectum, nullam cum tota sententia coniunctionem. unde patet, ceteros, in quibus ea leguntur, codices esse corruptos. Zumpt Buttmanni coniecturam probat, ceterum *ut* delet ac restituit *putat*. Sed mallem, ut ex-

sit? quaerendum putat. Quodam tamen loco finitionis quoque vim intelligit, quod dicit quaedam sic defendi, *Sustuli, sed non furtum feci: Percussi, sed non iniuriam feci.* Posuerat et Cicero in libris 50 rhetoricis, *facti, nominis, generis, actionis,* ut in facto *coniectura,* in nomine *finitio,* in genere *qualitas,* in actione *ius* intelligeretur. Iuri subiecerat

plicasset V. D, quomodo se haberet Aristotelis divisio rhetorices in veritatem et petenda ac fugienda et de eodem atque alio. nemo opinor rhetoricen sic dividet: *veritas* enim et *petenda* duo genera sunt causarum, quibus tertium accedere debet laudativum. conf. Arist. Rhet. 1, 3. p. 16. nunc vero adiicitur *de eodem atque alio* quod definitionis est forma, ut supra vidimus § 31.; mallem porro, ut explicasset, quomodo haec divisio rhetorices cum illis statibus ullo modo necessario cohaereret, cum ambae res plane diversae sint et ex alio fonte derivandae. quomodo enim cumque causas diviseris, statuum non mutatur ratio.

fugienda frugienda 1 m T.

suasoriae suasoria 2 m T.

An sit Spaldingius deceptum putat Quintilianum, cum nulla in Aristotele horum statuum sit mentio facta. Sed videamus Rhetor. 1, 8. p. 18. Ἀναγκαῖον καὶ τῷ συμβουλεύοντι καὶ τῷ δικαζομένῳ καὶ τῷ ἐπιδεικτικῷ, ἔχειν προτάσεις περὶ δυνατοῦ καὶ ἀδυνάτου, καὶ εἰ γέγονεν ἢ μή· καὶ εἰ ἔσται ἢ μή. Hic constituit statum coniecturalem *an sit?*

quale ibidem. Ἔτι δέ, ἐπεὶ ἅπαντες καὶ ἐπαινοῦντες καὶ ψέγοντες καὶ προτρέποντες καὶ ἀποτρέποντες καὶ κατηγοροῦντες καὶ ἀπολογούμενοι, οὐ μόνον τὰ εἰρημένα δεικνύναι πειρῶνται, ἀλλὰ καὶ ὅτι μέγα ἢ μικρόν, ἢ τὸ ἀγαθὸν ἢ τὸ κακόν, ἢ τὸ καλὸν ἢ τὸ αἰσχρόν, ἢ τὸ δίκαιον ἢ τὸ ἄδικον ἢ καθ' αὑτὰ λέγοντες ἢ πρὸς ἄλληλα ἀντιπαραβάλλοντες· δῆλον ὅτι δέοι ἂν περὶ μεγέθους καὶ σμικρότητος καὶ τοῦ μείζονος καὶ τοῦ ἐλάττονος προτάσεις ἔχειν καὶ καθόλου καὶ περὶ ἑκάστου. οἷον τί μεῖζον ἀγαθὸν ἢ ἔλαττον, ἢ ἀδίκημα ἢ δικαίωμα. Dicamus sane, in his verbis vestigia latere trium statuum *quale, quantum* et *quam multum sit.*

quodam tamen loco 1, 13. ἐπεὶ δ' ὁμολογοῦντες πολλάκις πεπραχέναι ἢ τὸ ἐπίγραμμα οὐχ ὁμολογοῦσιν ἢ περὶ ὃ τὸ ἐπίγραμμα· οἷον λαβεῖν μὲν ἄλλ' οὐ κλέψαι, καὶ πατάξαι πρότερον ἀλλ' οὐχ ὑβρίσαι, καὶ συγγενέσθαι μὲν ἀλλ' οὐ μοιχεῦσαι· οὐ γὰρ θεοῦ τι· ἢ ἐπεργάσασθαι μὲν ἀλλ' οὐ δημοσίαν· ἢ διειλέχθαι μὲν τοῖς πολεμίοις ἀλλ' οὐ προδιδόναι, διὰ ταῦτα δέοι ἂν καὶ περὶ τούτων διορίσασθαι, τί κλοπὴ τί ὕβρις τί μοιχεία, ὅπως ἐάν τε ὑπάρχειν, ἐάν τε μὴ ὑπάρχειν βουλώμεθα δεικνύναι, ἔχωμεν ἐμφανίζειν τὸ δίκαιον.

quod dicit T. L. *quo dicit* Sp. sed placebat ei *quando.*

sustuli, sed sustulisset 1 m T.

50. *posuerat* scil. *status*, a quo genitivi pendent.

Cicero de Inv. 1, 8.

subiecerat subicerat T.

translationem. Verum hic legales quoque quaestiones alio loco tractat ut species actionis.

51 Fuerunt qui facerent quinque, *coniecturam*, *finitionem*, *qualitatem*, *quantitatem*, *ad aliquid*. Theodorus quoque, ut dixi, isdem generalibus capitibus utitur, *An sit? Quid sit? Quale sit? Quantum sit? Ad aliquid.* Hoc ultimum maxime in comparativo genere versari putat, quoniam melius ac peius, maius et minus nisi alio relata non intelli-

52 guntur. Sed in illas quoque translativas, ut supra significavi, quaestiones incidunt *An huic ius agendi sit?* vel *facere aliquid conveniat? An contra hunc? An hoc tempore? An sic?* omnia enim ista

53 referri ad aliquid necesse est. Alii sex status putant, *coniecturam*, quam γένεσιν vocant; et *qualitatem;* et *proprietatem* id est ἰδιότητα, quo verbo finitio ostenditur; et *quantitatem*, quam ἀξίαν dicunt; et *comparationem;* et *translationem*, cuius adhuc novum nomen inventum est μετάστασις, novum, inquam, in statu, alioqui ab Hermagora inter spe-

alio loco Partition. Oratt. c. 31 et 38.

51. *quinque quidque* T.

putat putant T.

52. *supra significavi* § 23. *ad aliquid*, unde ducta est *translatio* et *comparatio*. Pertinent ad relationem translativae quaestiones, ut *an huic ius agendi sit?* cet.

incidunt Capperonnier correxit *incidit* probante Sp. Sed subiectum huius verbi sunt sequentes quinque quaestiones.

53. γένεσιν *genesin* T.

ἰδιότητα ἰδιωτητα T.

finitio finito T.

adhuc T. Amb. 1. *ad hoc* Sp. *ob hoc* L.

μετάστασις *METACIC* T. μετάθεσις L. Vid. Aquila Rom. p. 155. Ruhnk.

inquam tamquam sic L. Amb. 1. et Turic. ut e prima collatione recte narrat Spaldingius, falso autem ex altera collatione in praef. p. LXXXV. notatur, Turicensem habere *inquam* non *tamquam*.

novum — in statu h. e. novum, cum status eo significatur, quia alias species tantum qualitatis sic appellatur. — Aquila Rom. l. l. *Metastasin transmotionem quidam inter figuras nominavit, cum rem a nobis alio transmovemus, non ita ut ibi causam constituamus. Alioquin iam non figura erit, sed species quaedam eius status, quem qualitatis aut ex accidenti appellant secundum Hermagoram.*

cies iuridicialis usitatum. Aliis septem esse placuit, 54
a quibus nec translatio, nec qualitas, nec comparatio recepta est, sed in horum trium locum subditae quatuor legales adiectaeque tribus illis rationalibus. Alii pervenerunt usque ad octo *translatione* 55
ad septem superiores adiecta. A quibusdam deinde divisa ratio est, et *status rationales* appellarunt, *quaestiones* (quemadmodum supra dixi) *legales*, ut in illis *de re*, in his *de scripto* quaereretur. Quidam in diversum hos status esse, illas quaestiones maluerunt. Sed alii rationales tres putaverunt *An* 56
sit? Quid sit? Quale sit? Hermagoras solus quatuor, *coniecturam*, *proprietatem*, *translationem*, *qualitatem*, quam per accidentia id est κατὰ συμβεβηκὸς vocat hac interpretatione, *An illi accidat viro bono esse vel malo?* Hanc ita dividit *de appetendis et fugiendis*, quae est pars *deliberativa; de persona*, ea ostenditur *laudativa; negotialem*, quam πραγματικὴν vocat, in qua de rebus ipsis 57
quaeritur, remoto personarum complexu, ut *sitne liber, qui est in assertione? An divitiae superbiam pariant? An iustum quid, an bonum? Iuridicialem*, in qua fere eadem, sed certis destinatisque personis quaerantur: *An ille iuste hoc fecerit vel*

iuridicialis iuridiciales Sp.
54. *qualitas* T. L. Amb. 1. *quantitas* Sp.
quatuor legales § 46.
rationalibus rationibus L.
55. *divisa* om. L.
et — appellarunt T 2 m. fort. Amb. 1. Obrecht. *et — appellarent* T 1 m. *ut — appellarent* Sp.
dixi § 46.
ut in illis T 2 m. fort. Amb. 1. Obrecht. *ut illis* T 1 m. L. *in illis* Sp.
56. συμβεβηκός T. L. Amb. 1. συμβεβηκότα Sp.
hanc ita dividit Cic. Rhet. 1, 9 *Huic generi (qualitati) Hermagoras partes quatuor supposuit, deliberativam demonstrativam iuridicialem negotialem.*
57. *in assertione* conf. Hand ad Statium p. 67.
an bonum T. *an bonum sit* Sp.

58 *bene?* Nec me fallit in primo Ciceronis rhetorico aliam esse loci negotialis interpretationem, cum ita scriptum est: *Negotialis est, in qua, quid iuris ex civili more et aequitate sit, consideratur: cui diligentiae praeesse apud nos iurisconsulti existi-*
59 *mantur.* Sed quod ipsius de his libris iudicium fuerit, supra dixi. Sunt enim velut regestae in hos commentarios, quos adolescens deduxerat, scholae: et si qua est in his culpa, tradentis est: sive eum movit id, quod Hermagoras prima in hoc loco posuit exempla ex quaestionibus iuris, sive quod Graeci
60 πραγματικοὺς vocant iuris interpretes. Sed Cicero quidem his pulcherrimos illos de oratore substituit, ideoque culpari, tamquam falsa praecipiat, non potest. Nos ad Hermagoran. *Translationem* hic primus omnium tradidit, quamquam semina eius quaedam citra nomen ipsum apud Aristotelen repe-
61 riuntur. Legales autem quaestiones has fecit, *scripti et voluntatis* (quam ipse vocat κατὰ ῥητὸν καὶ ὑπεξαίρεσιν, id est *dictum et exceptionem:* quo-

58. *in primo Ciceronis* c. 11. Conf. Cassiodorus p. 338. ed. Pith.: *Negocialis est, in qua quid iuris sit ex civili more per aequitatem consideratur: cui diligentiae praesunt iudices et habet sibi connexam controversiam.* — Non discrepat lectio apud Ciceronem.

scriptum est T. L. *scriptum sit* Sp. nonne *quoniam* legendum pro *cum?* cf. 2, 15, 14.

59. *supra* 3, 5, 15.

regestae res gestae Amb. 1.

quos adolescens adulescens T.

in his in is 1 m T.

id quod T. L. om. *id* Sp. — *monuit id quod* Amb. 1.

πραγματικοὺς ΠΡΑΓΜΑΤΙΚΩC T. *pragmaticos* Amb. 1.

60. *illos illis* 1 m T.

falsa falsam 1 m T. L.

Hermagoran T. Amb. 1. *Hermagoram* Sp.

Aristotelen T. L. Amb. 1. *Aristotelem* Sp. Conf. Rhet. 3, 15.

61. *vocat vocant* T 1 m.

dictum et exceptionem qui enim ex scripto vel dicto legis agit, ei interdum exceptio opponitur voluntatis et consilii, quod legislator habuit, quae quasi anima legis est. Gesnerus.

rum prius ei cum omnibus commune est, exceptionis nomen minus usitatum), *ratiocinativum*, *ambiguitatis*, *legum contrariarum*. Albutius eadem di- 62
visione usus detrahit translationem subiiciens eam iuridiciali. In legalibus quoque quaestionibus nullum putat esse, qui dicatur *ratiocinativus*. Scio plura inventuros adhuc, qui legere antiquos studiosius volent: sed ne haec quoque excesserint modum vereor.

Ipse me paulum in alia, quam prius habuerim, 63
opinione nunc esse confiteor. Et fortasse tutissimum erat famae modo studenti nihil ex eo mutare, quod multis annis non sensissem modo, verum etiam adprobassem. Sed non sustineo esse conscius mihi 64
dissimulati in eo praesertim opere, quod ad bonorum iuvenum aliquam utilitatem componimus in ulla parte iudicii mei. Nam et Hippocrates clarus arte medicinae videtur honestissime fecisse, quod quosdam errores suos, ne posteri errarent, confessus est. Et M. Tullius non dubitavit aliquos iam editos libros aliis postea scriptis ipse damnare, sicut Catulum atque Lucullum et hos ipsos, de quibus modo sum locutus, artis rhetoricae. Etenim supervacuus 65
foret in studiis longior labor, si nihil liceret melius invenire praeteritis. Neque tamen quicquam ex his, quae tum praecepi, supervacuum fuit: ad easdem enim particulas haec quoque, quae nunc praecipiam, revertentur; ita neminem didicisse poeniteat, colligere tantum eadem ac disponere paulo signifi-

ei *et* T. Amb. 1.
62. *eam* om. T.
63. *opinione* *opinionem* L 1 m.
64. *in ulla* *in nulla* 2 m T.
iudicii *iudici* 1 m T.
Hippocrates Epid. 5, 14.
aliquos iam editos libros T. L. *aliquos suos libros iam editos aliis* Sp. om. *suos* Amb. 1. quoque, improbante Gernh. Add.
Lucullum *bucullum* T. Conf. Cic. ad Att. 13, 12. 13, 16.
65. *tum* *cum* 1 m T.

cantius conor. Omnibus autem satisfactum volo, non me hoc serius demonstrare aliis, quam mihi ipse
66 persuaserim. Secundum plurimos auctores servabam tres rationales status *coniecturam*, *qualitatem*, *finitionem*, unum *legalem*. Hi mihi status generales erant. Legalem in has quinque species partiebar *scripti et voluntatis*, *legum contrariarum*, *collecti-*
67 *vum*, *ambiguitatis*, *translationis*. Nunc quartum ex generalibus intelligo posse removeri; sufficit enim prima divisio, qua diximus alios rationales, alios legales esse; ita non erit status, sed quaestionum ge-
68 nus: alioquin et rationalis status esset. Ex iis etiam, quos speciales vocabam, removi *translationem* frequenter quidem (sicut omnes, qui me secuti sunt, meminisse possunt) testatus et in ipsis etiam illis sermonibus me nolente vulgatis hoc tamen complexus, vix in ulla controversia translationis statum posse reperiri, ut non et alius in eadem recte dici
69 videretur: ideoque a quibusdam eum exclusum. Neque ignoro multa transferri, cum in omnibus fere causis, in quibus cecidisse quis formula dicitur, hae

me hoc T. L. Amb. 1. *me haec* Sp.

66. *in has quinque* sic Lassb. *in hasque species* T. *in quasque sp.* Sp.

67. *ita non erit status* scil. *legalis.*
alioquin T. L. *alioqui* Amb. 1. (qui alias plerumque illud habet) Sp.

68. *iis his* T.
me nolente ne 1 m T.
vix in ulla dixi in illa T.
eadem recte cadem re recte 2 m T.

69. *quis quae vis eius* 2 m T.
cecidisse — formula Cic. de Inv. 2, 19 *Quum autem actio translationis aut commutationis indigere videtur, quod non aut is agit, quem oportet, aut cum eo, quicum oportet, aut apud quos, qua lege, qua poena, quo crimine, quo tempore oportet, constitutio translativa appellatur. — Atque in nostra consuetudine multis de causis fit, ut varius incidant translationes. Nam et praetoriis exceptionibus multae excluduntur actiones, et ita ius civile habemus constitutum, ut causa cadat is, qui non, quemadmodum oportet, egerit,* et quae sequuntur. Verte: Vom Gerichte abgewiesen werden in

sint quaestiones: *An huic, an cum hoc, an hac lege, an apud hunc, an hoc tempore liceat agere?* et si qua sunt talia. Sed personae, tempora, actio- 70
nes ceteraque propter aliquam causam transferuntur: ita non est in translatione quaestio, sed in eo, propter quod transferuntur. *Non debes apud praetorem petere fideicommissum, sed apud consules: maior enim praetoria cognitione summa est.* Quaeritur, *an maior summa sit? facti* controversia est. *Non licet tibi agere mecum: cognitor enim fieri* 71
non potuisti. Iudicatio, *an potuerit? Non debuisti interdicere, sed petere: an recte interdictum sit,* ambigitur. Quae omnia succedunt legitimis quaestionibus. Annon praescriptiones (etiam in quibus 72
maxime videtur manifesta translatio) easdem omnes species habent, quas eae leges, quibus agitur, ut aut de nomine aut scripto et sententia vel ratiocinatione quaeratur? Deinde status ex quaestione oritur; translatio non habet quaestionem, de qua contendit orator, sed propter quam contendit. Hoc 73
apertius: *Occidisti hominem; Non occidi:* quaestio, *An occiderit?* status coniectura. Non est tale, *Ha-*

Folge eines formellen Fehlers in der Anklage. Hac de re nuper disputavit F. Keller V. C. in libro: Ueber Litis Contestation pag. 502 sqq.

an huic hic Amb. 1. a 2 m.

70. *sed personae sed si personae* 2 m T.
in translatione est translatio T.
debes debet Amb. 1.
maior en. maiore en. Amb. 1.
an maior ammaior 1 m T.

71. *cognitor* vid. Unterholzner ad Horat. Sat. 2, 5, 38. in edit. Heindorf.
iudicatio T. L. Amb. 1. *iudicatio est* Sp.

72. *eae aee* T. *hae* Amb. 1.
agitur omitt. T.
contendit contendat 2 m T.

73. *apertius: occidisti apertius ocidisti* 1 m *apertius est occidisti* 2 m T. cum ergo Spald. ex Turic. *apertius est* referat, hoc de secunda tantum manu intelligi debet. Neque Zumptii *cecidisti* in Turic. agnosco.

beo ius actionis; Non habes: ut quaestio sit, *an habeat?* et inde status. Accipiat enim actionem nec ne, ad eventum pertinet, non ad causam: et ad id, quod pronuntiat iudex, non id, propter quod
74 pronuntiat. Hoc simile est illi, *Puniendus es; Non sum:* videbit iudex, *an puniendus sit?* sed non hic erit quaestio, nec hic status. Ubi ergo? *Puniendus es, hominem occidisti: Non occidi: An occiderit? Honorandus sum; non es;* num statum habet? non, ut puto. *Honorandus sum, quia tyrannum occidi; Non occidisti:* quaestio et status. Si-
75 militer, *Non recte agis; Recte ago,* non habet statum; ubi est ergo? *Non recte agis, ignominiosus.* Quaeritur, *An ignominiosus sit?* aut, *An agere ignominioso liceat?* quaestiones et status. Ergo translativum genus causae, ut comparativum et mu-
76 tuae accusationis. At enim simile est illi *Habeo ius; Non habes Occidisti; Recte occidi.* Non nego; sed nec haec res statum facit. Non enim sunt hae propositiones (alioquin causa non explicabitur), sed cum suis rationibus. *Scelus commisit Horatius; sororem enim occidit: Non commisit; debuit enim occidere eam, quae hostis morte maerebat;* quae-
77 stio, *An haec iusta causa?* ita qualitas. Ac similiter in translatione, *Non habes ius abdicandi, quia*

quaestio sit T. L. *sit quaestio* Sp.
74. *simile est illi* T. *illi simile est* Sp.
75. *non habet — ergo* om. Amb. 1.
ignominiosus — sit omitt. ab uno *ignominiosus* usque ad alterum T.
quaestiones T. L. *et quaestiones* Sp.
causae, ut c. T. L. Amb. 1. *causae est ut* Sp. *causae ut comparativum est mutuae accusationis* 2 m Tur.
76. *nego ergo* T.
hacc res T. L. *res haec* Sp. *ne haec res* Amb. 1.
rationibus orationibus T.
commisit — debuit om. mediis T.
morte mortem Amb. 1.
77. *ac simil. et sim.* Amb. 1.
translat. tralat. Amb. 1.

ignominioso non est actio: Habeo ius, quia abdicatio actio non est. Quaeretur, *Quid sit actio?* finiemus. *Non licet abdicare filium* syllogismos. Item cetera per omnes et rationales et legales status. Nec ignoro fuisse quosdam, qui translationem in ra- 78
tionali quoque genere ponerent hoc modo, *Hominem occidi iussus ab imperatore. Dona templi cogenti tyranno dedi. Deserui tempestatibus, fluminibus, valetudine impeditus*, id est, non per me stetit, sed per illa. A quibus etiam liberius dissen- 79
tio. Non enim actio transfertur, sed causa facti: quod accidit paene in omni defensione. Deinde is, qui tali utitur patrocinio, non recedit a forma qualitatis; dicit enim, se culpa vacare, ut magis qualitatis duplex ratio facienda sit, altera, qua et factum defenditur, altera, qua tantum reus.

Credendum est igitur iis, quorum auctoritatem 80
secutus est Cicero, tria esse, quae in omni disputatione quaerantur, *an sit*, *quid sit*, *quale sit?* quod ipsa nobis etiam natura praescribit. Nam primum oportet subesse aliquid, de quo ambigitur, quod, quid sit aut quale sit, certe non potest aestimari, nisi prius esse constiterit; ideoque ea prima quaestio. Sed non statim, quod esse manifestum est, etiam, 81
quid sit, apparet. Hoc quoque constituto, novissima qualitas superest, neque his exploratis aliud

quaeretur T. *quaeritur* Sp.
filium T. L. Amb. 1. om. Sp.

syllogismos Tur. 1 m. *syllogismo sic* 2 m. *syllogismo* Amb. 1. om. *syllogismus* L. *syllogismus* Sp. cf. § 88 *syllogismos*. Zumpt falsam scripturam ex Tur. refert. nam a 1 m dat *syllogismosit* i. e. *syllogismos item* non *syllogismo sit*. (lineola enim supra *it* est.)
rationales rationes L.

78. *Deserui* scil. vadimonium. Schulting Notae ad Digesta T. 1. p. 299.
illa illud T. L. Amb. 1.

80. *quod, quid* om. *quod* L.
aut quale T. Amb. 1. *et quale* Sp.

81. *neque his* T. Amb. 1. *nec his* Sp.

est ultra. His infinitae quaestiones, his finitae continentur; horum aliqua in demonstrativa, deliberativa, iudiciali materia utique tractantur. Haec rursus iudiciales causas et rationali parte et legali continent. Neque enim ulla iuris disceptatio nisi finitione, qualitate, coniectura potest explicari. Sed instituentibus rudes non erit inutilis latius primo fusa ratio, et, si non statim rectissima linea tensa, facilior tamen et apertior via. Discant igitur ante omnia, quadripertitam in omnibus causis esse rationem, quam primam intueri debeat, qui acturus est. Nam ut a defensore potissimum incipiam, longe fortissima tuendi se ratio est, *si, quod obicitur, negari potest:* proxima, *si non id, quod obicitur, factum esse dicatur:* tertia honestissima, *qua recte factum defenditur.* Quibus si deficiamur, ultima quidem, sed iam sola superest salus aliquo iuris adiutorio elabendi ex crimine, quod neque negari neque defendi potest, ut non videatur *iure actio intendi.* Hinc illae quaestiones sive actionis sive translationis. Sunt enim quaedam non laudabilia natura, sed iure concessa; ut in XII tabulis debitoris corpus inter cre-

tractantur tractatur T. Amb. 1.

82. *et rationali et rationalis* 1 m. *ex rationalis* 2 m T. *disceptatio disceptio* T.

83. *nam, ut* om. *nam* T. *est, si, quod o. est si non id q. o.* L 1 m. *est si id q. o.* 2 m L. *si quid obi.* T 1 m. *obicitur — factum* omitt. inde a primo *obicitur* usque ad secundum T. In margine: *Deest secunda.* *dicatur* T. L. fort. Amb. 1. *dicitur* Sp. *factum fatum* T.

deficiamur deficiamus T 2 m. Amb. 1. Sed fortasse Ambrosiani lectio praestat. certe in multis Quintiliani locis *deficere* cum ablativo invenitur, si Turicensi, Lassberg., Ambros. credendum est. conf. 4. Prooem. extr. *viribus deficiemus.* 5, 7, 23 *deficiet numero pars adversa.* Caesar B. Gall. 7, 30 *ipse animo non defeccrat.*

84. *Hinc hic* T. L. Amb. 1. *actionis sive actiones sive translationes. Sunt enim* etc. 1 m. *sive actiones sive translationes sunt. Sunt enim* 2 m T. *non laudab. nat. non laud. non nat.* T. L.

ditores dividi licuit, quam legem mos publicus repudiavit: et aliquid aequum, sed prohibitum iure; ut libertas testamentorum. Accusatori nihilo plura 85
intuenda sunt, quam ut probet *factum esse*, *hoc esse factum*, *non recte factum*, *iure se intendere*. Ita circa species easdem lis omnis versabitur translatis tantum aliquando partibus: ut in causis, quibus de praemio agitur, recte factum petitor probat. Haec quatuor velut proposita formaeque actionis, 86
quae tum generales status vocabam, in duo (ut ostendi) genera discedunt *rationale* et *legale*. Rationale simplicius est, quia ipsius tantum naturae contemplatione constat. Itaque in eo satis est ostendisse *coniecturam*, *finitionem*, *qualitatem*. Lega- 87
lium plures sint species necesse est, propterea quod multae sunt leges et varias habent formas. Alia est cuius verbis nitimur, alia cuius voluntate: alias nobis, cum ipsi nullam habeamus, adiungimus: alias inter se comparamus: alias in diversum interpretamur. Sic nascuntur haec velut simulacra ex illis 88
trifidis, interim simplicia, interim et mixta propriam tamen faciem ostendentia, ut *scripti et voluntatis*, quae sine dubio aut *qualitate* aut *coniectura* continentur; et *syllogismos*, qui est maxime *qualitatis*; et *leges contrariae*, quae isdem, quibus *scriptum* et *voluntas*, constant; et ἀμφιβολία, quae semper

et aliquid est aliquid 2 m T.
85. *quam ut* om. *quam* T. *ut quam* L.
non r. factum om. Amb. 1.
causis, quibus T. L. Amb. 1. c. *in quibus* Sp.
petitor petitur L 2 m.
86. *velut veluti* Amb. 1.
ostendi § 67.
87. *habeamus* T. L. Amb. 1. *habemus* Sp.
88. *ostendentia, ut ostendenti aut* T 1 m. L. *ostendentia aut* 2 m T.
aut coni. an c. L.
syllogismos T. L. συλλογισμος A. *syllogismus* Sp.
leges — constant legis — constat T. L.

89 *coniectura* explicatur. *Finitio* quoque utrique generi, quodque rerum, quodque scripti contemplatione constat, communis est. Haec omnia, etiamsi in illos tres status veniunt, tamen, quia (ut dixi) habent aliquid velut proprium, videntur demonstranda discentibus, et permittendum ea dicere vel *status legales* vel *quaestiones* vel *capita* quaedam *minora*, dum sciant nihil ne in his quidem praeter tria, quae
90 praediximus, quaeri. At *Quantum?* et *Quam multum?* et *Ad aliquid*, et (ut nonnulli putaverunt) *comparativus*, non eandem rationem habent; sunt enim haec non ad varietatem iuris, sed ad solam rationem referenda, ideoque semper in parte aut coniecturae aut qualitatis ponenda sunt, ut *Qua*
91 *mente?* et *Quo tempore?* et *Quo loco?* Sed de singulis dicemus quaestionibus, cum tractare praecepta *divisionis* coeperimus. Hoc inter omnes convenit, in causis simplicibus singulos status esse causarum; quaestionum autem, quae velut subiacent his et ad illud, quo iudicium continetur, referuntur,
92 saepe in unam cadere plures posse; etiam credo aliquando dubitari, quo statu sit utendum, cum adversus unam intentionem plura opponuntur, et sicut in colore dicitur narrationis eum esse optimum, quem actor optime tueatur, ita hic quoque posse dici, eum statum esse faciendum, in quo tuendo pluri-
93 mum adhibere virium possit orator, ideoque pro Milone aliud Ciceroni agenti placuit, aliud Bruto,

89. *demonstranda demonstrativa* T.
90. *quantum tantum* T.
comparativus comparativos T.
91. *divisionis* lib. VII. cap. 4.
hoc haec 1 m T.
subiacent his et ad Amb. 1. *subiacentis et ad* T 1 m. *subiacentis et ad* T 2 m. L. *subiacentes ad illud* Sp.
92. *colore sicut in loco redicitur* T 1 m. *in loco dicitur* 2 m.
quem actor quam auctor 1 m T. L.
adhibere habere T. L.
93. *Milone* Spald. *in praefat.* Vol. II. p. VI. *Asconium quoque*

cum exercitationis gratia componeret orationem, cum ille *iure tamquam insidiatorem occisum* et tamen *non Milonis consilio* dixerit, ille etiam *gloriatus sit occiso malo cive:* in coniunctis vero posse duos et 94
tres inveniri, vel diversos, ut si quis aliud se non fecisse, aliud recte fecisse defendat, vel generis eiusdem, ut si quis duo crimina vel omnia neget. Quod 95
accidit etiam, si de una re quaeratur aliqua, sed eam plures petant, vel eodem iure ut proximitatis, vel diverso, ut cum hic testamento, ille proximitate nitetur. Quotiens autem aliud alii petitori opponitur, dissimiles esse status necesse est, ut in illa controversia: *Testamenta legibus facta rata sint. In-* 96
testatorum parentium liberi heredes sint. Abdicatus ne quid de bonis patris capiat. Nothus, ante legitimum natus, legitimus filius sit: post legitimum natus, tantum civis. In adoptionem dare liceat. In adoptionem dato redire in familiam liceat, si pater naturalis sine liberis decesserit. Qui ex duobus legitimis alterum in adoptionem de- 97
derat, alterum abdicaverat, sustulit nothum: instituto herede abdicato decessit. Tres omnes de bonis contendunt: (nothum, qui non sit legitimus, Graeci vocant, Latinum rei nomen, ut Cato quoque in oratione quadam testatus est, non habemus, ideoque

Pedianum pag. 193. Bruti orationem pro Milone commemorare dicit.

exercitationis exercitationis hic gratia 2 m T.

ille etiam T. L. Amb. 1. *hic etiam* Sp. cf. 2. 8, 11. 11, 3, 168. 8, 7, 28. — 6, 1, 3 *his et his.* 6, 1, 23 *aut ex iis aut ex iis.*

94. *posse duos posset vos* 1 m T. non *posse et vos* ut Zumpt refert.

vel omnia om. Amb. 1. nec displicet.

96. *parentium* T. L. *parentum* Sp. cf. 2, 4, 16.

civis cives T. Amb. 1. ut § 100.

97. *nothum natum* T.

Tres omnes T. L. Amb. 1. Regius abiicere voluit alterutrum. *omnes tres* Sp.

nothum T 2 m. L. A. *notum* T 1 m. *νόθον* Sp.

98 utimur peregrino.) Sed ad propositum. Heredi scripto opponitur lex, *Abdicatus ne quid de bonis patris capiat:* fit status scripti et voluntatis, *an ullo modo capere possit? an ex voluntate patris? an heres scriptus?* Notho duplex fit quaestio, quod *post* legitimos natus sit, et quod *non* sit *ante* legitimum
99 natus. Prior syllogismon habet, *an pro non natis sint habendi, qui a familia sunt alienati?* Altera et scripti et voluntatis. Non esse enim hunc natum ante legitimum convenit, sed voluntate legis se tuebitur, quam dicet talem fuisse, ut legitimus esset nothus tunc natus, cum alius legitimus in domo non
100 esset. Scriptum quoque legis excludet dicens, *Non utique, si postea legitimus natus non sit, notho nocere:* uteturque hoc argumento, *Finge solum natum nothum, cuius conditionis erit? tantum civis? atqui non erit post legitimum natus. Filius? atqui non erit ante legitimum natus. Quare si verbis legis stari non potest, voluntate standum est.*
101 Nec quemquam turbet, quod ex una lege duo status fiant; duplex est; ita vim duarum habet. Redire in familiam volenti dicitur ab altero primum, *Ut*

98. *an ullo modo* Spaldingius voluit *an nullo modo*, eandemque correctionem pluribus locis proposuit. 6, 3, 6. 7, 2, 41. 9, 4, 1. 12, 10, 2. At subtilius hac de re iudicavit Ochsnerus in Ciceronis Eclogis p. 192. Frotscherus ad Quintil. X, 1, 65. atque Handius in Tursellino sub part. *an* p. 328.
possit possint 2 m T.
99. *syllogismon* T. L. *συλλογισμον* A. *syllogismum* Sp.
non natis n. nati T 1 m.
et scripti T. L. Amb. 1. om. *et* Sp.
et voluntatis et evolunt. T 1 m.
esse enim T. L. fort. Amb. 1. *enim esse* Sp.
legis se om. *se* T. L. Amb. 1.
dicet dicit L.
tunc n. Amb. 1. *tum n.* T. Sp.
100. *civis cives* 1 m T. Amb. 1.
a. legitimum Amb. 1. *a. legitimos* T. Sp.
stari stare T.
voluntate voluntatis T. *voluntatis tantum* Amb. 1.
101. *redire in redire ut* 1 m T.
dicitur ab altero sc. ab abdicato.

tibi redire liceat: heres sum; idem status, qui in petitione abdicati: quaeritur enim, *an possit esse heres abdicatus?* Obicitur communiter a duobus, 102
Redire tibi in familiam non licet; non enim pater sine liberis decessit. Sed in hoc propria quisque eorum quaestione nitetur: alter enim dicet, abdicatum quoque inter liberos esse, et argumentum ducet ex ipsa, qua repellitur, lege; supervacuum enim fuisse prohiberi patris bonis abdicatum, si esset numero alienorum: nunc, quia filii iure futurus fuerit intestati heres, oppositam esse legem, quae tamen non id efficiat, ne filius sit, sed ne heres sit. Status finitivus, *Quid sit filius?* Rursus nothus eisdem 103
colligit argumentis, non sine liberis patrem decessisse, quibus in petitione usus est, ut probaret esse se filium, nisi forte et hic finitionem movet, *An liberi sint etiam non legitimi?* Cadent ergo in unam controversiam vel specialiter duo legitimi status, *scripti et voluntatis* et *syllogismos* et praeterea *finitio*, vel tres illi, qui natura soli sunt, *coniectura* in *scripto et voluntate*, *qualitas* in *syllogismo* et, quae per se est aperta, *finitio.*

Causa quoque et *iudicatio* et *continens* est 104
in omni genere causarum. Nihil enim dicitur, cui non insit ratio, et quo iudicium referatur, et quod rem maxime contineat. Sed quia magis haec va-

heres abdicatus Amb. 1. Sp. Lassb. omittit *an*, Tur. omitt. *abdicatus.*
102. *Obicitur* Amb. 1. *adicitur* T. L. *adiicitur* Sp.
qua r. quae L. T.
repellitur reppellitur T.
futurus futurum fuerit intestati heredis T. L. *heredis* dat Amb. 1. a 2 m.
quae — efficiat quae — efficiatur T 1 m. *qua — efficiatur* 2 m.
heres sit T. L. om. *sit* Sp.
103. *in petitione in petitionem* Amb. 1.
liberi sint liberi sunt 1 m T. L.
ergo T. L. Amb. 1. *igitur* Sp.
syllogismos Amb. 1. *syllogismus* T. Sp.
104. *et continens* om. *et* L.

riantur in litibus, et fere tradita sunt ab eis, qui de iudicialibus causis aliqua composuerunt, in illam partem differantur. Nunc, quia in tria genera causas divisi, ordinem sequar.

De laude et vituperatione.

VII. Ac potissimum incipiam ab ea, quae constat *laude* ac *vituperatione*. Quod genus videtur Aristoteles atque eum secutus Theophrastus a parte negotiali, hoc est πραγματικῇ, removisse totamque ad solos auditores relegasse, et id eius nominis, quod
2 ab ostentatione ducitur, proprium est. Sed mos Romanus etiam negotiis hoc munus inseruit. Nam et funebres laudationes pendent frequenter ex aliquo publico officio, atque ex senatusconsulto magistratibus saepe mandantur, et laudare testem vel contra pertinet ad momentum iudiciorum, et ipsis etiam reis dare laudatores licet: et editi *in competitores*, *in L. Pisonem*, *in Clodium et Curionem* libri vituperationem continent, et tamen in Senatu loco sunt
3 habiti sententiae. Neque infitias eo, quasdam esse ex hoc genere materias ad solam compositas osten-

cis T. L. *iis* Sp. *his* Amb. 1.

CAP. VII.

1. *Aristoteles* *Aristotelis* L 1 m. Rhet. 1, 3.
πραγματικῇ ΠΡΑΓΜΑΤΙΚΗ T 1 m. *pragmatice* 2 m. et Amb. 1.
eius nominis ἐπιδεικτικὸν enim hoc genus dicitur.

2. *funebres orationes* Vide F. G. Doeringii dissertationem de Laudationibus Funebribus apud Veteres. Gothae 1804.
aliquo publico T. L. Amb. 1. *publico aliquo* Sp.
senatusconsulto *senatusconsulte* 1 m T.
in competitores i. e. Ciceronis oratio in toga candida contra C. Antonium et L. Catilinam Competitores in senatu habita Tom. II. P. 1. p. 521. ed. Orelli.
Pisonem *pisionem* T.
in Clodium et Curionem cuius orationis fragmenta edidit C. Boierus. Lipsiae 1825. Conf. Ellendt in hist. Eloquent. Rom. p. c.

3. *infitias eo* *infictias eo* 1 m T. *in infitias eo sive nego* 2 m.

tationem, ut laudes deorum virorumque, quos priora tempora tulerunt. Quo solvitur quaestio supra tractata, manifestumque est errare eos, qui numquam oratorem dicturum nisi de re dubia putaverunt. An 4 laudes Capitolini Iovis, perpetua sacri certaminis materia, vel dubiae sunt vel non oratorio genere tractantur?

Ut desiderat autem laus, quae negotiis adhibetur, probationem: sic etiam illa, quae ostentationi componitur, habet interim aliquam speciem probationis, ut qui Romulum Martis filium educa- 5 tumque a lupa dicat, in argumentum coelestis ortus utatur his, quod abiectus in profluentem non potuerit extingui, quod omnia sic egerit, ut genitum praeside bellorum deo incredibile non esset, quod ipsum quoque coelo receptum temporis eius homines non dubitaverint. Quaedam vero etiam in de- 6 fensionis speciem cadent, ut si in laude Herculis permutatum cum regina Lydiae habitum et imperata (ut traditur) pensa orator excuset. Sed proprium laudis est, res *amplificare* et *ornare*.

Quae materia praecipue quidem in deos et homines cadet: est tamen et aliorum animalium et iam

priora propiorum T 1 m. *propiora* 2 m. *propriorum* L.
quaestio supra tractata 3, 5, 3.
dicturum dictorum 1 m T.
4. *perpetua — materia perpetuae — materiae* 2 m T.
dubiae sunt sint L.
ostentationi ostentatione L 1 m.
5. *abiectus abiectos* 1 m T. L. *non obiectos* ut Zumpt refert.
in profluentem in profluentem Tiberim L. Conf. Florus 1, 1, 2 „Primus ille et urbis et imperii conditor Romulus fuit, Marte genitus et Rhea Silvia. Hoc de se sacerdos gravida confessa est; nec mox fama dubitavit, quum Amulii imperio *abiectus in profluentem cum Remo fratre non potuit extingui.*“
coelo caelo 1 m *caelo* 2 m T.
dubitaverint debutaverint T. *debuerint* L 1 m.
6. *pensa pansas* T.
cadet T. L. *cadit* Sp.
et iam i. e. atque adeo, vel etiam. sic T. L. Amb. 1. om. *iam* Sp.

7 carentium anima. Verum in deis generaliter primum maiestatem ipsius eorum naturae venerabimur; deinde proprie vim cuiusque et inventa, quae utile 8 aliquid hominibus adtulerint. Vis ostenditur ut in Iove regendorum omnium, in Marte belli, in Neptuno maris: inventa ut artium in Minerva, Mercurio literarum, medicinae Apolline, Cerere frugum, Libero vini. Item si qua ab iis acta vetustas tradidit, commemoranda. Addunt etiam diis honorem parentes, ut si quis sit filius Iovis: addit antiquitas, ut iis, qui ex Chao; progenies quoque, ut Apollo ac Diana 9 Latonae. Laudandum in quibusdam, quod geniti immortales; in quibusdam, quod immortalitatem virtute sint consecuti: quod pietas principis nostri praesentium quoque temporum decus fecit.

10 Magis est varia laus hominum. Nam primum dividitur *in tempora*, quodque ante eos fuit, quoque ipsi vixerunt: in iis autem, qui fato sunt functi, etiam quod est insecutum. Ante hominem *patria* ac *parentes maiores*que erunt, quorum duplex tractatus est: aut enim respondisse nobilitati pulchrum 11 erit; aut humilius genus inlustrasse factis. Illa quoque interim ex eo, quod ante ipsum fuit, tempore trahentur, quae responsis vel auguriis futuram claritatem promiserunt, ut eum, qui ex Thetide natus

7. *maiestatem magestatem* T.
venerabimur venerabitur T.
adtulerint T. L. Amb. 1. *attulerunt* Sp. e Guelf. et Goth.
8. *Apolline*, *Cerere* *Apollini Cereri* L.
item T. L. *tum* Sp.
ab iis *ab his* Amb. 1.
quis *qui* T. L.
iis *his* T.
qui ex T. L. *qui sunt ex* Sp.
ex Chao De declinatione nominis vide Schneider Formenl. Lat. pag. 273.
9. *quibusdam* *quibus* T., ut mox *quibus* iterum pro *quibusdam*.
sint T. L. fort. Amb. 1. *sunt* Sp.
10. *iis* *his* Amb. 1.
11. *promiserunt* Tur. L. Amb. 1 a 2 m. *promiserint* Sp.

esset, maiorem patre suo futurum cecinisse dicuntur oracula. Ipsius vero laus hominis ex animo et cor- 12
pore et extra positis peti debet. Et corporis quidem fortuitorumque cum levior tum non uno modo tractanda est. Nam et pulchritudinem interim roburque prosequimur honore verborum, ut Homerus in Agamemnone atque Achille. Interim confert admirationi multum etiam infirmitas, ut cum idem Tydea parvum, sed bellatorem dicit fuisse. Fortuna 13
vero tum dignitatem adfert, ut in regibus principibusque: namque est haec materia ostendendae virtutis uberior, tum quo minores opes fuerunt, maiorem benefactis gloriam parit. Sed omnia, quae extra nos bona sunt, quaeque hominibus forte obtigerunt, non ideo laudantur, quod habuerit quis ea, sed quod iis honeste sit usus. Nam divitiae et po- 14
tentia et gratia, cum plurimum virium dent in utramque partem, certissimum faciunt morum experimentum: aut enim meliores propter haec aut peiores sumus. Animi semper vera laus: sed non una per 15
hoc opus via ducitur. Namque alias aetatis gradus gestarumque rerum ordinem sequi speciosius fuit, ut in primis annis laudaretur indoles, tum disciplinae, post hoc operum id est factorum dictorumque contextus: alias in species virtutum dividere laudem,

12. *fortuitorumque* om. *que* L.
cum tum 2 m T.
13. *fortuna futura* L.
tum T. L. Amb. 1. *cum* Sp.
materia materie 1 m T.
maiorem T. L. Amb. 1. *eo maiorem* Sp. Non raro *eo* post *quo* omittitur. (Ruddimann. Institutt. T. 2. p. 104.), ut in aureo illo Horatii dicto: *Quanto quisque sibi plura negaverit, Ab Dis plura feret.*
iis his T.
14. *nam divitiae ñadivitiae et potentia et gratia cum* 1 m. *ñ ad divitias s. vitia et potentiam et gratiam quae cum* etc. 2 m T.
enim meliores enim inmeliores 1 m. *enim melioris propter haec aut peioris sumus animi.* 2 m T. *mel. sumus pr. h. a. p.* Amb. 1. Zumpt. falsam lect. ex Tur. refert.

fortitudinis, iustitiae, continentiae ceterarumque, ac singulis adsignare, quae secundum quamque earum
16 gesta erunt. Utra sit autem harum via utilior, cum materia deliberabimus, dum sciamus gratiora esse audientibus, quae solus quis aut primus aut certe cum paucis fecisse dicetur, si quid praeterea supra spem aut exspectationem, praecipue quod aliena po-
17 tius causa quam sua. Tempus, quod finem hominis insequitur, non semper tractare contingit: non solum, quod viventes aliquando laudamus, sed quod rara haec occasio est, ut tempore referri possint divini honores et decreta et publice statuae consti-
18 tutae. Inter quae numeraverim ingeniorum monumenta, quae saeculis probarentur. Nam quidam sicut Menander iustiora posterorum quam suae aetatis iudicia sunt consecuti. Adferunt laudem liberi parentibus, urbes conditoribus, leges latoribus, artes inventoribus, nec non instituta quoque auctoribus, ut a Numa traditum deos colere, a Publicola fasces populo submittere.

19 Qui omnis etiam in vituperatione ordo constabit, tantum in diversum, Nam et turpitudo generis opprobrio multis fuit, et quosdam claritas ipsa notiores circa vitia, et invisos magis fecit, et in qui-

15. *earum eorum* T. *rerum* L.
erunt Sp. coni. *erant*. Nostram defendit Ellendt ad Cicer. Brut. 50, 187.
17. *tempore* recepi e Tur. qui *tp̃e* habet. abest ab Amb. 1. et L. et Spald.
honores honoris et decrete 1 m T. *decretae* Amb. 1 á 2 m.
et publice Amb. 1. *ut p.* T. L. Sp.
18. *inter quae interque* T 1 m.
monumenta monimenta 2 m T.
Menander 10, 1, 72.
iustiora iustitiora (ut alias *amicitior.*) T. non *iustitiorum* ut Zumpt refert.
Numa nuna 1 m T. *uti a Numa* Amb. 1.
Publicola poplicola T. at 1, 6, 31 *publicolae*.
19. *opprobrio obprobrio* T.

busdam, ut in Paride traditum est, praedicta pernicies, et corporis aeque ac fortunae quibusdam mala contemptum, sicut Thersitae, adquisiere; quibusdam bona vitiis corrupta odium adtulerunt, ut Nirea inbellem, Plisthenen inpudicum a poetis accepimus. Et animi totidem vitia, quot virtutes sunt: nec mi- 20
nus quam in laudibus duplici ratione tractantur. Et post mortem adiecta quibusdam ignominia est ut Maelio, cuius domus solo aequata; Marcoque Manlio, cuius praenomen e familia in posterum exemptum est. Et parentes malorum odimus. Et est 21
conditoribus urbium infame, contraxisse aliquam perniciosam ceteris gentem, qualis est primus Iudaicae

traditum traditus 1 m T. *traditum* 2 m., non ut Spald. narrat *tradit.*

aeque ac fort. sic scripsi. *atque ac fort.* Tur. *corporis ac fort.* Sp.

sicut Thersitae T. L. Amb. 1. *ut Th.* Sp.

Thersitae adquisiere Amb. 1. *atqui fiere* T. *at vero* L. Non dubitavi Ambrosiani scripturam coniecturae Obrechti, quamlibet sit elegantissima, praeferre, quam Spald. dabat *ut Thersitae atque Iro.* Hic locus integritatem cod. Ambros. quam maxime probat!

Nirea nerea T. Amb. 1 a 2 m.

Plisthenen. Is per adulterium Agamemnonem et Menelaum generasse dicitur. Scholiasta Homeri ad Iliad. 1, 8 Ἀτρεί̈δης ὁ Ἀτρέως παῖς. Ἀγαμέμνων δὲ κατὰ μὲν Ὅμηρον Ἀτρέως τοῦ Πέλοπος, μητρὸς δὲ Ἀερόπης. κατὰ δὲ Ἡσίοδον Πλεισθένους. Schol. Veneta ad Iliad. 2, 249 Ἀτρεί̈δησ', οὗτοι ἦσαν κατὰ μὲν τὸ σύνηθες Ἀερόπης καὶ Ἀτρέως παῖδες τοῦ Πέλοπος, τῇ δ' ἀληθείᾳ Πλεισθένους, ὥς φασιν ἄλλοι τε πολλοὶ καὶ Πορφύριος ἐν ζητήμασιν. ἀλλ' ἐπειδὴ Πλεισθένης νέος τελευτᾷ μηδὲν καταλείψας μνήμης ἄξιον, νέοι ἀναιρεφέντες ὑπὸ Ἀτρέως αὐτοῦ παῖδες ἐκλήθησαν. Cum autem editores certum nullum inpudicitiae Plisthenis testimonium explorarent, Philander vel Brodaeus *Clisthenem* coniecit, quod probabant editores plerique. — *phistenem* T. *plisthenen* L, Amb. 1.

accepimus accipimus L,

20. *et animi ut animi* T.

quibusdam om. T.

Maelio L. *melior* T. De scriptura *Maeli* v. praeter Spald. ad hunc locum Garatonium ad Cicer. Philipp. 2, 34. — Amb. 1 a 1 m dat *maelio*, a 2 m. *m. aelio.*

aequata aequita 1 m T.

e familia a fam. Amb. 1.

21. *Iudaicae superstitionis a.* i. e. Moses.

superstitionis auctor: et Gracchorum leges invisae: et si quod est exemplum deforme posteris traditum, quale libidinosus vir Perses in muliere Samia insti-
22 tuere ausus dicitur primus. Sed viventibus quoque iudicia hominum velut argumenta sunt morum; et honos aut ignominia veram esse laudem vel vituperationem probat.

23 Interesse tamen Aristoteles putat, ubi quidque laudetur aut vituperetur. Nam plurimum refert, qui sint audientium mores, quae publice recepta persuasio, ut illa maxime, quae probant, esse in eo, qui laudabitur, credant; aut in eo, contra quem dicemus, ea, quae oderunt: ita non dubium erit iudi-
24 cium, quod orationem praecesserit. Ipsorum etiam permiscenda laus semper: nam id benevolos facit; quotiens autem fieri poterit, cum materiae utilitate

Gracchorum gracorum T.
libidinosus vir T. L. Amb. 1 a 2 m. *libidinis vir* Sp.
22. *sed viventibus* T. *sed in viv.* Sp.

23. *Aristoteles* Rhet. 1, 9. p. 47 Σκοπεῖν δὲ καὶ παρ' οἷς ὁ ἔπαινος ὥσπερ γὰρ ὁ Σωκράτης ἔλεγεν, οὐ χαλεπὸν Ἀθηναίους ἐν Ἀθηναίοις ἐπαινεῖν. Δεῖ δὲ τὸ παρ' ἑκάστοις τίμιον ὂν λέγειν ὡς ὑπάρχον· οἷον ἐν Σκύθαις ἢ Λάκωσιν ἢ φιλοσόφοις. 3, 14. p. 201 Ἐν δὲ τοῖς ἐπιδεικτικοῖς οἴεσθαι δεῖ ποιεῖν συνεπαινεῖσθαι τὸν ἀκροατὴν ἢ αὐτὸν ἢ γένος ἢ ἐπιτηδεύματ' αὐτοῦ ἢ ἄλλως γέ πως. Ὃ γὰρ λέγει Σωκράτης ἐν τῷ ἐπιταφίῳ, ἀληθές, ὅτι οὐ χαλεπὸν Ἀθηναίους ἐν Ἀθηναίοις ἐπαινεῖν ἀλλ' ἐν Λακεδαιμονίοις. Conf. Io. Sarisberiensis Policratic. VIII. p. 530. Unde et interesse plurimum putat Aristoteles, ubi quidque laudetur aut vituperetur. Nam plurimum refert, qui sint audientium mores, quae publice recepta persuasio, *docetque in Rhetoricis*, ut illa maxime, quae probent, esse in eo, qui laudabitur publice, credant, aut in eo, contra quem dicitur, ea, quae omnes oderunt, eritque, quotiens quid fieri poterit, *singulorum* docenda utilitas. Quod enim expedit, omnes approbant, etsi honestum aliud aliis videatur. Studia litterarum minus honoris merentur Lacedaemone quam Athenis, forte plus patientia, fortitudo. His rapto vivere honestum est, aliis cura legum, frugalitas apud Sybaritas *fortasse* odio foret.
recepta receptum T.
probant probat T.
24. *ipsorum* nomine non iudices sed audientium quique significantur.
benevolos benivolos T. L. 1, 5, 68 *malivolas.* 4, 1, 5 *benivolum.* 6. *benivolentiam.*

iungenda. Minus Lacedaemone studia litterarum quam Athenis honoris merebuntur: plus patientia ac fortitudo. Rapto vivere quibusdam honestum, aliis cura legum. Frugalitas apud Sybaritas forsitan odio foret, veteribus Romanis summum luxuria crimen. Eadem in singulis differentia. Maxime favet iudex, 25
qui sibi dicentem adsentiri putat. Idem praecipit illud quoque (quod mox Cornelius Celsus prope supra modum invasit), quia sit quaedam virtutibus ac vitiis vicinitas, utendum proxima derivatione verborum, ut pro temerario fortem, pro prodigo liberalem, pro avaro parcum vocemus: quae eadem etiam contra valent. Quod quidem orator id est vir bonus numquam faciet, nisi forte communi utilitate ducetur.

Laudantur autem *urbes* similiter atque homi- 26
nes. Nam pro parente est conditor, et multum auctoritatis adfert vetustas, ut iis, qui terra dicuntur orti, et virtutes ac vitia circa res gestas eadem quae in singulis: illa propria, quae ex loci positione ac munitione sunt. Cives illis ut hominibus liberi decori.

Est laus et *operum*, in quibus *honor*, *utilitas*, 27

ac fortitudo recepi e Tur. qui a 1 m. dat: *patientiam ac fort.* fort. Amb. 1. item *ac* dat. omitt. *ac* Sp.

25. *adsentiri assentari* recepit Gernh. ex Guelf. Almelov.

Idem praecipit Rhet. 1, 9. p. 46 *Ληπτέον δὲ καὶ σύνεγγυς τοῖς ὑπάρχουσιν ὡς ταὐτὰ ὄντα καὶ πρὸς ἔπαινον καὶ πρὸς ψόγον· οἷον τὸν εὐλαβῆ καὶ εὔψυχον* (Cod. *ψυχρὸν*) *δειλὸν καὶ ἐπίβουλον καὶ τὸν ἡλίθιον χρηστὸν καὶ τὸν ἀνάλγητον πρᾷον. — — οἷον τὸν θρασὺν ἀνδρεῖον καὶ τὸν ἄσωτον ἐλευθέριον.*

pro prodigo om. *pro* T 1 m.
parcum partum 1 m T.
quod qu. om. *quod* L 1 m.
ducetur T. L. Amb. 1. *ducat* 2 m T. *ducatur* Sp.

26. *ut iis uitiis* 1 m. *viris* 2 m T. *ut his* Amb. 1.
ac vitia virtutis ac vitia 1 m. *virtutis acutia* (sic) 2 m T.
cives civitas 2 m T.
liberi liberis T. L.

27. *et operum et magnitudo op.* L.

pulchritudo, *auctor* spectari solet. *Honor* ut in templis, *utilitas* ut in muris, *pulchritudo* vel *auctor* utrobique.

Est et *locorum*, qualis Siciliae apud Ciceronem, in quibus similiter *speciem* et *utilitatem* intuemur: *speciem* maritimis, planis, amoenis; *utilitatem* salubribus, fertilibus. Erit et dictorum honestorum
28 factorumque laus generalis. Erit et rerum omnis modi. Nam et somni et mortis scriptae laudes et quorumdam a medicis ciborum.

Itaque, ut non consensi hoc laudativum genus circa solam versari honesti quaestionem, sic qualitate maxime contineri puto: quamquam omnes tres status cadere in hoc opus possint, iisque usum C. Caesarem in vituperando Catone notaverit Cicero. Totum autem habet aliquid simile suasoriis, quia plerumque eadem illic suaderi, illic laudari solent.

De suasoria et prosopopoeia.

VIII. Deliberativas quoque miror a quibusdam sola utilitate finitas. Ac, siquid in eis unum sequi oporteret, potior fuisset apud me Ciceronis sententia, qui hoc materiae genus dignitate maxime con-

spectari expectari T.
qualis quasi T.
apud Ciceronem Verrin. 2, 1. sqq. 4, 48.
maritimis — salubribus Spald. coni. *in marit. — in salubr.*
erit et dictor. T. L. Amb. 1. *erit etiam* Sp.
28. *somni somni ominis mortis;* cetera integra praebet Tur. falsa enim memorat Zumpt.
a medicis om. *a* Amb. 1.
qualitate qualitatem T. L.
omnes omnis L. *tres status omnes* Amb. 1.
iisque T. *hisque* Sp.
Cicero Topic. c. 25.
illic laudari T. L. *hic laudari* Sp. cf. 3, 6, 93.

CAP. VIII.

1. *in eis* T. *in his* Sp.
Ciceronis de Orat. 2, 82.

tineri putat. Nec dubito, quin ii, qui sunt in illa priore sententia, secundum opinionem pulcherrimam ne utile quidem, nisi quod honestum esset, existimarint. Et est haec ratio verissima, si consilium 2 contingat semper bonorum atque sapientium. Verum apud inperitos, apud quos frequenter dicenda sententia est, populumque praecipue, qui ex pluribus constat indoctis, discernenda sunt haec, et secundum communes magis intellectus loquendum. Sunt 3 enim multi, qui etiam, quae credunt *honesta*, non tamen satis eadem *utilia* quoque existiment, et, quae turpia esse dubitare non possunt, utilitatis specie ducti probent, ut *foedus Numantinum iugum*que *Caudinum*. Ne qualitatis quidem statu, in quo et 4 honestorum et utilium quaestio est, complecti eas satis est. Nam frequenter in his etiam coniecturae locus est: nonnumquam tractatur aliqua finitio: aliquando etiam legales possunt incidere tractatus, in privata maxime consilia, si quando ambigitur, *an liceat*. De coniectura paulo post pluribus. Interim 5 est definitio apud Demosthenen, *Det Halonnesum Philippus, an reddat?* apud Ciceronem in Phi-

quin ii qui Sic recepi. *quin usi qui sunt in illa priore* 1 m. *quin usi qui sunt illa priore* 2 m T. *quin hi* Sp.

esset esse 1 m T.

2. *ratio oratio* T.

sapientium T. L. Amb. 1. *sapientum* Sp.

3. *quae turpia* om. *quae* L. 1 m.

foedus Numantinum De eisdem exemplis Cicero disputavit de Offic. 3, 30.

4. *nam — locus est* om. L.

privata — consilia consilia iudicum, quae de iure privato diiudicant.

5. *Demosthenen* T. L. Amb. 1. *Demosthenem* Sp.

Halonnesum T. *hallonessum* Amb. 1. *Haloncsum* Sp., qui illam inprobat scripturam. Sed etiam in Bekkeri Oratt. Atticis περὶ Ἁλοννήσου scribitur T. 4. p. 69.

det — reddat definitur quid sit *dare* quidve sit *reddere*. Demosthenes entwickelt zwey Begriffe, ob Philippus den Athenern Halonnesus schenken könne oder vielmehr zurückgeben müsse. Hanc orationem Quintilianus ipsius Demosthenis esse credidit: Schaeferus

lippicis, *Quid sit tumultus?* Quid? non illa similis iudicialium quaestio *de statua Servi Sulpici, an iis demum ponenda sit, qui in legatione ferro sunt*
6 *interempti?* Ergo pars deliberativa, quae eadem *suasoria* dicitur, de tempore futuro consultat, quaerit etiam de praeterito. Officiis constat duobus *suadendi* ac *dissuadendi.*

Prooemio, quale est in iudicialibus, non ubique eget, quia conciliatus est ei quisque, quem consulit. Initium tamen quodcumque debet habere aliquam prooemii speciem: neque enim abrupte, nec unde libuit, incipiendum, quia est aliquid in omni materia
7 naturaliter primum. In senatu, et utique in concionibus eadem ratio, quae apud iudices, adquirendae sibi plerumque eorum, apud quos dicendum sit, benevolentiae. Nec mirum, cum etiam in Panegyricis petatur audientium favor, ubi emolumentum non in utilitate aliqua, sed in sola laude consistit.

antem in Apparatu ad Demosth. T. 1. p. 453 aliter iudicavit: Mihi quoque, ait, haec oratio capitali Demosthenis ingenio videtur indignissima. [Est fortasse ex deperdita Demosthenis consarcinata.]

Cicero Philipp. 8, 1, 2.

quid? non quis non T 1 m. *quae sit illa* 2 m., non, ut Zumpt ex Turic. refert *quisque non sit similis*, nam sec. m. deletis illis *quis n̄*. supra posuit *quae sit.* — *quod non* Lassb.

de statua S. Sulpici Philipp. 9.

Servi Sulpici T. L. *Servii Sulpicii* 2 m T. Sp.

iis his T. Amb. 1.

ferro sunt Tur. hunc ordinem cum ceteris habet, Zumpt autem falso *sunt ferro* e Tur. refert.

6. *consultat* T. L. Amb. 1. *consultans* Sp.

ubique T. L. Amb. 1. *utique* probabat Spald. Sed parum refert, hoc an illud praeferas. *ubique* est omni loco, *utique* valet omni modo. *ubique* verte iedes Mal, *utique* durchaus. Conf. §. 59 *Ego porro ut prooemio video non utique opus esse suasoriis propter quas dixi causas* etc.

initium initum T.

7. *et utique in* Amb. 1. L. Tur. 1 m. *utique et in* 2 m. delete priore *et.*

concionibus conitionibus T 1 m.

dicendum agendum Amb. 1. a 2 m.

favor phavor 1 m T.

emolumentum emolaumentum 1 m T.

in utilitate, in om. T. Amb. 1.

Aristoteles quidem, nec sine causa, putat et a nostra 8
et ab eius, qui dissentiet, persona duci frequenter in consiliis exordium, quasi mutuantibus hoc nobis a iudiciali genere; nonnumquam etiam, ut minor res maiorve videatur: in demonstrativis vero prooemia esse maxime libera existimat: nam et longe a 9
materia duci, ut in Helenae laude Isocrates fecerit, et ex aliqua rei vicinia, ut idem in Panegyrico cum queritur *plus honoris corporum quam animorum virtutibus dari:* et Gorgias in Olympico laudans eos, qui primi tales instituerint conventus. Quos secutus videlicet C. Salustius in bello Iugurthino et Catilinario nihil ad historiam pertinentibus principiis

8. Aristoteles Rhet. 3, 14. p. 201 *Τὰ δὲ τοῦ δημηγορικοῦ προοίμια ἐκ τῶν τοῦ δικανικοῦ λόγου ἐστί. φύσει δὲ ἥκιστα ἔχει, καὶ γὰρ καὶ περὶ οὗ, ἴσασι. καὶ οὐδὲν δεῖται τὸ πρᾶγμα προοιμίου ἀλλ' ἢ δι' αὐτὸν ἢ τοὺς ἀντιλέγοντας ἢ ἐὰν μὴ ἡλίκον βούλει, ὑπολαμβάνωσιν ἀλλ' ἢ μεῖζον ἢ ἔλαττον. διὸ ἢ διαβάλλειν ἢ ἀπολύεσθαι ἀνάγκη, καὶ ἢ αὐξῆσαι ἢ μειῶσαι.*

a nostra ab n. Amb. 1.

hoc in hoc T.

maiorve minor res nec videatur maior 1 m. minor res nec maior videatur 2 m T.

in demonstrativis ibid. 3, 14. p. 197 *τὸ μὲν οὖν προαύλιον ὅμοιον τῷ τῶν ἐπιδεικτικῶν προοιμίῳ, καὶ γὰρ οἱ αὐληταὶ ὅτι ἂν εὖ ἔχωσιν αὐλῆσαι, τοῦτο προαυλίσαντες συνῆψαν τῷ ἐνδοσίμῳ, καὶ ἐν τοῖς ἐπιδεικτικοῖς λόγοις δεῖ οὕτω γράφειν· ὅτι γὰρ ἂν βούληται εὐθὺ εἰπόντα, ἐνδοῦναι καὶ συνάψαι· ὅπερ πάντες ποιοῦσι παράδειγμα τὸ τῆς Ἰσοκράτους Ἑλένης προοίμιον· οὐδὲν γὰρ οἰκεῖον ὑπάρχει τοῖς ἐριστικοῖς καὶ Ἑλένῃ. Ἅμα δὲ καὶ ἐὰν ἐκτοπίσῃ, ἁρμόττει μὴ ὅλον τὸν λόγον ὁμοειδῆ εἶναι. Λέγεται δὲ τὰ τῶν ἐπιδεικτικῶν προοίμια ἐξ ἐπαίνου ἢ ψόγου οἷον Γοργίας μὲν ἐν τῷ Ὀλυμπικῷ λόγῳ, Τπὸ πολλῶν ἄξιοι θαυμάζεσθαι, ὦ ἄνδρες Ἕλληνες, ἐπαινεῖ γὰρ τοὺς τὰς πανηγύρεις συνάγοντας. Ἰσοκράτης δὲ ψέγει, ὅτι τὰς μὲν τῶν σωμάτων ἀρετὰς δωρεαῖς ἐτίμησαν, τοῖς δ' εὖ φρονοῦσιν οὐδὲν ἆθλον ἐποίησαν. — Tur. dat a 1 m. ut demonst. a 2 m. ut in dem.*

9. *Helenae* T. L. Amb. 1. *Helenes* Sp. cf. Bentl. ad Hor. Epod. 17, 17. Epist. 1, 2, 23. Carm. 3, 29, 17.

ut idem utile 2 m T.

idem in Panegyrico ab initio.

cum queritur Amb. 1. *cum queretur* T. *conqueritur* Sp.

instituerint T. L. Amb. 1. *instituerunt* Sp.

C. Salustius T. L. *Crispus Sallustius* Sp. omitt. *Crispus* Amb. 1.

Catilinario *Catilinae* T. L. Amb. 1.

10 orsus est. Sed nunc ad suasoriam, in qua, etiam cum prooemio utimur, breviore tamen et velut quodam capite tantum et initio debemus esse contenti.

Narrationem vero numquam exigit privata deliberatio, eius duntaxat rei, de qua dicenda sententia est: quia nemo ignorat id, de quo consulit. Extrinsecus possunt pertinentia ad deliberationem multa narrari. In concionibus saepe est etiam illa, quae ordinem rei docet, necessaria. Adfectus, ut quae maxime, postulat. Nam et concitanda et lenienda frequenter est ira, et ad metum, cupiditatem, odium, conciliationem inpellendi animi. Nonnumquam etiam movenda miseratio, sive, ut auxilium obsessis feratur, suadere oportebit, sive sociae civitatis eversionem deflebimus. Valet autem in consiliis auctoritas plurimum. Nam et prudentissimus esse haberique et optimus debet, qui sententiae suae de utilibus atque honestis credere omnes velit. In iudiciis enim vulgo fas habetur indulgere aliquid studio suo: consilia nemo est qui neget secundum mores dari.

Graecorum quidem plurimi omne hoc officium concionale esse iudicaverunt, et in sola reipublicae administratione posuerunt. Quin et Cicero in hac maxime parte versatur. Ideoque suasuris *de pace, bello, copiis, opibus, vectigalibus* haec duo esse

10. *utimur* T. L. *utemur* Sp.
debemus Amb. 1. *debebimus* T. L. Sp.
numquam numquid T.
exigit A. *exiget* T. L. Sp.
12. *ut quae utique* 2 m T.
postulat postulanda L. *postulat* intell. suasoria. Nulla alia causa nisi suasoria magis postulat affectus: in hoc causarum genus affectus cadunt plurimi.
metum mecum 1 m T.
13. *velit velut* 1 m T.
indulgere indulgeri Amb. 1 a 2 m.
14. *iudicaverunt indicaverunt* 1 m T.
Cicero de Orat. 2, 82.
suasuris suasoris 1 m. *suasoti* 2 m T. *suasoriis* Amb. 1.
opibus recepi e Goth. Voss. 2. Paris. 2. auctoritate motus Ci-

praecipue nota voluit, *vires civitatis* et *mores*, ut ex natura cum ipsarum rerum, tum audientium ratio suadendi duceretur. Nobis maior in re videtur 15
varietas; nam et *consultantium* et *consiliorum* plurima sunt genera.

Quare in suadendo ac dissuadendo tria primo spectanda erunt, *Quid sit, de quo deliberetur; Qui sint, qui deliberent; Qui sit, qui suadeat.* Rem, 16
de qua deliberatur, aut certum est posse fieri, aut incertum. Si incertum, haec erit quaestio sola aut potentissima; saepe enim accidet, ut prius dicamus, ne si possit quidem, esse faciendum: deinde, fieri non posse. Cum autem de hoc quaeritur, coniectura est, *An Isthmos intercidi, an siccari palus Pomtina, an portus fieri Ostiae possit, an Alexander terras ultra Oceanum sit inventurus?* Sed in 17
iis quoque, quae constabit posse fieri, coniectura aliquando erit: ut si quaeretur, *An utique futurum sit, ut Carthaginem superent Romani; ut redeat Hannibal, si Scipio exercitum in Africam transtu-*

ceronis, qui in loco, quem laudavi, idem habet. Etiam Gernh. hoc expressit. — *operibus* T. L. Amb. 1.
vectigalibus vestigalibus 1 m T.
esse praecipue T. L. Amb. 1. *praecipue nota esse* Sp.
tum tam 1 m T.
15. *in re iure* T. Amb. 1.
plurima plura Amb. 1.
in suadendo Cassiodor. p. 333. Pith. *In suadendo ac dissuadendo tria praecipue sunt spectanda: quid sit de quo deliberetur, qui sint qui deliberent, qui sit qui suadeat rem, de qua deliberatur.*
ac dissuad. T. L. consentiente Cassiodoro. *et dissuad.* Sp.
primo T. L. *primum* Sp.
16. *ne si possit q. e. nisi possit quidem esse* 1 m T. *si possit q. esse* 2 m. *nec si possit quidem fieri esse* L. Amb. 1. *ne si possit quidem fieri esse* Sp. Caremus facile illo *fieri*. Vid. Ochsnerus ad Cicer. Eclog. p. 102.
Pomtina pomtima 1 m. *pomptina* 2 m T. Sp. Receptam habet Lassb. et Gernh. Cf. Ruperti ad Iuvenal. 3, 307.
Oceanum occeanum T.
17. *in iis in his* Amb. 1.
si quaeretur T 1 m. Amb. 1. *ut si quaeretur* 2 m T. *si sequeretur* L 1 m. *si quaeretur* 2 m. *ut si quaeratur* Sp.
si Scipio om. *si* T.

lerit; ut servent fidem Samnites, si Romani arma deposuerint? Quaedam et fieri posse et futura esse, credibile est, sed aut *alio tempore* aut *alio loco* aut *alio modo.*

18 Ubi coniecturae non erit locus, alia sunt intuenda. Et primum, aut propter ipsam rem, de qua sententiae rogantur, consultabitur, aut propter alias intervenientes extrinsecus causas. Propter ipsam deliberant Patres conscripti, *an stipendium militi* 19 *constituant?* Haec materia simplex erit. Accedunt causae aut faciendi, ut deliberent P. C., *An Fabios dedant Gallis bellum minitantibus?* aut non faciendi. Deliberat C. Caesar, *An perseveret in Germaniam ire*, cum milites passim testamenta facerent? Hae 20 suasoriae duplices sunt. Nam et illic causa deliberandi est, quod bellum Galli minitentur: esse tamen potest quaestio, *Dedendine fuerint, etiam citra hanc denuntiationem, qui contra fas, cum legati missi essent, proelium inierint regemque, ad quem* 21 *mandata acceperant, trucidarint?* Et hic nihil Caesar sine dubio deliberaret nisi propter hanc militum perturbationem; est tamen locus quaerendi, *An citra hunc quoque casum penetrandum in Germaniam fuerit?* Semper autem de eo prius loquemur, de quo deliberari etiam detractis sequentibus posset.

18. *aut propter et propter* T. L.
rogantur regnantur 1 m T.
19. *deliberent* T. L. *deliberant* Sp.
Deliberat sic T. L. Amb. 1. dat *deliberat G. Caesar.* ceteri codd. *ut deliberat* Badius Sp.
testamenta testamenti T. Hoc ipsum Caesar narrat de bello Gallico 1, 39.
20. *illic illi* T. L.
potest quaestio T. L. Amb. 1. *quaestio potest* Sp.
dedendine delendine T.
21. *perturbationem* Zumpt ex Tur. refert *probationem*, quod falsum est; plene enim illud legitur, nec intelligo, quomodo hic error oriri potuerit.
est tamen et est T. L. non *et tamen* omisso *est*, ut Zumpt e Tur. memorat.
possct possit Amb. 1.

Partes suadendi quidam putaverunt *honestum*, 22
utile, *necessarium*. Ego non invenio huic tertiae locum. Quantalibet enim vis ingruat, aliquid fortasse pati necesse erit, nihil facere: de faciendo autem deliberatur. Quodsi hanc vocant *necessitatem*, 23
in quam homines graviorum metu coguntur, *utilitatis* erit quaestio: ut si *obsessi et inpares et aqua ciboque defecti de facienda ad hostem deditione deliberent* et dicatur, *necesse est:* nempe sequitur, ut hoc subiciatur, *alioquin pereundum est;* ita propter id ipsum non est necesse, quia perire potius licet. Denique non fecerunt Saguntini, nec in rate Opitergina circumventi. Igitur in his quoque 24
causis aut de *sola utilitate* ambigetur, aut quaestio inter *utile* atque *honestum* consistet. At enim, si quis liberos procreare volet, necesse habet ducere uxorem. Quis dubitat? sed ei, qui pater vult fieri, liqueat necesse est, uxorem esse ducendam. Itaque 25
mihi ne consilium quidem videtur, ubi necessitas est: non magis quam ubi constat, quid fieri non posse. Omnis enim deliberatio de dubiis est. Melius igitur, qui tertiam partem dixerunt δυνατόν, quod nostri

22. *necesse erit* Amb. 1. *necesse se sit* T 1 m. *necesse sit* T 2 m. Sp. Construe: *aliquid pati f. necesse erit, nihil tamen necesse erit facere.*
fac. autem om. *autem* L.
23. *quod que quod* T.
quia perire qui aperire 1 m. *quia perire* 2 m T., non ut Spald. refert e Turic. *quia aperire.*
in rate in rite 1 m. *irrite* 2 m T.
Opitergina T 1 m. L. Amb. 1. prob. Gernh. *Opitergini* T 2 m.
24. *habet* T. L. Amb. 1. Gernh. *habet ducere uxorem esse ducendam. Itaque.* mediis omissis 1 m T. *habet dicere uxorem esse ducendam* 2 m. — *habeat* Sp.
ducere uxorem T. Amb. 1. *ux. ducere* Sp.
25. *ne consilium nec cons.* Amb. 1.
fieri non T 1 m. L. Amb. 1. *fieri omnino non* T 2 m. Sp.
posse possit Amb. 1.
dixerunt dux. Amb. 1.
δυνατόν Cassiodor. p. 366. Capp. *Partes suadendi sunt honestum utile necessarium. Quidam ut Quintilianus δυνατὸν hoc est possibile quoque approbant et recipiunt.*

possibile nominant: quae, ut dura videatur appel-
26 latio, tamen sola est. Quas partes non omnes in omnem cadere suasoriam manifestius est, quam ut docendum sit. Tamen apud plerosque earum numerus augetur, a quibus ponuntur ut partes, quae species partium. Nam *fas*, *iustum*, *pium*, *aequum*, *mansuetum* quoque (sic enim sunt interpretati τὸ ἥμερον), et si qua adhuc adicere quis eiusdem ge-
27 neris velit, subici possunt *honestati*. An sit autem *facile*, *magnum*, *iucundum*, *sine periculo*, ad quaestionem pertinet *utilitatis*. Qui loci oriuntur ex contradictione: *Est quidem utile*, *sed difficile*, *par-*
28 *vum*, *iniucundum*, *periculosum*. Tamen quibusdam videtur esse nonnumquam de iucunditate sola consultatio, ut si de aedificando theatro, instituendis ludis deliberetur. Sed neminem adeo solutum luxu puto, ut nihil in causa suadendi sequatur prae-
29 ter voluptatem. Praecedat enim semper aliquid necesse est, ut in ludis honor Deorum; in theatro non inutilis laborum remissio, deformis et incommoda turbae, si id non sit, conflictatio; et nihilominus eadem illa religio, cum theatrum veluti quod-
30 dam illius sacri templum vocabimus. Saepe vero et utilitatem despiciendam esse dicimus, ut honesta faciamus, ut cum illis Opiterginis damus consilium, ne se hostibus dedant, quamquam perituri sint, nisi

26. *ut partes et p.* Amb. 1. *ut he p.* T 1 m. L. *et he p.* T 2 m.
species partium species sunt partium Sp. *quae superiorum species* Amb. 1.
sunt int. in Amb. 1. pro *sunt* est litura et deinde *interpretatur.*
τὸ ἥμερον *tho eimeron* T.
27. *sed diff. et difficile* T.
parvum pravum 2 m T.
28. *causa causas* 1 m T.
29. *deorum deeorum* 1 m. *decor s. deorum* 2 m T.
inutilis utilis L.
conflictatio conflictio L.
30. *despiciendam disp.* Amb. 1.
sint sunt T. L.

fecerint: et utilia honestis praeferimus, ut cum suademus, ut bello Punico servi armentur. Sed tamen 31
neque hic plane concedendum est, esse id inhonestum (liberos enim natúra omnes, et eisdem constare elementis, et fortasse antiquis etiam nobilibus ortos dici potest): et illic, ubi manifestum periculum est, opponenda alia, ut crudelius etiam perituros affirmemus, si se dediderint, sive hostis non servaverit fidem, sive Caesar vicerit, quod vero similius. Haec autem, quae tantum inter se pugnant, 32
plerumque nominibus deflecti solent. Nam et utilitas ipsa expugnatur ab iis, qui dicunt, non solum potiora esse honesta, quam utilia, sed ne utilia quidem esse, quae non sint honesta: et contra, quod nos honestum, illi vanum, ambitiosum, stolidum verbis quam re probabilius vocant. Nec tantum inuti- 33
libus comparantur utilia, sed inter se quoque ipsa: ut si ex duobus eligamus, in altero, quid sit magis, in altero, quid sit minus. Crescit hoc adhuc. Nam interim triplices etiam suasoriae incidunt: ut cum Pompeius deliberavit, *Parthos, an Africam, an Aegyptum peteret.* Ita non tantum, utrum melius,

31. *sed tamen* om. *tamen* Amb. 1.
plane platone 1 m *platoni* 2 m T.
inhonestum honestum T. L. *esse inhonestum* Amb. 1.
omnes omnis T. Amb. 1. Ad *omnes* et ad *constare* et *ortos* intell. *servos.*
antiquis anquis etiam nobilibus ortos 1 m *aliquis etiam nobilius ortus* 2 m T.
dediderint dederint L. T.
sive hostis si vero hostis non servarint 1 m *sive hostes non servarint* 2 m T. non ut Spald. refert ex Tur. *servaverint. sive hostis non servaverit* Sp. *si vero hostis n. servaverit* L.
quod vero T 1 m. prob. Gernh. *quid vero* 2 m T. *quod est vero* Amb. 1. L. *quod esse vero* Sp.

32. *nominibus deflecti* 3, 7, 25.
expugnatur pugnatur 1 m *oppugnatur* 2 m T.
iis his qui dicuntur 1 m T.

33. *ex duobus* om. *ex* 1 m e 2 m T.
deliberavit deliberabat Amb. 1.

sed quid sit optimum, quaeritur; itemque contra.
34 Nec umquam incidet in hoc genere materiae dubitatio rei, quae undique secundum nos sit. Nam ubi contradictioni locus non est, quae potest esse causa dubitandi? Ita fere omnis suasoria nihil est aliud, quam comparatio: videndumque, *quid consecuturi simus*, et *per quid?* ut aestimari possit, *plus in eo, quod petimus, sit commodi, an vero in eo,*
35 *per quod petimus, incommodi?* Est utilitatis et in tempore quaestio, *expedit, sed non nunc;* et in loco, *non hic;* et in persona, *non nobis, non contra hos;* et in genere agendi, *non sic;* et in modo, *non in tantum.*

Sed personam saepius decoris gratia intuemur, quae et in nobis et in iis, qui deliberant, spectanda
36 est. Itaque quamvis exempla plurimum in consiliis possint, quia facillime ad consentiendum homines ducuntur experimentis: refert tamen, quorum auctoritas, et quibus adhibeatur. Diversi sunt enim de-
37 liberantium animi, duplex conditio. Nam consultant aut plures aut singuli, sed in utrisque differentia: quia et in pluribus multum interest, *senatus sit, an populus; Romani, an Fidenates; Graeci, an Barbari:* et in singulis, *Catoni petendos honores suadeamus, an C. Mario; de ratione belli*
38 *Scipio prior an Fabius deliberent.* Proinde in-

itemque idem T. *idemque* L.

34. *rei ei* 1 m T. Amb. 1. a 1 m. *eius* 2 m T. *ei qui quae undique secuntur noscit* L. Amb. 1. a 2 m.

secundum secuntur 1 m T. Amb. 1. *contra* 2 m T.

petimus — incommodi sic mediis omissis 1 m. *petimus incommodi esse quam utilitatis* 2 m T.

35. *sed personam sed et p.* T.

iis hiis T. *his* Amb. 1.

qui om. 1 m T.

37. *in utrisque in uiresquoque* Amb. 1.

suadeamus suademus 1 m T. Amb. 1.

deliberent T. L. Amb. 1. *deliberet* Sp.

38. *Proinde.* Quid *proinde* sit, quidque sit *perinde*, multum a VV. DD. ambigitur. Differunt sane haec adverbia, sed non tantum,

tuenda *sexus*, *dignitas*, *aetas*. Sed mores praecipue discrimen dabunt. Et honesta quidem honestis suadere facillimum est; si vero apud turpes recta obtinere conabimur, ne videamur exprobrare diversam vitae sectam, cavendum. Et animus delibe- 39
rantis non ipsa honesti natura, quam ille non respicit, permovendus, sed laude, vulgi opinione, et si parum proficiet haec vanitas, secutura ex his utilitate; aliquanto vero magis obiciendo aliquos, si diversa fecerint, metus. Namque praeter id, quod 40
his levissimi cuiusque animus facillime terretur, nescio an etiam naturaliter apud plurimos plus valeat malorum timor quam spes bonorum, sicut facilior eisdem turpium quam honestorum intellectus est. Aliquando bonis quoque suadentur parum decora: 41
dantur parum bonis consilia, in quibus ipsorum, qui consulunt, spectatur utilitas. Nec me fallit, quae statim cogitatio subire possit legentem: Hoc ergo praecipis? et hoc fas putas? Poterat me liberare 42
Cicero, qui ita scribit ad Brutum praepositis plurimis, quae honeste suaderi Caesari possint: *Simne bonus vir, si haec suadeam? minime. Suasoris*

ut non multis locis nihil intersit, utrum ponatur. *Proinde* valet secundum hoc, diesem gemäss nun, auf die gleiche Weise, ebenso, gleicher Massen. *perinde* valet ex hac re, ideo, dadurch nun, aus dem gleichen Grunde, ebendesswegen, gerade darum. Nativa igitur praepositionis vis in his adverbiis inest.

sed mores sed et m. T 2 m.

cavendum T 1 m. L. *cavendus et animus* 2 m T. *cavendum est* Sp. Amb. 1. siletur.

39. *secutura consecutura* 2 m T.

utilitate sic imposito tamen apice T.

aliquanto aliquando 2 m T.

fecerint fecerit Sp. Illud habent omnes fere codd. et T. L. fort. Amb. 1. Intell. *deliberantes* ex praecedenti.

40. *namque praeter* Sic recepi a 2 m T. *nam quod praeter* T 1 m. *nam quod propter* L. *nam praeter* fort. Amb. 1. Sp.

41. *dantur p. bonis* om. Amb. 1.

42. *praepositis* T. L. Amb. 1. *propositis* Sp.

possint T. L. prob. Gernh. et Zumpt. *possent* Obrecht, Amb. 1. (si fides silentio est,) Spald.

si haec sed haec L.

enim finis est utilitas eius, cui quisque suadet. At recta sunt: quis negat? sed non est semper rectis in suadendo locus. Sed quia est altior quaestio, nec tantum ad suasorias pertinet, destinatus est mihi hic locus duodecimo, qui summus futurus est,
43 libro. Nec ego quicquam fieri turpiter velim. Verum interim haec vel ad scholarum exercitationes pertinere credantur; nam et iniquorum ratio noscen-
44 da est, ut melius aequa tueamur. Interim si quis bono inhonesta suadebit, meminerit non suadere tamquam inhonesta, ut quidam declamatores Sextum Pompeium ad piraticam propter hoc ipsum, quod turpis et crudelis sit, inpellunt, sed dandus illis deformibus color, idque etiam apud malos. Neque
45 enim quisquam est tam malus, ut videri velit. Sic Catilina apud Salustium loquitur, ut rem sceleratissimam non malitia, sed indignatione videatur audere. Sic Atreus apud Varium:

— Iam fero, inquit, infandissima,
Iam facere cogor.

Quanto magis eis, quibus curae fama fuit, conser-
46 vandus est hic velut ambitus? Quare et, cum Ciceroni dabimus consilium, ut Antonium roget, vel

quis negat qui sunt negat L 1 m.
destinatus est destinatus est mihi hic locus est d. 1 m Tur., alt. manus utrumque *est* delevit.
duodecimo cap. 1.

43. *scholarum scolarum* T.
iniquorum in quorum 1 m T.

44. *piraticam* 8, 3, 34.
quisquam est T. L. Amb. 1. *est quisquam* Sp.
videri viden 1 m T.

45. *loquitur* om. T. Conf. Catilin. c. 20.
inquit inquid 1 m T.
fama famae 1 m *fama* 2 m T. Sic Turic. non ut Spald. refert: *fama* 1 m. *famae* 2 m. *fama* 3 m. — *cura famae* L.
fuit an *fuerit?*
velut ambitus sic scripsi probante Spalding, qui tamen *vel a.* dabat. — *vel ambitus* T. L. — Amb. 1. silctur. Nota, qua in hac voce Turicensis utitur, *vcl* ubique significat, non *velut*.

etiam ut Philippicas (ita vitam pollicente eo) exurat, non cupiditatem lucis allegabimus (haec enim si valet in animo eius, tacentibus quoque nobis valet), sed, ut se reipublicae servet, hortabimur. Hac illi 47
opus est occasione, ne eum talium precum pudeat. Et C. Caesari suadentes regnum, affirmabimus, stare iam rempublicam nisi uno regente non posse. Nam qui de re nefaria deliberat, id solum quaerit, quomodo quam minimum peccare videatur.

Multum refert etiam, quae sit persona suaden- 48
tis: quia, anteacta vita si inlustris fuit aut clarius genus aut aetas aut fortuna affert expectationem, providendum est, ne, quae dicuntur, ab eo, qui dicit, dissentiant. At his contraria summissiorem quendam modum postulant. Nam quae in aliis *libertas* est, in aliis *licentia* vocatur; et quibusdam sufficiat *auctoritas*, quosdam *ratio* ipsa aegre tuetur.

Ideoque longe mihi difficillimae videntur *proso-* 49
popoeiae, in quibus ad reliquum suasoriae laborem accedit etiam personae difficultas. Namque idem illud aliter *Caesar*, aliter *Cicero*, aliter *Cato* suadere debebit. Utilissima vero haec exercitatio, vel quod duplicis est operis, vel quod poetis quoque

46. *exurat* *excurat* T.
reipublicae s. *ut se rei servet* T 1 m. L. *ut se reservet* 2 m. *ut reip. se servet* Amb. 1. Falsam lect. ex Tur. affert Zumpt.
47. *occasione* verte Vorwand, Ausweg, Mittel.
iam *etiam* T. — omitt. L.
48. *suadentis* *suadendis* 1 m T.
quia *cui* Amb. 1. a 2 m.
affert *aut fert* 1 m *au fert* 2 m T.
at *aut* T. Amb. 1.
quendam *quende* 1 m T. *quaedam* Amb. 1. a 2 m.
sufficiat T. *sufficit* Sp.
49. *miki diff.* *diff. m.* L.
prosopopoeiae *prosopeiae* T.
ad rel. *de rel.* L.
namque *nam quidem illud* 1 m *unum quidem illud* 2 m T. *namque eidem* L.
exercitatio *exortatio* T.
quoque aut om. *aut* T. *quodque* 2 m T.

aut historiarum futuris scriptoribus plurimum confert.
50 Verum et oratoribus necessaria. Nam sunt multae a Graecis Latinisque compositae orationes, quibus alii uterentur, ad quorum conditionem vitamque aptanda, quae dicebantur, fuerunt. An eodem modo cogitavit, aut eamdem personam induit Cicero, cum scriberet Cn. Pompeio, et cum Domitio ceterisve; ac non uniuscuiusque eorum fortunam, dignitatem, res gestas intuitus omnium, quibus vocem dabat, etiam imaginem expressit? ut melius quidem, sed
51 tamen ipsi dicere viderentur. Neque enim minus vitiosa est oratio, si ab homine, quam si ab re, cui accommodari debuit, dissidet: ideoque Lysias optime videtur in iis, quae scribebat indoctis, servasse veritatis fidem. Enimvero praecipue declamatoribus considerandum est, quid cuique personae conveniat, qui paucissimas controversias ita dicunt ut advocati; plerumque filii, parentes, divites, senes, asperi, lenes, avari, denique superstitiosi, timidi, derisores fiunt; ut vix comoediarum actoribus plures habitus in pronuntiando concipiendi sint, quam his in di-
52 cendo. Quae omnia possunt videri *prosopopoeiae*,

50. *uterentur utentur* L.
aptanda optanda T.
induit inducit T. L.
Pompeio pompocio T.

cum Domitio Sic T. L. probante Burmanno, qui tamen hanc lectionem infirma et falsa ratione tuetur. Amb. 1. dat a 1 m. *c. appio*, a 2 m. *Domicio*. Spald. habet *cum T. Ampio* ex Voss. 3, et Bern. Cum vero res plane sit ignota, vestigia Turicensis sequi religio fuit.

ceterisve cesari suo 1 m *cesarive* 2 m T. Simili errore supra § 30. pro *plane platone* in Tur. legitur.

51. *ab re* Amb. 1. *a re* T. L. Sp.

Lysias „Ex ipso Lysia elegantissimum ethopoeiae exemplum, in quo inferioris conditionis homo effictus videatur, affert Rutilius Lupus p. 66." Spald.

parentes Amb. 1. *patres* T. L.
fiunt fiont 2 m T. Amb. 1. a 2 m.

52. *p ss nt videri* T. L. Amb. 1. *videri possunt* Sp.

quam ego suasoriis subieci, quia nullo alio ab his quam persona distat. Quamquam haec aliquando etiam in controversias ducitur, quae ex historiis compositae certis agentium nominibus continentur. Neque ignoro, plerumque exercitationis gratia poni 53
et poeticas et historicas, ut *Priami verba* apud Achillem aut *Syllae dictaturam deponentis* in concione. Sed haec in partem cedent trium generum, in quae causas divisimus. Nam et rogare, indicare, rationem reddere, et alia, de quibus supra dictum est, varie atque ut res tulit in materia *iudiciali*, *deliberativa*, *demonstrativa* solemus. Frequentis- 54
sime vero in iis utimur ficta personarum, quas ipsi substituimus, oratione, ut apud Ciceronem pro Cae-

quam ego sic recepi e T. L. Amb. 1. *quas ego* Sp.
subieci subiecti 1 m T. *suasoriae subicci* Amb. 1.
nullo alio nullo modo Amb. 1.
his is 1 m *iis* 2 m T.
distat Sic scripsi. *distant* T. L. Sp. Mutavi autem codicum lectionem, tum quia illa: *quae omnia possunt videri prosopopoeiae*, si nominativus pluralis est *prosopopoeiae*, parum emendata sunt, cum potius expectaveris, *quae omnes p. v. p.*, tum quod in nostro codice in una parte melior lectio est servata: *quam ego suasoriis subieci* non *quas*, quod vulgo legitur, tum quod sequitur: *Quamquam haec* (*prosopopoeia*) *aliquando etiam in controversias ducitur* non *hae ducentur*. Nunc mutationem meam ab Amb. 1. confirmari video, qui *distat* praebet.
certis agentium certius argentium 1 m *certius agentium* 2 m T. L.

53. *poeticas et poeticas historias* L 2 m.
verba delere maluit Sp.
Syllae Sullae Sp. cf. 1, 7, 19.
concione conciones sed 1 m T.
in partem cedent 5, 11, 36. *nam ea quidem in exemplorum locum cedunt.* 3, 9, 1. *quarum priores duae probationi succedunt.* Obrecht dat *cedunt* et fort. Amb. 1.
indicare iudicare T.
supra 3, 4, 3.
res tulit, in Amb. 1. *ut res ultimi materiae* T 1 m. *ut tres ultimi materiae* 2 m. *ut res multae uti materiae* L. *ut res vult, in* Sp.

54. *in iis* intell. cum rogamus, indicamus, rationem reddimus, describimus etc.
iis T. *his* Sp.
apud Ciceronem p. Caelio c. 14. 15.
Caelio T. Amb. 1. *Coelio* Sp.

lio Clodiam et caecus Appius et Clodius frater, ille in castigationem, hic in hortationem amorum compositus, adloquitur.

55 Solent in scholis fingi materiae ad deliberandum similiores controversiis, et ex utroque genere commixtae, ut cum apud C. Caesarem consultatio de poena Theodoti ponitur. Constat enim accusatione et defensione causae, quod est iudicialium pro-
56 prium. Permixta autem est et utilitatis ratio: *An pro Caesare fuerit occidi Pompeium? An timendum a rege bellum, si Theodotus sit occisus? An id minime opportunum hoc tempore, et periculo-*
57 *sum, et certe longum sit futurum?* Quaeritur et de honesto: *Deceatne Caesarem ultio Pompei? An sit verendum, ne peiorem faciat suorum partium causam, si Pompeium indignum morte fateatur?*
58 Quod genus accidere etiam veritati potest.

Non simplex autem circa suasorias error in plerisque declamatoribus fuit, qui dicendi genus in his diversum, atque in totum illi iudiciali contrarium

Clodiam in Clodiam 1 m *in Clodium* 2 m T.

in castigationem castigat Clodiam Appius, quod amabat Coelium, hortatur eam Clodius frater, ut alios potius iuvenes amet quam Coelium.

hortationem orationem morum T. L. *exhortationem vicio* (fort. *viciorum* volebat) Amb. 1.

55. *solent in sollennis* T.

et ex u. om. *et* Amb. 1.

C. Caesarem G. Caes. Amb. 1.

poena Theodoti Vid. Plut. Pompei. c. 77. et 80. M. Brut. c. 33.

accusatione et accusatore (imposito apice) *et def.* 1 m *accusatore et ex defensione* 2 m T.

causae causa eius Amb. 1.

56. *perm. autem p. tamen* Amb. 1.

pro Caesare praeces fuerit non *preces fuerunt* ut Zumpt ex Tur. memorat.

Pompeium pompoeium T.

sit occisus fuit o. T.

opportunum oportunum Tur. ut ubique scribit. Comparavit fortasse *oportet.*

57. *Pompei* T. L. *Pompeii* Sp.

58. *his iis* T.

in totum om. T.

esse existimaverunt. Nam et principia abrupta, et concitatam semper orationem, et in verbis *effusiorem* (ut ipsi vocant) *cultum* adfectaverunt, et earum breviores utique commentarios quam legalis materiae facere elaborarunt. Ego porro ut prooemio video 59
non utique opus esse suasoriis propter quas dixi supra causas, ita cur initio furioso sit exclamandum, non intellego, cum proposita consultatione rogatus sententiam, si modo est sanus, non quiritet, sed quam maxime potest civili et humano ingressu mereri assensum deliberantis velit. Cur autem torrens 60
et utique aequaliter concitata sit in ea dicentis oratio, cum vel praecipue moderationem rationemque consilia desiderent? Neque ego negaverim, saepius subsidere in controversiis impetum dicendi prooemio, narratione, argumentis: quae si detrahas, id fere supererit, quo suasoriae constant: verum id quoque aequalius erit, non tumultuosius atque turbidius. Ver- 61
borum autem magnificentia non validius est adfectanda suasorias declamantibus; sed contingit magis. Nam et personae fere magnae fingentibus placent, *regum*, *principum*, *populi*, *senatus*, et res am-

existimaverunt T. L. Amb. 1. *existimarunt* Sp.
eārum arum 1 m *harum* 2 m T.
legalis materiae sic T. L. Amb. 1. omnes ceteri codd. prob. Gernh. Regius mutavit *iudicialis materiae*, quod omnes fere deinceps editores et ipse Spaldingius recepere. Hoc vero nil nisi interpretatio lectionis codicum est. *causa* enim *legalis* ea est, in qua lege agitur, quae ad legem quamdam pertinet. Legalis materia longiore eget explicatione quam suasoria, quae ab illis more declamatorio tractabatur.
elaborarunt elaborant T.
59. *dixi supra* § 6.
humano humanu 1 m T.
60. *aequaliter inaequaliter* 2 m T.
rationemque om. Amb. 1.
quo quos 1 m T.
61. *v. autem* om. *autem* L.
validius valius T 1 m.
contingit contigit L.
principum principium T.
senatus saenatus T. *senatus populi* Amb. 1.

pliores; ita cum verba rebus aptentur, ipso mate-
62 riae nitore clarescunt. Alia veris consiliis ratio est; ideoque Theophrastus quam maxime remotum ab omni affectione in deliberativo genere voluit esse sermonem, secutus in hoc auctoritatem praeceptoris sui, quamquam dissentire ab eo non timide solet.
63 Namque Aristoteles idoneam maxime ad scribendum *demonstrativam*, proximamque ab ea *iudicialem* putavit, videlicet quoniam prior illa tota esset ostentationis; haec secunda egeret artis vel ad fallendum, si ita poposcisset utilitas; *consilia* fide prudentia-
64 que constarent. Quibus in demonstrativa consentio; nam et omnes alii scriptores idem tradiderunt: in iudiciis autem consiliisque secundum conditionem ipsius, quae tractabitur, rei accommodandam dicendi
65 credo rationem. Nam et Philippicas Demosthenis isdem, quibus habitas in iudiciis orationes, video eminere virtutibus: et Ciceronis sententiae et conciones non minus clarum, quam est in accusationibus ac defensionibus, eloquentiae lumen ostendunt. Dicit tamen idem de suasoria hoc modo: *Tota autem oratio simplex et gravis et sententiis debet*

62. *veris consiliis veri consilii* Amb. 1.
Theophrastus thophrastus T.
affectione T. L. prob. Gesnero et Zumpt. „verius enim videtur, Theophrastum docuisse, *affectionem* omnem i. e. *πάθος* a deliberationibus abesse debere, quam *affectationem* quae ubique vitiosa est.“ *affectatione* coni. Regius. Obrecht idem dat et fortasse Amb. 1. (modo fide sit dignum silentium) et Spald.
praeceptoris sui Aristoteles Rhet. 3, 12, p. 195. *ἡ μὲν οὖν δημηγορικὴ λέξις καὶ παντελῶς ἔοικε τῇ σκιαγραφίᾳ· ὅσῳ γὰρ ἂν πλείων ᾖ ὁ ὄχλος, ποῤῥώτερον ἡ θέα, διὸ τὰ ἀκριβῆ περίεργα καὶ χείρω φαίνεται ἐν ἀμφοτέροις. ἡ δὲ δίκη ἀκριβέστερον.*
63. *Aristoteles* Rhet. 3, 12, p. 195. *ἡ μὲν οὖν ἐπιδεικτικὴ λέξις γραφικωτάτη· τὸ γὰρ ἔργον αὐτῆς ἀνάγνωσις· δευτέρα δὲ ἡ δικανική.*
artis artibus T. A. 2 m.
consilia consilio Amb. 1.
64. *accommodandam accommodandum* 1 m T.
65. *Philippicas philippicos* Amb. 1.
conciones contionis 1 m T. ut mox iterum *contionis*.
dicit t. idem Partitt. orat. c. 27. Non discrepat lectio.

ornatior esse quam verbis. Usum exemplorum nulli 66
materiae magis convenire merito fere omnes consentiunt, cum plerumque videantur respondere futura praeteritis, habeaturque experimentum velut quoddam rationis testimonium. Brevitas quoque aut co- 67
pia non materiae genere, sed modo constant. Nam ut in consiliis plerumque simplicior quaestio est, ita saepe in causis minor.

Quae omnia vera esse sciet, si quis non orationes modo, sed historias etiam (namque conciones atque sententiae plerumque suadendi ac dissuadendi funguntur officio) legere maluerit, quam in commentariis rhetorum consenescere. Inveniet enim nec in consiliis 68
abrupta initia, et concitatius saepe in iudiciis dictum, et verba aptata rebus in utroque genere, et breviores aliquando causarum orationes quam sententiarum. Ne illa quidem in his vitia deprendet, quibus qui- 69
dam declamatores laborant, quod et contra sentientibus inhumane conviciantur, et ita plerumque dicunt, tamquam ab iis, qui deliberant, utique dissentiant: ideoque obiurgantibus similiores quam suadentibus. Haec adolescentes sibi scripta sciant, ne ali- 70
ter, quam dicturi sunt, exerceri velint, et in desuescendis morentur. Ceterum, cum advocari coeperint in consilia amicorum, dicere sententiam in se-

67. *copia copiae* T.
materiae gen. Amb. 1. *gen. mat.* T. L. Sp.
in consiliis om. *in* Amb. 1.
sciet scies 1 m T.
sed et T. L.
namque conciones T. *namque in his conciones* L. A. Sp. Omisi *in his*, cum quivis facile intelligat, supplendum esse: *conciones et sententiae, quae in historiis occurrunt.*
68. *aptata apta* Amb. 1.
69. *his iis* T.
iis his T. Amb. 1.
deliberant deliberat 1 m T. *deliberat-dissentiat* Amb. 1.
obiurgantibus obiurgationibus 1 m *obiurgatoribus* 2 m T.
similiores T. L. *similiores sunt* Sp.
70. *adolescentes adulescentes* T.

natu, suadere, si quid consulet princeps, quod praeceptis fortasse non credunt, usu docebuntur.

De partibus causarum iudicialium.

IX. Nunc de *iudiciali* genere; quod est praecipue multiplex, sed officiis constat duobus, *intentionis* ac *depulsionis*. Cuius partes, ut plurimis auctoribus placuit, quinque sunt, *prooemium*, *narratio*, *probatio*, *refutatio*, *peroratio*. His adiecerunt quidam *partitionem*, *propositionem*, *excessum*; 2 quarum priores duae probationi succedunt. Nam proponere quidem, quae sis probaturus, necesse est; sed et concludere: cur igitur, si illa pars causae est, non et haec sit? *Partitio* vero dispositionis est species, ipsa *dispositio* pars rhetorices, et per omnes materias totumque earum corpus aequaliter fusa 3 sicut inventio, elocutio. Ideoque eam non orationis *totius* partem *unam* esse credendum est, sed quaestionum etiam singularum. Quae est enim quaestio, in qua non promittere possit orator, quid primo, quid secundo, quid tertio sit loco dicturus? quod est proprium partitionis. Quam ergo ridiculum est,

si quid consulet si quid et consulis principis quod T 1 m. *si quid et consulis principisque* (non *principis quae pr.* ut e Turic. affert Zumpt.) 2 m. *si quid consulet principi* L. *si quid et consuli et principi* Amb. 1.

CAP. IX.

1. *auctoribus actoribus* T.
quarum quorum T.
succedunt 3, 8, 53. 3, 11, 4.

2. *ipsa illa* T.
inv. elocutio T 1 m. A. L. *inv. et elocutio* Sp.

3. *quae est enim quaestio* sic recepi e Lassb. Amb. 1. *quae est quaestio* Tur. atque ceteri codd, ut videtur. *quae enim est q.* Aldina. — Regius coniecit *quae namque est quaestio*, quod postea editores omnes necnon Spaldingius et Gernh. propagabant.
quod quid 1 m T.
proprium primum T. *privum* coni. Burmannus.

quaestionem quidem speciem esse probationis; *partitionem* autem, quae sit species quaestionis, partem totius orationis vocari? *Egressio* vero vel (quod 4
usitatius esse coepit) excessus, sive est extra causam, non potest esse pars causae: sive est in causa, adiutorium vel ornamentum partium est earum, ex quibus egredietur. Nam si, quicquid in causa est, pars causae vocabitur, cur non *argumentum*, *similitudo*, *locus communis*, *affectus*, *exempla* partes vocentur? Tamen neque iis assentior, qui detrahunt *refu-* 5
tationem, tamquam probationi subiectam, ut Aristoteles; haec enim est, quae constituat; illa, quae destruat. Hoc quoque idem aliquatenus novat, quod prooemio non *narrationem* subiungit, sed *propositionem*. Verum id facit, quia *propositio* ei genus, *narratio* species videtur: et hac non semper, illa semper et ubique credit opus esse.

Verum ex his, quas constitui, partibus non, ut 6
quidque primum dicendum, ita primum cogitandum est: sed ante omnia intueri oportet, *Quod sit genus causae? Quid in ea quaeratur? Quae prosint? Quae noceant?* deinde, *Quid confirmandum sit ac refellendum?* tum, *Quo modo narrandum?*

quae sit *q. est* Amb. 1. a 2 m.

4. *egredietur* T. L. *egreditur* Sp.

5. *neque iis* *neque his* T. *nec iis* Sp. *nec his* Amb. 1.
ut Aristoteles Rhet. 2, 26, p. 160. *Οὐδὲ τὰ ἐντικὰ ἐνθυμήματος εἶδός τί ἐστιν ἄλλο τῶν κατασκευαστικῶν· δῆλον γὰρ, ὅτι λήει μὲν ἢ ὁ δείξας ἢ ὁ ἔνστασιν ἐνεγκών· ἀνταποδείκνυσι δὲ τὸ ἀντικείμενον. οἷον εἰ ἔδειξεν ὅτι γέγονεν, οὗτος ὅτι οὐ γέγονεν.* 3, 13, p. 196. *Ἀναγκαῖα ἄρα μόρια πρόθεσις καὶ πίστις. ἴδια μὲν οὖν ταῦτα· τὰ δὲ πλεῖστα προοίμιον, πρόθεσις, πίστις, ἐπίλογος· τὰ γὰρ πρὸς τὸν ἀντίδικον τῶν πίστεών ἐστι.*
idem - *novat* ibid. 3, 13.
novat *nocet* 2 m T.
propositio ei g. Amb. 1. om. *ei* T. L. Sp.
illa *illo* Ulmensis, qui hoc caput habet.

6. *quod sit* *quid sit* T. L.
refellendum *reffellendum* T.
tum *tunc* Amb. 1.

7 *Expositio* enim probationum est praeparatio: nec esse utilis potest, nisi prius constituerit, quid debeat de probatione promittere. Postremo intuendum, quemadmodum iudex sit conciliandus. Neque enim nisi totis causae partibus diligenter inspectis scire possumus, qualem nobis facere animum cognoscentis expediat, severum an mitem, concitatum an remissum, adversum gratiae an obnoxium.

8 Neque ideo tamen eos probaverim, qui scribendum quoque prooemium novissime putant. Nam ut conferri materiam omnem, et, quid quoque sit opus, constare decet, antequam dicere aut scribere ordia-
9 mur: ita incipiendum ab iis, quae prima sunt. Namque nec pingere quisquam ac fingere coepit a pedibus: nec denique ars ulla consummatur ibi, unde ordiendum est. Quid fiet alioqui, si spatium componendi orationem stilo non fuerit? nonne nos haec inversa consuetudo deceperit? Inspicienda igitur materia est, quo praecepimus ordine; scribenda, quo dicemus.

De generibus earundem.

X. Ceterum causa omnis, in qua pars altera *agentis* est, altera *recusantis*, aut unius rei contro-

7. *praeparatio probatio* 2 m T.
constituerit T. L. Amb. 1. Intell. *orator. constiterit* Sp.
facere faciere 1 m T.

8. *quid quoque* T. L. Amb. 1. prob. Gernhard, qui ita verba interpretatur: *ad quid quaque re* i. e. collatae materiae parte *sit opus*. — *quid cuique* Badius et Spald.
decet Sic L. et Spald. *debet* T. Amb. 1. probante Gernh., qui anacoluthon, quod ex hac lectione oritur, non recusabat. Sed sunt in hoc opere politissimo pauca admodum anacolutha, ab ipso auctore originem ducentia.

9. *namque nec* sic L. *namque pingere* omisso *nec* T. *nam nec* Spald.
ac fingere T. L. *aut f.* Sp.
ordiendum exord. Amb. 1.
quid quod 2 m T.
praecepimus Amb. 1. *praecipimus* T. L. Sp.
dicemus Amb. 1. *dicimus* T. L. Sp.

ersia constat, aut plurium. Haec *simplex* dicitur; lla *coniuncta*. Una controversia est *per se furti*, er *se adulterii*. Plures aut eiusdem generis, ut in ecuniis *repetundis:* aut diversi, ut si quis *sacrilegii et homicidii* simul accusetur. Quod nunc in ublicis iudiciis non accidit, quoniam praetor certa ege sortitur; principum autem et senatus cognitionibus frequens est, et populi fuit: privata quoque udicia saepe unum iudicem habere multis et diverlis formulis solent. Nec aliae species erunt, etiamsi 2 nus a duobus duntaxat eamdem rem, atque ex eaem causa petet; aut duo ab uno; aut plures a pluibus; quod accidere in hereditariis litibus interim imus, quia, quamvis in multis personis, causa tamen una est, nisi si conditio personarum quaestioes variaverit.

Diversum his tertium genus, quod dicitur *com-* 3 *parativum:* cuius rei tractatus in parte causae frequens est: ut cum apud centumviros post alia quaeritur et hoc, *Uter dignior hereditate sit?* Rarum

CAP. X.

1. *plures aut autem* L.

ut in pecuniis repetundis qui repetundarum accusatus est, multa lerumque unius generis crimina commisit. non enim pecuniae retundae reus est, sed pecuniarum. Cassiodor. p. 367: „*Multae saepe a una causa sunt narrationes, maxime si causa sit multiplex ut st Repetundarum.*“

diversi diversa T. L.

simul T. L. Amb. 1. *sacrilegii simul et homicidii* Sp. *homiidi* L.

quod quae T.

praetor certa lege Singuli praetores in publicis quaestionibus as habebant quaestiones, eorumque iurisdictio una illa lege conebatur, secundum quam iudicia exercebant: ut is, qui de repemdis quaerebat, nullo modo damnare posset reum maiestatis. In idiciis publicis igitur controversiae aut simplices sunt aut eiusdem eneris: in privatis autem idem praetor de multis et diversis conoversiis iudicat, quae non una lege continentur.

certa certe 1 m T.

principum principium T 1 m.

est autem, ut in foro iudicia propter id solum constituantur: sicut *divinationes*, quae fiunt de accusatore constituendo, et nonnumquam inter delatores:
4 *Uter praemium meruerit?* Adiecerunt quidam numero *mutuam accusationem*, quae ἀντικατηγορία vocatur, aliis videlicet succedere hanc quoque comparativo generi existimantibus, cui similis erit petitionum invicem diversarum: quod accidit vel frequentissime. Id si et ipsum vocari debet ἀντικατηγορία (nam proprio caret nomine), duo genera erunt eius: alterum, quo litigatores idem crimen invicem intentant: alterum, quo aliud atque aliud. Cui et petitionum conditio par est.
5 Cum apparuerit genus causae, tum intuebimur, negeturne factum, quod intenditur? an defendatur? an alio nomine appelletur? an a genere actionis repellatur? unde sunt status.

Quid sit quaestio, ratio, iudicatio, continens.

XI. His inventis intuendum deinceps Hermagorae videtur, quid sit *quaestio*, *ratio*, *iudicatio* et συνέχον id est *continens* vel ut alii vocant, *firma-*

3. *ut in foro* om. *ut* L.
meruerit meruent 1 m T.
4. *quae ἀντικ. ἀντικατηγορίας vocatur* omisso *quae* Amb. 1.
comparativo comparationem L.
genera erunt T. L. Amb. 1. *erunt g.* Sp.
5. *an defendatur aut d.* L.

CAP. XI.

1. *Hermagorae hermagore* imposito apice 1 m. *hermagoram* 2 m T.
ratio αἴτιον est causa, propter quam accusatio instituitur.
iudicatio τὸ κρινόμενον est id, de quo iudicandum est, exploratio causae.
et συνέχον i. e. cont. Sic dat 2 m Tur. et Obrecht, qui tamen *et* omisit. Veram autem esse hanc verborum seriem, infra ex § 9. patet. *Συνέχον autem, quod ut dixi continens alii, firma-*

mentum. *Quaestio* latius intelligitur omnis, de qua in utramque partem, vel in plures partes dici credibiliter potest. In iudiciali autem materia dupli- 2
citer accipienda est: altero modo, quo dicimus multas *quaestiones* habere controversiam, quo etiam minores omnes complectimur: altero, quo significamus summam illam, in qua causa vertitur; de hac nunc loquor, ex qua nascitur status, *An factum* sit? *Quid factum* sit? *An recte factum* sit? Has Her- 3
magoras et Apollodorus et alii plurimi scriptores proprie *quaestiones* vocant; Theodorus, ut dixi, *capita generalia*, sicut illas minores aut ex illis pendentes *specialia.* Nam et quaestiones ex quaestione nasci, et speciem in species dividi convenit. Hanc igitur quaestionem veluti principalem vocant 4
ζήτημα. *Ratio* autem est, qua id, quod factum esse constat, defenditur. Et cur non utamur eodem, quo sunt usi omnes fere, exemplo? *Orestes matrem occidit:* hoc constat; dicit, *se iuste fecisse:* status erit qualitatis; quaestio, *An iuste fecerit?* ratio, *quod*

mentum alii putant. Tur. a 1 m. omittit *et συνέχον id est.* Amb. 1. omittit, ut videtur, *continens id est.* Zumpt Obrechti lect. probat. Conf. Augustini Principia Rhetoricea p. 323. ed. Capper. *Consequens huic loco est aut perinde aut magis etiam necessarius, quo demonstratur quid sit causa, quid continens, quid de quo contenditur. Causam Hermagoras αἴτιον vocat; συνέχον continens; de quo contenditur κρινόμενον. — συνέχον* est id quo reus nititur.

quaestio — omnis Spald. excidisse putabat *res* post *omnis.* Equidem intelligo *omnis quaestio.* Quaestio enim hoc loco dicitur controversia, quae ex conflictione causarum gignitur.

credibiliter credibiter 1 m T. *credibile* L.

2. *an recte factum sit* om. Amb. 1. — Tur. omittit *quid factum sit? an recte factum sit?*

3. *ut dixi* 3, 6, 2.

quaestiones ex recepi e Campana monente Gernh. Add. *quaestionem ex* T. L. A. Sp.

4. *principalem principale* T. L.

ζήτημα *ZHIHMA* T.

qua id quod quia quod T. L 1 m. *qua quod* 2 m L.

quo sunt quo n impesito apice 1 m. *quonam* 2 m T.

omnes fere T. L. Amb. 1. *fere omnes* Sp.

Clytemnestra maritum suum, patrem Orestis, occidit: hoc *αἴτιον* dicitur. *Κρινόμενον* autem *iudicatio, An oportuerit vel nocentem matrem a filio occidi?* Quidam diviserunt *αἴτιον* et *αἰτίαν*, ut esset altera, propter quam *iudicium* constitutum est, ut *occisa Clytemnestra;* altera, qua *factum* defenditur, ut *occisus Agamemnon.* Sed tanta est circa verba dissensio, ut alii *αἰτίαν* causam iudicii, *αἴτιον* autem facti vocent, alii in contrarium eadem vertant. Latinorum quidam haec *initium* et *rationem* vocaverunt, quidam utrumque eodem nomine appellant. Causa quoque ex causa, id est *αἴτιον ἐξ αἰτίου*, nasci videtur: quale est, *Occidit Agamemnonem Clytaemnestra, quia ille filiam communem immolaverat, et captivam pellicem adducebat.* Iidem putant, et sub una quaestione esse plures rationes, ut *si Orestes et alteram afferat causam matris necatae, quod responsis sit impulsus:* quot autem causas faciendi, totidem iudicationes; nam et haec erit iudicatio, *An responsis parere debuerit?* Sed et una causa plures habere quaestiones et iudicationes (ut ego arbitror) potest: ut in eo, qui, cum adulteram deprensam occidisset, adulterum, qui tum effugerat, postea in foro occidit. Causa enim est

Clytemnestra *Clytemestra* 1 m. *Clytemestra Agamemnonem maritum suum* 2 m T. non ut Sp. hanc lectionem tamquam a 1 m. e Turic. memorat. — *Clytaemestra* Amb. 1.
κρινόμενον *KPEINOMENON* T.
iudicatio *indicatio* 1 m T.
5. *occisa* *occiosa* T.
Clytemnestra *clytemestra* T.
occisus *ociosus* 1 m T.
eadem T. *eadem in contrarium* Sp.
6. *causa quoque* *causam q.* L.
ἐξ αἰτίου *ex αἰτίου* T. Amb. 1.
pellicem *pelycem* T. *paelicem* Amb. 1.
esse plures T. *plures esse* Sp.
rationes *quaestiones* T. L.
causam T. L. Amb. 1. *afferat matris necatae causam* Sp.
7. *et iudicat.* om. *et* Amb. 1.

una, *adulter fuit:* quaestiones et iudicationes, *an illo tempore, an illo loco licuerit occidere?* Sed 8
sicut, cum sint plures quaestiones, omnesque suos status habeant, causae tamen status unus sit, ad quem referuntur omnia: ita iudicatio maxime propria, de qua pronuntiatur. Συνέχον autem, quod, 9
ut dixi, *continens* alii, *firmamentum* alii putant, Cicero *firmissimam argumentationem defensoris et adpositissimam ad iudicationem*, quibusdam id videtur esse, post quod nihil quaeritur: quibusdam id, quod ad iudicationem firmissimum affertur. Causa 10
facti non in omnes controversias cadit. Nam quae fuerit causa faciendi, ubi factum negatur? At ubi causa tractetur, negant eodem loco esse iudicationem, quo quaestionem. Idque et in Rhetoricis Cicero et in Partitionibus dicit. Nam in coniectura 11
est quaestio ex illo: *Factum; non factum; an factum sit?* Ibi ergo iudicatio, ubi quaestio, quia in eadem re prima quaestio et extrema disceptatio. At in qualitate, *Matrem Orestes occidit: recte; non recte; An recte occiderit?* quaestio, nec statim iudicatio. Quando ergo? *Illa patrem meum occiderat; sed non ideo tu matrem debuisti occidere; An debuerit?* hic iudicatio. Firmamentum autem 12

8. *unus sit* Gesnerus maluit *est* pro *sit*. Spald. delendam putabat vocalem *cum* post *sicut*. Gernhard *sit* non minus quam *habeant* regi dicit a *cum*, quod cum *sicut* hoc loco in unam quasi particulam sit contractum. Cum vero haec ratio aliquid habeat, quod displicet, coniunctivum *sit* pro esse potest vel esse videtur positum puto, quod a more Quintiliani non alienum est. Fortasse legendum *erit*.

9. *Cicero* de Invent. 1, 14.

adpositissimam adpotissimam 1 m T. *potentissimam* 1 m L. Amb. 1. *potissimam* 2 m. Ciceronis codd. dant *appositissimam* vel *aptissimam*.

quibusdam — quaeritur haec bis scribuntur in Tur. a 1 m.

10. *nam quae namque* T. 1 m.

at aut 1 m T. L. Amb. 1.

tractetur T. L. Amb. 1. *tractatur* Sp.

in Rhetoricis 1, 14.

in Partitionibus c. 30.

11. *hic hoc* T.

verbis ipsius ponam: *si velit Orestes dicere eiusmodi animum matris suae in patrem suum, in se ipsum ac sorores, in regnum, in famam generis et familiae, ut ab ea poenas liberi potissimum sui*
13 *petere debuerint.* Utuntur alii et talibus exemplis: *Qui bona paterna consumpserit, ne contionetur; in opera publica consumpsit;* quaestio: *an, quisquis consumpserit, prohibendus sit?* iudicatio, *An,*
14 *qui sic?* Vel in causa militis Arrunti, qui Lusium tribunum vim sibi inferentem interfecit, quaestio: *An iure fecerit?* ratio: *quod is vim afferebat;* iudicatio: *An indemnatum, an tribunum a milite oc-*
15 *cidi oportuerit?* Alterius etiam status quaestionem, alterius iudicationem putant. Quaestio qualitatis: *An recte Clodium Milo occiderit?* Iudicatio con-
16 iecturalis, *An Clodius insidias fecerit?* Ponunt et illud, saepe causam in aliquam rem dimitti, quae non sit propria quaestionis, et de ea iudicari. A quibus multum dissentio. Nam et illa quaestio: *An*

12. *ipsius Ciceronis* addidit 2 m T.

dicere eiusmodi Secutus sum Gernhard, qui comma post *dicere*, quod Spald. habet, tollit. In Cicerone (de Invent. 1, 14.) inscritur *fuisse* post *suae*, quod ab omnibus Mss. Quint. abest.

et familiae T. L. et Amb. 1. sic quoque Cicero. *ac familiae* Sp. — Conf. Cassiod. R. C. p. 338. „*si Orestes dicit eiusmodi fuisse matris animum in patrem suum, in se ipsum, in regnum, demum in omnem familiam, ut ab ea liberi potissimum deberent poenas sumere.*“ Alcuini Dialog. p. 393.

ut ab ea L. Amb. 1. *ut ab eo* T. *ut merito ab ea* Sp. Etiam in Cicerone abest *merito*. Gernh. quoque vocab. expunxit.

liberi potiss. sui Amb. 1. *liberi sui pot.* Spald., ut in Cicerone legitur. om. *sui* T. L.

13. *ne contionetur nec continentur* T. In Tur. *contio* scribitur non *concio*, quia est conitio.

prohibendus sit scil. *contione.*

an qui sic an qui sit Amb. 1.

14. *Vel in c.* T. L. Amb. 1. *vel ut in c.* Sp.

Arrunti T. L. Amb. 1. *Arunci* Sp. — Proposuit vero Garatonius ad Milonianam p. 161. ed. Orellii: *Aurunci*; *C. Plotium* enim *Auruncum* esse nominandum, cum Valerio Maximo 6, 1, 12. *C. Plotius* audiat hic miles. — Miles Auruncus i. e. ex Aurunca Latii oppido ortus. Extat inter Declamationes Quintilianeas *Miles Marianus.*

Lusium T. L. *C. Lusium* Sp. *lisiam* 2 m T. *Lysium* Amb. 1.

omnes, qui paterna bona consumpserint, contione sint prohibendi? habeat oportet suam iudicationem. Ergo non alia quaestio, alia iudicatio erit; sed plures quaestiones, et plures iudicationes. Quid? non 17
in causa Milonis ipsa coniectura referatur ad qualitatem? nam si est insidiatus Clodius, sequitur, ut recte sit occisus. Cum vero in aliquam rem missa causa, et recessum est a quaestione, quae erat constituta: hic quaestio, ubi iudicatio est.

Paullum in his secum et Cicero dissentit. Nam 18
in Rhetoricis (quemadmodum superius dixi) Hermagoran est secutus, in Topicis ex statu effectam contentionem *κρινόμενον* existimat, idque Trebatio, qui iuris erat consultus, alludens *qua de re agitur* appellat: quibus id contineatur, *continentia, quasi firmamenta defensionis, quibus sublatis defensio nulla sit.* At in Partitionibus oratoriis *firmamentum,* 19
quod opponitur defensioni: quia *continens,* quod pri-

16. *prohibendi* · *prohibenda* 1 m T.
17. *in causa* *in* om. L.
referatur T. L. *refertur* Sp.
occisus *occiosus* 1 m T.
et recessum est Cum vero in aliquam rem missa causa est recessum et e quaestione quae erat hic in̄ constituta quaestio ubi iudicatio est. T 1 m. *cum vero in aliquam rem missa causa est recessum est e quaestione quae erat hic et n̄ (non?) constituta quaestio ubi iudicatio est.* 2 m. — *cum vero in aliquam rem missa causa est recessum et a quaestione, quae erat hic constituta quaestio ubi iudicatio est.* L. *cum vero in aliquam rem missa causa recessum est a quaestione quae erat et hic constituta quaestio.* Amb. 1. Locus corruptus.
18. *et* T. *etiam* Sp.
nam in *nam et in* T.
superius T. L. *supra* Sp. *superius est priore loco* § 10.
Hermagoran T. L. Amb. 1. *Hermagoram* Sp.
in Topicis c. 25. Lectio non discedit.
alludens *illudens* 2 m T.

19. *in Partitionibus* c. 29. Quintilianus recte explicat Ciceronem, qui in hoc loco firmamentum et continens idem esse vult. *quod primum sit* sic explico, sine quo accusatio stare non potest, vel qua tota accusatio continetur. Continens et firmamentum in hoc loco synonyma sunt et ad accusatorem referuntur. Spalding turbata putat verba et eiiciendum illud *quod primum sit.*

mum sit, ab accusatore dicatur: *ratio* a reo: ex rationis et firmamenti quaestione *disceptatio* sit *iudicationum.*

Verius igitur et brevius hi, qui statum et continens et iudicationem idem esse voluerunt: continens autem id esse, quo sublato lis esse non possit.
20 Hoc mihi videntur utramque causam complexi, et *quod Orestes matrem* et *quod Clytemnestra Agamemnonem occiderit.* Iidem iudicationem et statum consentire semper existimaverunt. Neque enim aliud eorum rationi conveniens fuisset.
21 Verum haec affectata subtilitas circa nomina rerum ambitiose laborat, a nobis in hoc assumpta solum, ne parum diligenter inquisisse de opere, quod adgressi sumus, videremur: simplicius autem instituenti non est necesse per tam minutas rerum
22 particulas rationem docendi concidere. Quo vitio multi quidem laboraverunt, praecipue tamen Hermagoras, vir alioqui subtilis et in plurimis admirandus, tantum diligentiae nimium sollicitae, ut ipsa eius
23 reprehensio laude aliqua non indigna sit. Haec autem brevior et vel ideo lucidior multo via neque discentem per ambages fatigabit, nec corpus oratio-

a reo ideo T. Amb. 1. (in hoc tamen *i* est sec. m. supra lituram).
rationis rationibus T.
hi qui Amb. 1. om. *hi* T. L. Sp.
idem om. T. L. Amb. 1. Regius id inserit e cod. Vallensi.
voluerunt voluerint 1 m T. L.
possit posset L.
20. *utramque causam* lucem trahit ex § 5.
statum statim L.
existimaverunt existimaverint T 2 m. *existimarunt* Sp.
21. *laborat* Amb. 1. *laboret* T. L. Sp.
22. *laboraverunt* T. *laborarunt* Sp.
admirandus mirandus Amb. 1.
sollicitae solicitae Sp. 1, 10, 30.
indigna sit om. *sit* 1 m T. *laude sit aliqua non indigna* 2 m.
23. *vel ideo vel ludico multo ideo* 1 m. *vel ideo ludico multo* 2 m T.

nis in parva momenta diducendo consumet. Nam qui viderit, quid sit, quod in controversiam veniat, quid in eo et per quae velit efficere pars diversa, quid nostra, quod inprimis est intuendum: nihil eorum ignorare, de quibus supra diximus, poterit. Neque est fere quisquam, modo non stultus atque 24
ab omni prorsus usu dicendi remotus, quin sciat, et quid litem faciat (quod ab illis *causa* vel *continens* dicitur), et quae sit inter litigantes quaestio, et de quo iudicari oporteat; quae omnia idem sunt. Nam et de eo quaestio est, quod in controversiam venit: et de eo iudicatur, de quo quaestio est. Sed non 25
perpetuo intendimus in haec animum, et cupiditate laudis utcumque acquirendae vel dicendi voluptate evagamur: quando uberior semper extra causam materia est, quia intra controversiam pauca sunt, extra omnia: et hic dicitur de his, quae accepimus; illic, de quibus volumus. Nec tam hoc praecipiendum 26
est, ut quaestionem, continens, iudicationem inveniamus (nam id quidem facile est), quam ut intueamur semper, aut certe, si digressi fuerimus, saltem respiciamus, ne plausum affectantibus arma excidant. Theodori schola, ut dixi, omnia refert ad *capita*. His plura intelliguntur: uno modo summa quaestio, 27
item ut status; altero ceterae, quae ad summam re-

diducendo ducendo T. L. fort. Amb. 1.
consumet consummet 1 m T.
supra diximus § 1. sqq. huius capitis.
24. *neque est* T. L. Amb. 1. *nec est* Sp.
et de quo ex quo 1 m T. L. *ex qua* 2 m T.
oporteat oportet T. L.
25. *intra controversiam* Sic recepi e 2 m T. Obrecht. — *in controversiam* 1 m. *in controversia* L. Amb. 1. Sp.
his T. L. Amb. 1. *iis* Sp.
26. *tam tamen* T. L.
continens continentes 2 m T.
certe certa T.
certe — saltem Compara nostrum doch wenigstens. Similiter iungitur *certe quidem*.
respiciamus recipiamus T. L.
ut dixi 3, 11, 3.

feruntur; tertio propositio cum affirmatione; ut dicimus, *Caput rei est*, apud Menandrum, *κεφάλαιόν ἐστιν*. In universum autem, quicquid probandum est, erit *caput;* sed id maius aut minus.

28 Et quoniam, quae de his erant scriptoribus Artium tradita, verbosius etiam, quam necesse erat, exposuimus; praeterea, quae partes essent iudicialium causarum, supra dictum est, proximus liber a prima, id est exordio incipiet.

M. FABI QUINTILIANI

AD VICTORIUM MARCELLUM

INSTITUTIONUM ORATORIARUM

LIBER QUARTUS.

PROOEMIUM.

Perfecto, Marcelle Victori, operis tibi dedicati tertio libro et iam quarta fere laboris parte transacta nova insuper mihi diligentiae causa et al-

27. *dicimus* **dixi**mus 2 m T.

κεφάλαιόν ἐστιν. hic versiculus ex Comico est sumtus, ut orationem suam talibus exemplis exornare solet Quintilianus. Ac nescio an extet hic locus inter Menandri fragmenta p. 188. ed. Meinek.

τὸ δὲ κεφάλαιον τῶν λόγων· ἄνθρωπος εἶ.

et quae sequuntur. De Menandro rhetore autem cogitare non possumus; vixit enim ducentos fere annos post Quintilianum.

in universum deletur *in* a 2 m T.

28. *erant scriptoribus* sic Lassb. — *quae de his scriptoribus* T 1 m. *quae de his scriptoribus artium sunt tradita* 2 m. *erant a scriptoribus* Amb. 1. Sp.

essent sint T. L. fort. Amb. 1.

supra dictum 3, 9, 1.

a prima, id est exordio incipiet Amb. 1. quam merito laudavit scripturam Zumpt in Praefat. p. XII. — *liber prima id est exordia concipiet* T 1 m. L. *liber prooemia, id est exordia, concipiet* T 2 m. Spald. — *a prima* scil. parte.

LIB. IV. PROOEMIUM.

1. *Marcelle M.* Tur. *marce* Amb. 1.

nova Amb. 1. (quod optabat Spald.) *nove* T 1 m. *novae* 2 m T. Sp.

tior sollicitudo, quale iudicium hominum emererer, accessit. Adhuc enim velut studia inter nos conferebamus, et, si parum nostra institutio probaretur a ceteris, contenti fore domestico usu videbamur, ut tui meique filii formare disciplinam satis putaremus. Cum vero mihi Domitianus Augustus sororis suae ne- 2
potum delegaverit curam, non satis honorem iudiciorum coelestium intelligam, nisi ex hoc oneris quoque magnitudinem metiar. Quis enim mihi aut 3
mores excolendi sit modus, ut eos non inmerito probaverit sanctissimus censor? aut studia, ne fefellisse in iis videar principem, ut in omnibus, ita in eloquentia quoque, eminentissimum? Quod si nemo 4
miratur poetas maximos saepe fecisse, ut non solum initiis operum suorum Musas invocarent, sed provecti quoque longius, cum ad aliquem graviorem venissent locum, repeterent vota et velut nova precatione uterentur: mihi quoque profecto poterit igno- 5
sci, si, quod initio, quo primum hanc materiam

sollicitudo *solicitudo* T. 3, 11, 22.
emererer *mererer* Amb. 1.
velut *vel* Amb. 1.
nostra *contra* T.
tui *cui* 1 m T.

2. *nepotum* *nepotem* 1 m L.

sororis suae nepotum vide Gesnerum in Praefatione § 8. Intelliguntur filii Flavii Clementis et Domitillae, quae Domitillae, sororis Domitiani, erat filia. Sic refellitur, quod Schulting in Iurisprudentia Ante Iustin. p. 420 dicit: Posteriores fratris filios vocarunt nepotes. Illud magis mirum, quod Quintilianus l. O. IV. prooem. sumat sororis nepotes pro sororis filiis.

honorem-oneris consulto lusit in hac alliteratione ut 1 Pro. 13. *incertia factum est, ut artos esse plures viderentur.* Attamen raro hi lusus apud nostrum inveniuntur, qui quam maxime in dicendi genere a Senoca discedit.

oncris quoque T. L. Amb. 1. *quoque oneris* Sp.

3. *iis* T. *his* Sp.
eloquentia *loquentia* Amb. 1.

4. *provecti* *profecti* 2 m T.

5. *initio*, *quo* sic scripsi. *quod initium quo* T 1 m. *quod in initio quo* 2 m T. L. Sp. Receptam habere videtur Amb. 1. Spaldingio autem magis placebat *quod* (quale) *initium cum pr.* Sed *cum*

inchoavi, non feceram, nunc omnes in auxilium deos ipsumque inprimis, quo neque praesentius aliud, nec studiis magis propitium numen est, invocem, ut, quantum nobis expectationis adiecit, tantum ingenii adspiret, dexterque ac volens adsit, et me qualem esse credidit, faciat.

6 Cuius mihi religionis non haec sola ratio, quae maxima, est; sed alioqui sic procedit ipsum opus, ut maiora praeteritis ac magis ardua sint, quae ingredior. Sequitur enim, ut *iudicialium causarum*, quae sunt maxime variae atque multiplices, ordo explicetur: quod *prooemii* sit officium; quae *ratio narrandi;* quae *probationum fides*, seu *proposita* confirmamus, sive *contra dicta* dissolvimus; quanta vis in *perorando*, seu reficienda brevi repetitione rerum memoria est iudicis, sive affectus (quod est
7 longe potentissimum) commovendi. De quibus partibus singulis quidam separatim scribere maluerunt velut onus totius corporis veriti, et sic quoque complures de unaquaque earum libros ediderunt: quas ego omnes ausus contexere, prope infinitum labo-

ex coni. tantum Regii ortum. Gernhard dedit *quod initio, cum primum*, quod retractavit in Add.

neque - nec T. L. Amb. 1. *neque-neque* Sp. Illam varietatem aurium causa amant auctores, ut elegantissime observavit Bentleius ad Horat. Carm. 3, 11, 43.

propitium L. fort. Amb. 1. *proprium* T. Sp.

6. *alioqui* sic 1 m T. Amb. 1. *alioquin* L. *alia quia* 2 m T. non ut Sp. ex altera collatione cod. Turic. memorat *alia qua.*

procedit procredit 1 m T. *procedit sive progreditur* 2 m.

sint sunt 1 m T.

quae sunt om. *sunt* T. *maxime sunt* L.

atque m. T. L. *ac m.* Sp.

prooemii prohoemii T. ut semper. *prohemii* L.

prob. fides Amb. 1. *prob. sit fides* T. L. Sp.

sive T. *seu* L. Sp.

commovendi commovenda 2 m T.

7. *complures compluris* T. *o*

ego ergo L 1 m. T 1 m. nota enim qua Tur. utitur *g*, *ergo* significat non *ego.*

infinitum lab. L. fort. Amb. 1. *finitimum lab.* T. *infinitum mihi lab.* Sp.

rem prospicio, et ipsa cogitatione suscepti muneris fatigor. Sed durandum est, quia coepimus: et, si viribus deficiemur, animo tamen perseverandum.

De Exordio.

I. Quod *principium* Latine vel *exordium* dicitur, maiore quadam ratione Graeci videntur *προοίμιον* nominasse, quia a nostris initium modo significatur; illi satis clare partem hanc esse ante ingressum rei, de qua dicendum sit, ostendunt. Nam 2 sive propterea, quod *οἶμη cantus* est, et citharoedi pauca illa, quae, antequam legitimum certamen inchoent, emerendi favoris gratia canunt, *prooemium* cognominaverunt, oratores quoque ea, quae, priusquam causam exordiantur, ad conciliandos sibi iudicum animos praeloquuntur, eadem appellatione signarunt: sive quod *οἶμον* iidem Graeci *viam* appellant, 3 id, quod ante ingressum rei ponitur, sic vocare est

deficiemur deficiemus L.

CAP. I.

1. *maiore maiori* L.
προοίμιον prohocmium T. L. *prooemium* Amb. 1.
quia a nostris T 1 m. L. A. Spald. *quod a nostris* T 2 m. Conf. 1, 4, 12.
illi satis clare Cassiodorus p. 367. „*Clare pars ante ingressum rei, de qua dicendum sit, ostenditur hoc verbo. Nam sive propterea quod οἶμη cantus est, et citharoedi pauca illa, quae antequam legitimum certamen inchoent, emerendi favoris gratia canunt, prooemium cognominarunt: oratores quoque ea, quae priusquam causam exordiantur, ad conciliandos sibi iudicum animos praeloquuntur, prooemii appellatione signarunt, sive quod οἶμον Graeci viam appellant, sic quod ante ingressum rei ponitur, institutum est hoc modo vocari.*“
clare claret A.
rei regi 1 m T. § 4. *regi* pro *rei*.
2. *cognominaverunt vocaverunt* L.
ea quae eamque T. 1 m.
conciliandos conciliandum L.
iudicum iudicium animo 1 m *iudicum animos* 2 m T.
praeloquuntur praelocuntur T.
signarunt signaturi T.
3. *ingressum rei ingresso regi* 1 m *ingressum rei* 2 m T.

institutum; certe *prooemium* est, quod apud iudicem dici, priusquam causam cognoverit, possit; vitioseque in scholis facimus, quod exordio semper sic
4 utimur, quasi causam iudex iam noverit. Cuius rei licentia ex hoc est, quod ante declamationem illa velut imago litis exponitur. Sed in foro quoque contingere istud principiorum genus secundis actionibus potest; primis quidem raro umquam, nisi forte apud eum, cui res aliunde iam nota sit, dicimus.

5 Causa principii nulla alia est, quam ut auditorem, quo sit nobis in ceteris partibus accommodatior, praeparemus. Id fieri tribus maxime rebus inter auctores plurimos constat, si *benevolum*, *attentum*, *docilem* fecerimus: non quia ista non per totam actionem sint custodienda, sed quia initiis praecipue necessaria, per quae in animum iudicis, ut procedere ultra possimus, admittimur.

dici - possit L. A. *apud iudicem, priusquam causam cognoverit, prosit.* T. Sp.

4. *cuius rei cui rei* A. *cuius regi* T.
illa velut illam v. T. L.

secundis actionibus cum maior causa vel ab eodem iterum agitur, vel inter plures divisa est. Ita secundae in Verrem Actionis libros habemus. Gesnerus.
primis q. quidem primis T.
aliunde iam iam al. A.

5. *Causa principii* Cassiodorus l. l. „*Principii causa haec est, ut auditorem, quo sit nobis in ceteris partibus accommodatior, praeparemus. Id fit tribus modis, si benevolum attentum docilemque feceris.*“ Iulius Victor p. 82. „*Cum autem erit utendum prooemio, praeparare eo debemus iudicem benivolum attentum docilem faciendo. Quae tamen per totam actionem custodienda sunt, sed in initiis praecipue, ut in animum iudicis posuimus admitti.*“
alia est T. L. A. *est alia* Sp.
maxime maximis L 1 m.
auctores actores T. L.
benevolum benivolum T. L.
fecerimus fecris Cassiod.
actionem accionem T.
per quae per que imposito apice 1 m T.
iudicis iudices 1 m T.
possimus possumus 1 m T.

Benevolentiam aut a *personis* ducimus, aut a 6
causis accipimus. Sed *personarum* non est (ut plerique crediderunt) triplex ratio, *ex litigatore*, *et adversario*, *et iudice*. Nam exordium duci nonnum- 7
quam etiam ab *actore causae* solet. Quamquam enim pauciora de se ipso dicit et parcius, plurimum tamen ad omnia momenti est in hoc positum, si *vir bonus* creditur. Sic enim contingit, ut non studium advocati videatur adferre, sed paene testis fidem. Quare in primis existimetur venisse ad agendum ductus officio vel cognationis vel amicitiae; maximeque, si fieri poterit, reipublicae, aut alicuius certe non mediocris exempli. Quod sine dubio multo magis ipsis litigatoribus faciendum est, ut ad agendum magna atque honesta ratione aut etiam necessitate accessisse videantur. Sed ut praecipua 8
in hoc dicentis auctoritas, si omnis in subeundo negotio suspicio sordium aut odiorum aut ambitionis afuerit: ita quaedam in his quoque commendatio

6. *benevol.* *beniv.* T. L.
aut a p. om. *a* T 1 m.
accipimus *accepimus* 1 m T.
non est deletur *non* T 2 m.
triplex ratio T. L. A. *triplex tantum ratio* Sp.

7. *etiam-pauciora* omissis intermediis T.
contingit T. L. A. *continget* Sp.
existimetur *existimentur* 2 m T.
ductus *ducti* T.
exempli Plin. ep. VI, 29, 2. *Avidius Quietus — ut multa alia Thraceae ita hoc saepe referebat, praecipere solitum, suscipiendas esse causas amicorum aut destitutas aut ad exemplum pertinentes. Cur amicorum? non eget interpretatione. Cur destitutas? quod in illis maxime et constantia agentis et humanitas cerneretur. Cur pertinentes ad exemplum? quia plurimum referret, bonum an malum induceretur.* Conf. infra § 33. *si res agi videtur nova atrox, magna, pertinens ad exemplum.*
ipsis *ipsis litigatoribus* *ipsis* 1 m T - 2 m delevit postremum *ipsis. litig.* *ipsis* L.
ad *et* 1 m T.

8. *dicentis* *docentis* T.
auctoritas *auctoritas sit* 2 m T.
afuerit *abfuerit* 2 m T. Sp.

tacita, si nos infirmos, inparatos, inpares agentium contra ingeniis dixerimus, qualia sunt pleraque Mes-
9 salae prooemia. Est enim naturalis favor pro laborantibus: et iudex religiosus libentissime patronum audit, quem iustitiae suae minime timet. Inde illa veterum circa occultandam eloquentiam simulatio multum ab hac nostrorum temporum iactatione di-
10 versa. Vitandum etiam, ne *contumeliosi*, *maligni*, *superbi*, *maledici* in quemquam hominem ordinemve *videamur*, praecipue eorum, qui laedi nisi adversa
11 iudicum voluntate non possunt. Nam in iudicem ne quid dicatur non modo palam, sed quod omnino intellegi possit, stultum erat monere, nisi fieret. Etiam *partis adversae patronus* dabit exordio materiam: interim cum honore, si eloquentiam eius et gratiam nos timere fingendo, ut ea suspecta sint iudici, fecerimus: interim per contumeliam, sed hoc perquam raro, ut Asinius pro Urbiniae heredibus Labienum adversarii patronum inter argumenta cau-
12 sae malae posuit. Negat haec prooemia esse Cor-

infirmos, *inparatos*, *inpares* Amb. 1. *infirmos in partes* T 1 m. *infirmos in parte* 2 m. *infirmos imparatos* L. *infirmos et impares* Sp.
contra *econtra* L.
ingeniis *ingentes* T. L. A.
9. *inde* *indie* 2 m T.
illa veterum simulatio 12, 9, 5.
occultandam *occultam* T.
10. *ne contum.* *nec cont.* T 1 m.
praecipue *praecipueque* L.
iudicum *iudicium* 1 m T.
11. *in iudicem* om. *in* T 1 m.
omnino *ne omnino* L 1 m. *sed ne quod omnino* A.
nisi om. T. L.
patronus *patronum* L.
eloquentiam *eloquentia eius ad gratiam* T. L.
et gratiam A. *ad grat.* T. L. *ac gr.* Sp.
Asinius *asinus* T.
pro Urbiniae *prout urbinae* 1 m. *pro Urbinae* 2 m T. L. A. Hanc causam tangit iterum 7, 2, 5. 26. 9, 2, 9.
causae T. L. A. *malae causae* Sp.
12. *esse* T. L. *esse prooemia* Sp.

nelius Celsus, quia sint extra litem. Sed ego cum auctoritate summorum oratorum magis ducor, tum pertinere ad causam puto, quicquid ad dicentem pertinet, cum sit naturale, ut iudices iis, quos libentius audiunt, etiam facilius credant. Ipsius autem 13
litigatoris persona tractanda varie est. Nam tum dignitas eius allegatur, tum commendatur infirmitas. Nonnumquam contingit relatio meritorum, de quibus verecundius dicendum erit sua quam aliena laudanti. Multum agit sexus, aetas, conditio, ut in feminis, senibus, pupillis liberos, parentes, coniuges allegantibus. Nam sola rectum quoque iudicem inclinat 14
miseratio. Degustanda tamen haec prooemio, non consumenda. *Adversarii* vero persona prope isdem omnibus, sed e contrario ductis inpugnari solet. Nam et potentes sequitur invidia, et humiles abiectosque contemptus, et turpes ac nocentes odium: quae tria sunt ad alienandos iudicum animos potentissima. Neque haec dicere sat est, quod datur 15
etiam inperitis: pleraque augenda ac minuenda, ut expediet. Hoc enim oratoris est, illa causae. *Iudi-* 16

quia qua T 1 m. *quae* 2 m.
ad aut 1 m T.

13. *sua sua* imposito apice 1 m T. *suaque tamquam aliena* 2 m.
multum agit sexus I. Victor p. 82. *Prosunt etiam et liberi et sexus et aetas et conditio et cetera, quae ad misericordiam iudicem inclinant. Degustanda tamen in principio, non consumenda latius. Adversarii quoque persona prope isdem omnibus e contrario inpugnari solet.*
agit ait 1 m T. *multo magis* A.
ut in L. A. *ut* om. *in* T. *in feminis* om. *ut* Sp.
parentes parentis coniugis 1 m. *parentis coniuges* 2 m T.

14. *sed e cont.* om. *e* T.
contemptus L. A. *contentus* T. *contemtio* Sp.
ac noc. a 1 m T.

15. *sat* T. L. A. *satis* Sp.
inperitis imperitus 1 m T.
augenda ac L. A. *agenda ac minuenda* 1 m. *agenda ac munienda* 2 m T. *augenda aut* Sp.
illa causae T. L. A. *illa* refertur ad *neque haec dicere sat est. illud causae* Sp. *illa causa* T 2 m. *illa* qualia sunt, potentes

cem conciliabimus nobis non tantum laudando eum, quod fieri cum modo debet, et est tamen parti utrique commune, sed si laudem eius ad utilitatem causae nostrae coniunxerimus, ut adlegemus pro *honestis* dignitatem illi suam, pro *humilibus* iustitiam, pro *infelicibus* misericordiam, pro *laesis* severitatem,
17 et similiter cetera. Mores quoque, si fieri potest, iudicis velim nosse. Nam prout asperi, lenes, iucundi, graves, duri, remissi erunt, aut assumere in causam naturas eorum, qua competent, aut miti-
18 gare, qua repugnabunt, oportebit. Accidit autem interim hoc quoque, ut aut nobis inimicus aut adversariis sit amicus, qui iudicat: quae res utrique parti tractanda est, ac nescio an etiam ei magis, in quam videatur propensior. Est enim nonnumquam pravus hic ambitus, adversus amicos, aut pro

sequi invidiam, humiles abiectosque contemptum turpes ac nocentes odium.

16. *Iudicem* I. Victor l. l., „*A iudice quoque principia ducuntur, non nimis laudando eum, quia suspectum est et parti utrique commune, et ideo si fieri potest laudem eius ad utilitatem causae conferamus: ut adlegemus pro honestis dignitatem illi suam, pro humilibus iustitiam, pro infelicibus misericordiam, pro laesis severitatem et similiter cetera. Propter quod mores quoque si fieri potest iudicis velim nosse. Nam prout asperi lenes iucundi graves fuerint ita aut assumere in causa naturas eorum quae competunt aut mitigare quae repugnabunt oportebit.*“ — Placet, quod I. Victor illa *duri, remissi*, quae post *asperi, lenes* nullam addunt vim, omittit.

quod fieri T. L. *q. et fieri* Sp.
et est et si est T.
sed si om. *si* T.
ad utilitatem-coniunx. v. Handii Tursellin. I. p. 89.
causae T. L. A. *nostrae causae* Sp.
illi suam illesam 2 m T.
17. *remissi erunt remiserunt* 1 m T.
18. *aut nobis aut a nobis* 1 m T.
adversariis T 2 m. A. *adversarius* 1 m T. L 1 m. *adversarius sit aut amicus* L 2 m. *adversario* Sp. Conf. 4, 2, 33.
utrique parti u. partiri T 1 m.
nescio an etiam ei nescio etiam ei T. Receptam habet L. A. — *nescio an ei* Sp.
videatur A. *videtur* T. L. Sp. Illud probavit Gernh. Add.
pravus hic ambitus Sic Aldina. *parvus hic ambitus* L. A. *pravis hic ambitus* T. — *pravis iudicibus hic ambitus* Sp. cum cett.

iis, quibuscum simultates gerant, pronunciandi faciendique iniuste, ne fecisse videantur. Fuerunt 19
etiam quidam suarum rerum iudices. Nam et in libris observationum a Septimio editis adfuisse Ciceronem tali causae invenio: et ego pro regina Berenice apud ipsam causam dixi. Similis hic quoque superioribus ratio est. Adversarius enim fiduciam partis suae iactat, patronus timet cognoscentis verecundiam. Praeterea detrahenda vel confirmanda opi- 20
nio, si quam praecipue domo videbitur iudex adtulisse. Metus etiam nonnumquam est amovendus, ut Cicero pro Milone, ne arma Pompei disposita contra se putarent, laboravit: nonnumquam adhibendus, ut idem in Verrem facit. Sed adhibendi modus al- 21
ter ille frequens et favorabilis: *ne malę sentiat populus Romanus; ne iudicia transferantur;* alter autem asper et rarus, quo minatur corruptis accusationem, et id quidem in consilio ampliore utcumque tutius; nam et mali inhibentur, et boni gaudent: apud singulos vero numquam suaserim, nisi defecerint omnia. Quod si necessitas exigit, non erit iam 22

edd. — omnes autem codd. omittunt vocem *iudicibus*. Receptam dat etiam Gernh. Nonnumquam pravum hunc ambitum prae se ferunt iudices.

iis his Sp.
simultates simultantes 1 m T. L.
gerant gerunt 2 m T.

19. *suarum rerum* L. *earum rerum* T. *rerum suarum* Sp.
iudices iudicis 1 m T.
Septimio septimino T. A. *septimo* L 1 m.
causam eam T. L. A. *eam* male scriptum pro *cam* i. e. causam.
superioribus - enim om. mediis T.

20. *detrahenda* I. Victor p. 83. *Praeterea detrahenda vel confirmanda opinio, si quam videbitur domo iudex attulisse.*
opinio oppinio T.
praecipue pr. si q. A.
amovendus ammovendus T.
disposita T. L. A. *contra se disposita* Sp.
idem in Verrem Actione prima c. 15. 16.

21. *frequens et* T. L. fort. A. *frequens est et* Sp.
populus Romanus p. r. T. *praeter* A.

ex arte oratoria: non magis, quam appellare, etiamsi id quoque saepe utile est; aut, antequam pronunciet, reum facere; nam et minari et deferre etiam
23 non orator potest. Si causa conciliandi nobis iudicis materiam dabit, ex hac potissimum aliqua in usum principii, quae maxime favorabilia videbuntur, decerpi oportebit. Quo in loco Verginius fallitur, qui Theodoro placere tradit, ut ex singulis quaestionibus singuli sensus in prooemium conferantur.
24 Nam ille non hoc dicit, sed ad potentissimas quaestiones iudicem praeparandum; in quo vitii nihil erat, nisi in universum id praeciperet, quod nec omnis quaestio patitur, nec omnis causa desiderat. Nam protenus a petitore primo loco, dum ignota iudici lis est, quomodo ex quaestionibus ducemus sententias? nimirum res erunt indicandae prius. Demus, aliquas (nam id exigat ratio nonnumquam), etiamne potentissimas omnes, id est totam causam? sic erit
25 in prooemio peracta narratio. Quid vero? si (ut frequenter accidit) paulo est durior causa; non benevolentia iudicis petenda ex aliis partibus erit, sed non ante conciliato eius animo nuda quaestionum committetur asperitas? Quae si recte semper initio dicendi tractarentur, nihil prooemio opus esset.

23. *Verginius* T. L. *Virginius* Sp. 3, 1, 21.
Theodoro theodora 1 m L.
tràdit traditur 1 m T.
24. *nec o. quaestio patitur* A. *nec o. actio p.* L. Sp. om. *haec* T.
nec - desiderat 1, 4, 19.
protenus protinus 2 m T. Sp.
a petitore i. e. pro actore, pro accusatore.
indicandae iudicandae L.
prius primo T.
demus, aliquas i. e. concedamus, aliquas ex quaestionibus duci posse sententias, non tamen sequitur, omnes praecipuas.
exigat T. *exigit* 2 m T. Sp. *exiget* A.
25. *durior* om. T.
iudicis iudici (*iudicis* 2 m) *petenda. ex aliis partibus erit petenda sed* T.
nuda nudu 1 m T.
committetur comittetur L.

Aliqua ergo nonnumquam, quae erunt ad concilian- 26
dum nobis iudicem potentissima, non inutiliter interim ex quaestionibus in exordio locabuntur. Quae sint porro in causis favorabilia, enumerare non est necesse, quoniam et manifesta erunt cognita cuiusque controversiae conditione, et omnia colligi in tanta litium varietate non possunt. Ut autem haec *invenire* et *augere*, ita quod laedit, aut omnino *repellere* aut certe *minuere* ex causa est. Miseratio quoque aliquando ex eadem venit, sive quid passi sumus grave, sive passuri. 27

Neque enim sum in hac opinione, qua quidam, 28
ut eo distare prooemium ab epilogo credam, quod in hoc praeterita, in illo futura dicantur, sed quod ingressu parcius et modestius praetemptanda sit iu-

26. *nonnumquam nunquam quaerit* T. *nonnumquam querunt* L 1 m.

in exordio om. *in* T.

quae sint quod 1 m. *quot* 2 m T. I. Victor p. 83. *a causis benivolentia ducitur, si quae in actione favorabilia nobis fuerint, et tractemus et augeamus, ea vero quae laedant aut omnino repellamus aut certe aliqua ex parte minuamus.*

quoniam Sic Turic. (*qm̄* enim in Tur. ubique *quoniam* notat, ut et *quō*.), non ut Spald. affert ex Turic. *quum*. numquam enim nostro in codice hanc reperias formam.

controversiae contraversiae 1 m T.

litium litum T 1 m. conf. 2, 1, 11.

27. *ut autem haec* i. e. haec favorabilia.

augere arguere L.

laedit legit T.

minuere munire T.

sive quid si quod A.

28. *in illo* om. *in* T. L. — In prooemio autem exponitur, quod passi simus, in epilogo, quod passuri, si causam non obtinebimus: sic praeterita in prooemio, futura in epilogo dicuntur. *in hoc - in illo* i. e. in altero - altero. conf. 3, 5, 4.

dicantur dicentur A.

sed quod om. *quod* L.

ingressu T 1 m. A. *in ingressu* T 2 m. Sp.

praetemptanda sit Sic recepi ex Cassiodoro R. C. p. 333. *Prooemium ab epilogo quemadmodum differat. Quidam putarunt sic differre, quod in prooemio praeterita, in epilogo futura dicantur* (Sic explicatur optime loci nostri ambiguitas.). *Quintilianus autem eo differre existimat, quod in ingressu parcius et modestius praetentanda sit iudicis misericordia: in epilogo vero licеat totos effundere*

dicis misericordia; in epilogo vero liceat totos effundere affectus, et fictam orationem induere personis, et defunctos excitare, et pignora reorum pro-
29 ducere: quae minus in exordiis sunt usitata. Sed haec, quae supra dixi, non movere tantum, verum ex diverso amoliri quoque prooemio opus est. Ut autem nostrum miserabilem, si vincamur, exitum, ita adversariorum superbum, si vicerint, utile est
30 credi. Sed ex his quoque, quae non sunt personarum nec causarum, verum *adiuncta personis et causis*, duci prooemia solent. *Personis* adplicantur non *pignora* modo, de quibus supra dixi, sed *propinquitates*, *amicitiae*; interim *regiones* etiam *civitates*que, et si quid aliud eius, quem defendimus,

affectus, et fictam orationem induere personis et defunctos excitare et pignora reorum producere, quae omnia in prooemiis parum recte fiunt." — *pertemptanda est* T. L. *praetentanda est* Sp. (sed optaverat *sit*, quod A. confirmatur). Defendit Gernh. indicativum. I. Victor p. 83. *Sed sicut in persona diximus, res omnes quae affectus movent id est vel pro nobis gratiam misericordiam benivolentiam vel contra etiam adversarios odium iram invidiam parcius et modestius in principio praegustanda sunt, quia hoc differt principium ab epilogo, quod hic restrictius, illic liceat effusius evagari. Namque in epilogo et allocutionem permittitur inducere et defunctos excitare, et pignora producere et cetera quae animos audientium moveant.* — *Hic-illic* dicitur ut saepius apud Quintilianum. conf. 3, 5, 4. *hic* i. e. ab eo qui accusatorem refellit, *illic* ab actore.

epilogo epoilogo T.

totos totus T 1 m.

induere personis § 47. Declamaturus autem maxime positas in affectibus causas propriis personis debet induere.

defunctos defuncto T 1 m.

pignora pignera T. L. Vid. Schaefer ad Plin. Ep. 1, 12, 3. Intelligas parentes, liberos, coniugem.

reorum Sic recepi ex Lassb. A. et Cassiodoro. *ecrum* T. ceteri codd. et edd. omnes. Receptam coniectura assecutus iam Spald.

quae m. om. *quae* T 1 m.

in exordiis T. L. om. *in* Sp.

29. *quae supra dixi* § 27. Ut autem haec (favorabilia) invenire et augere, ita quod laedit aut omnino repellere aut certe minuere ex causa est. —

ut autem ut ante L.

vincamur iungamur L.

30. *his* T. L. A. *iis* Sp.

supra dixi § 28.

casu laedi potest. Ad *causam* extra pertinent *tem-* 31
pus, unde principium pro Caelio; *locus*, unde pro Deiotaro; *habitus*, unde pro Milone; *opinio*, unde in Verrem; deinceps, ne omnia enumerem, *fama iudiciorum*, *expectatio vulgi;* nihil enim horum in causa est, ad causam tamen pertinent. Adicit Theo- 32
phrastus ab *oratione* principium, quale videtur esse Demosthenis pro Ctesiphonte, ut sibi dicere suo potius arbitrio liceat rogantis, quam eo modo, quem accusator actione praescripserit.

Fiducia ipsa solet opinione arrogantiae laborare: 33
faciunt favorem et illa paene communia, non tamen omittenda, vel ideo, ne occupentur, *optare*, *abominari*, *rogare*, *sollicitum agere:* quia plerumque attentum iudicem facit, si res agi videtur nova, magna, atrox, pertinens ad exemplum: praecipue tamen, si iudex aut sua vice, aut reipublicae commovetur, cuius animus spe, metu, admonitione, precibus, vanitate denique, si id profuturum credimus, agitandus est. Sunt et illa excitandis ad audiendum 34
non inutilia, si nos neque diu moraturos, neque ex-

casu laedi causale dici T. *causa duci* L. *causale duci* A. *casu* i. e. si cecidit, causam non obtinuit.

31. *extra pertinent - pertinent* A. cum Obrechto. *extra pertinet - pertinet* T. L. Sp.

Deiotaro deiataro T. L.

enumerem T. L. fort. A. *enumerentur* Sp.

fama infamia A.

in causa - tamen in causam tamen T. om. *causa est, ad.*

32. *Theophrastus theophraestus* T.

Ctesiphonte cthesifonte T.

quem quae T. *quem act. accus.* A.

praescripserit praescripseris T.

33. *paene poene* T.

optare obtare 1 m T.

abominari abominare T.

attentum iudicem Sic T. L. A. *attentum quoque iudicem* ex Regii coniectura Sp. I. Victor p. 84. *Attentum iudicem facies, si res agi videatur nova magna atrox pertinens ad exemplum. praecipue tamen, si iudex aut sua vice aut rei publicae commoveatur spe, metu, ammonitione, precibus.*

credimus T. L. A. *credemus* Sp.

tra causam dicturos existiment. Docilem sine dubio et haec ipsa praestat attentio: sed et illud, si breviter et dilucide summam rei, de qua cognoscere debeat, indicarimus: quod Homerus atque Virgilius
35 operum suorum principiis faciunt. Nam is eius rei modus est, ut propositioni similior sit, quam expositioni: nec quomodo quidque sit actum, sed de quibus dicturus sit orator, ostendat. Nec video, quod huius rei possit apud oratores reperiri melius exem-
36 plum, quam Ciceronis pro A. Cluentio. *Animadverti, iudices, omnem accusatoris orationem in duas divisam esse partes: quarum altera mihi niti et magnopere confidere videbatur invidia iam inveterata iudicii Iuniani; altera tantummodo consuetudinis causa timide et diffidenter attingere rationem veneficii criminum, qua de re lege est haec quaestio constituta.* Id tamen totum respondenti facilius est,

34. *Docilem* I. Victor p. 84. *Docilem sine dubio haec ipsa praestabunt attentio et benivolentia. sed et illud, si breviter et dilucide summam rei, de qua cognoscere debeat, indicemus, ut Homerus atque Virgilius operum suorum principiis faciunt: cuius rei modus esse debet, ut propositioni similior sit quam expositioni: nec quomodo quidque sit actum, sed de quibus dicturus sit orator ostendat.* An ergo legendum erit: *Docilem sine dubio haec ipsa praestant attentio et benivolentia?* adhuc enim docuerat quomodo attentus fiat iudex ac benivolus, nunc transit ad tertium ita, ut dicat, docilem eum fore sine dubio, si iam benivolus sit et intentus.

indiçarimus indicaverimus 2 m T. Sp.

35. *is eius rei* A. *istius rei* T. L. Sp.
quidque sit quoque sic 1m. *quoque sit* 2 m T. L.
video indeo T.
possit T. non ut Zumpt e Tur. memorat *possis.*
A. Cluentio 1 m. *A.* Lassb. T 2 m.

36. *animadverti animi adverti* T.
niti inniti A.

magnopere magno opere in Cicerone Orellii. V. C. — Hoc in loco nihil differunt codices Ciceronis a scriptura Quintiliani.

videbatur indebeatur 1 m. T.
invidia invida T.
Iuniani iuliani 2 m T.
diffidenter difficulter A.
veneficii beneficii T. L.

quam proponenti: quia hic admonendus iudex, illic docendus est. Nec me, quamquam magni auctores, 37
in hoc duxerint, ut non semper facere attentum ac docilem iudicem velim: non quia nesciam, id quod ab illis dicitur, esse pro mala causa, qualis ea sit non intelligi: verum quia istud non neglegentia iudicis contingit, sed errore. Dixit enim adversarius, et 38
fortasse persuasit: nobis opus est eius diversa opinione: quae mutari non potest, nisi illum fecerimus ad ea, quae dicemus, docilem et intentum. Quid ergo est? Imminuenda quaedam et levanda, et quasi contemnenda esse consentio, ad remittendum intentionem iudicis, quam adversario praestat: ut fecit pro Ligario Cicero. Quid enim agebat aliud ironia 39
illa, quam ut Caesar minus in rem tamquam non novam intenderet? Quid pro Caelio, quam ut res expectatione minor videretur?

Verum ex iis, quae proposuimus, aliud in alio genere causae desiderari palam est. Genera porro causa- 40

proponenti ponenti T.
hic - illic i. e. ab uno — ab altero. *hic* ad respondentem pertinet.
37. *quamquam quemquam* L 1 m.
contingit contigit L.
38. *illum illam* 1 m T.
intentum T. L. A. *attentum* Sp.
quid ergo est? T. L. A. om. *est* Sp. V. Bentl. ad Hor. A. P. 353.
et levanda L 2 m. *et levianda* T. L 1 m. *et elevanda* Sp. *et laevanda* A.
contemnenda contempnenda T. L. *contendenda* A.
remittendum T 1 m. L. *remittendam* 2 m T. Sp.
quam - praestat quae - praestatur A.
39. *ironia illa* conf. Aquila Rom. p. 149. *Ironia, simulatio, frequentissima apud oratores figura, ubi aliud verbis significamus, aliud re sentimus. A quo genere figurae prooemium pro Ligario sumtum est: Novum crimen, C. Caesar, et ante hunc diem inauditum et cetera.* De hac ironia disputavit Fr. Luisini Parergis 3, 35. in Gruteri Lampade T. 3. p. 504.
minus in rem T. L. fort. A. *minus se in rem* Sp.
expectatione expectationes L 1 m.
iis his L. A.
proposuimus T. L. A. *proposui* Sp.
40. *genera p. causarum* Aliud prooemium alia in materia causae desideratur. Rhetores autem in quinque genera materias cau-

rum plurimi quinque fecerunt, *honestum*, *humile*, *dubium* vel *anceps*, *admirabile*, *obscurum*: id est *ἔνδοξον*, *ἄδοξον*, *ἀμφίδοξον*, *παράδοξον*, *δυσπαρακολούθητον*. Sunt, quibus recte videatur adici *turpe*,
41 quod alii *humili*, alii *admirabili* subiciunt. *Admirabile* autem vocant, quod est praeter opinionem hominum constitutum. In *ancipiti* maxime benivolum iudicem, in *obscuro* docilem, in *humili* attentum parare debemus. Nam *honestum* quidem ad conciliationem satis per se valet, *admirabili* et *turpi* remediis opus est.

Et eo quidam exordium in duas dividunt partes, *principium* et *insinuationem*, ut sit in principiis recta benivolentiae et attentionis postulatio: quae quia esse in turpi causae genere non possit, insinuatio subrepat animis, maxime ubi frons causae non sa-

arum distinxerunt. nam ea est aut *honesta*, cum de re agitur proba et verecunda, aut *humilis*, cum de re turpi et obscena, aut *anceps*, cum causa et honestatis et turpitudinis particeps est, aut *admirabilis*, cum de re incredibili, aut *obscurum*, cum de re inexplicabili agitur. De hac doctrina habet aliquid Ernesti Lex. Technol. v. *ἄδοξον* et *anceps* etc. — Fortunatian. Art. Rhet. p. 60. Quot sunt figurae materiarum? quinque. *ἔνδοξος* id est honesta. *ἀμφίδοξος* id est anceps. *παράδοξος* id est admirabilis. *ἄδοξος* id est humilis. *δυσπαρακολούθητος* id est obscura. In endoxo qualem faciemus iudicem? benivolum. quid in amphidoxo? benivolum sed ita, ut ab eo quod turpe est, ad id quod honestum est, eum avocemus. in paradoxo qualem? benivolum per insinuationem. quid in adoxo? attentum. quid in dysparacolutheto? docilem.

plurimi *plurima* 1 m T.

παράδοξον *παρδοξον* T.

sunt quibus *quibusdam* T 1 m. *quibusdam videtur* om. *sunt* A. in hoc tamen *dam* est a 2 m. profectum.

41. *benivolum* T. *benevol.* Sp. T. et L. ubique *i* in hoc vocab. habent.

admirabili T. L. fort. A. *in admirabili* Sp.

42 *et eo* om. *et* A.

quidam *quidem* T. L.

sit *sint* 1 m T.

quae quia esse *quae* e imposito apice T.

subrepat *surrepat* Sp.

animis *animus* 1 m T. *animos* L.

frons *fors* T.

est v. Ellendt ad Cicer. Brut. 49, 185.

ut fors a causae L 1 m. *ut fors causae* 2 m L.

tis honesta est, vel quia res sit improba vel quia hominibus parum probetur; aut si facie quoque ipsa premitur vel invidiosa consistentis ex diverso patroni aut patris, vel miserabili senis, caeci, infantis. Et 43
quidem quibus adversus haec modis sit medendum, verbosius tradunt, materiasque ipsi sibi fingunt, et ad morem actionum persequuntur: sed hae, cum

aut si facie om. *si* T.

facie q. ipsa Disputat de hoc loco Ernesti L. T. v. *frons*. „Exquisita metaphora *frons causae* dictum est id, quod primum in oculos omnium et animum incurrit. Ea latius autem patet *causae facies*, hoc est, ipsa totius causae ratio est constitutio, ut bene Gesnerus ad h. l. explicavit. Sermo ibi est Quintiliano de insinuatione, quae adhibetur maxime, ubi frons causae non satis honesta est, vel etiam, si facie ipsa premitur. „Wenn der Gegenstand dem Zuhörer entweder auf den ersten Anblick anstössig ist, oder wenn er diesen Anstoss an mehrern Umständen nimmt, welche im Detail des Vortrags und dessen Behandlung vorkommen." Sed non intelligo, quomodo a Gesnero et Ernestio *frons* et *facies*, quae idem fere significant, distingui sic potuerint. Quare Spaldingii rationem vehementer probo, qui ab illorum lectione: *aut si facie quoque ipsa premitur, vel invidia consistentis ex diverso patroni, aut patris vel miserabilis senis caeci infantis.* discedens locum coniectura, quam recepi, restituit. Causa enim interdum facie premitur vel patroni cuiusdam vel infantis. Cum enim iudex patronum a cliente, patrem a filio accusatum videt, invidet accusatori; aut cum infantes inopes, vel caecum senem auxilium implorantem videt, misericordia iudicis movetur. Die Insinuation ist dann nothwendig, wenn die Sache sich nicht durch ihre innere Beschaffenheit empfiehlt, oder wenn der Richter um der Personen willen, die einander gegenüber stehen, unwillig oder gerührt wird — unwillig, wenn der Patronus dem Klienten, der Vater dem Sohne gegenüber stehen muss — gerührt, wenn er einen Greis, einen Blinden, Kinder angefeindet sieht. Die Insinuation ist besonders dann anwendbar, wann die Aussenseite des Prozesses etwas Abstossendes hat, weil der Handel niedrig und den Unwillen aller erregt, oder wann der Prozess auch allenfalls anstössig wird etc.

invidiosa consistentis L. A. Sp. *invidiosa consistens* T. *invidia consistentis* Gesnerus.

miserabili Sic recepi ex coniectura Spald. — *miserabilis* codd. corruptum propter sequens *s*.

43. *modis modus* 1 m T.

ipsi sibi sibi ipsi A.

ad morem amorem 1 m. *morem* 2 m T.

persequuntur T. L. Sp. alii codd. ut A. habent *prosequuntur* cum Gernhard. non multum interest: *persequi* durchführen, *prosequi* ausführen. cf. Dialog. de Orator. c. 35.

sed hae Docent exemplis quibusdam, quomodo insinuatione sit utendum: sed nihil valent exempla, cum res sit infinita: pauca

oriantur ex causis, quarum species consequi omnes non possumus, nisi generaliter comprehenduntur, in
44 infinitum sunt extrahendae. Quare singulis consilium ex propria ratione nascetur. Illud in universum praeceperimus, ut ab iis, quae laedunt, ad ea, quae prosunt, refugiamus. Si causa laborabimus, persona subveniat; si persona, causa: si nihil, quod nos adiuvet, erit, quaeramus, quid adversarium laedat; nam ut optabile est, plus favoris mereri: sic
45 proximum, odii minus. In iis, quae negari non potuerint, elaborandum, ut aut minora, quam dictum est, aut alia mente facta, aut nihil ad praesentem quaestionem pertinere, aut emendari posse poenitentia, aut satis iam punita videantur. Ideoque agere advocato, quam litigatori, facilius: quia et laudat sine arrogantiae crimine, et aliquando utiliter etiam
46 reprehendere potest. Nam se quoque moveri interim finget, ut pro Rabirio Postumo Cicero, dum aditus sibi ad aures faciat, et auctoritatem induat vera sentientis, quo magis credatur vel defendenti eadem

exempla non aperiunt totam rem: quare in universum de insinuatione praecipiendum est, non specialiter. *sed haec cum* T. L. A. *comprehenduntur* T 1 m. A. *comprehendantur* Sp.

44. *praeceperimus* L. *aliud i. u. praeceperimus* T. *praeceptum sit* Sp., cuius lectionis I. Victor est vindex p. 83: *Illud in universum praeceptum sit, ut, si causa laborabimus, persona subveniat; si persona oberit, causa prosit; si nihil fuerit quod adiuvet, quaeramus quid adversarium laedat.* — A. dat *praeceperim.*
ab iis ab his L. A.
quid a. qui 1 m T. *quid* 2 m. Maluit Sp. *quod.*

45. *iis his* A.
potuerint T 2 m. A. *potuerunt* T 1 m. *poterunt* Sp.
elaborandum elabo 1 m. *elaborare* 2 m T.
emendari enim damnari T. *enim dari* L.
ideoque idque 2 m T.

46. *se* om. T.
aditus T. L. *aditum* Sp.
faciat - induat facit - induit Goth. Voss. 2. probante Spaldingio; sed receptam defendit Gernhard. et Zumpt. — Se moveri simulat, ut benivolentiam capiat.
sentientis sentientes 1 m T.

vel neganti. Ideoque hoc primum intueamur, litigatoris an advocati persona sit utendum, quoties utrumque fieri potest; nam in schola liberum est: in foro rarum, ut sit idoneus suae rei quisque defensor. Declamaturus autem maxime positas in af- 47
fectibus causas propriis personis debet induere. Hi sunt enim, qui mandari non possunt: nec eadem vi profertur alieni animi, qua sui, motus. His etiam 48
de causis insinuatione videtur opus esse, si adversarii actio iudicum animos occupavit, si dicendum apud fatigatos est: quorum alterum promittendo nostras probationes, et adversas eludendo, vitabimus; alterum et spe brevitatis, et iis, quibus attentum fieri iudicem docuimus. Et urbanitas opportuna reficit ani- 49
mos, et undecumque petita iudicis voluptas levat taedium. Non inutilis etiam est ratio occupandi, quae videntur obstare: ut Cicero dicit, *Scire se mirari*

intucamur L. *intucmur* T. Sp., qui optabat *intuebimur*.
idoneus ideus 1 m T.

47. *hi - qui hae - quae* T 2 m. Zumpt hanc tantum lectionem ex Turic. refert. Sic, qui antea Turicensem cod. contulerat, multis in locis secundam tantum manum indicavit, prima manu neglecta. hi sc. affectus.

profertur Sic recepi ex coniectura V. Slothouweri in Actis litter. Societ. Rheno-Traiect. T. 3. p. 126. Correxit enim hic *perferuntur*, quod in edit. Burmanni legitur, in *proferuntur* comparato Horatii versu de A. P. 111. *Post effert animi motus interprete lingua.* — *perfertur* T. L. A. Sp. Gernh.

qua quam T.

48. *adversarii adversari* 1 m T.
fatigatos fatigatores T.
eludendo eluendo L. Amb. 1. a 2 m. conf. 5, 13, 27.
iis his L.

49. *opportuna oportuna* T.
iudicis voluptas simplex collocatio transpositionem harum vocum desiderat. conf. 3, 4, 16.

ut Cicero Divinat. in Caecil. ab initio, ubi duae lectiones diversa moverunt iudicia. nam in aliis codicibus, quos Orellius noster sequitur, sic legitur locus: *Si quis vestrum iudices aut eorum qui adsunt, forte miratur me, qui tot annos in causis iudiciisque publicis ita sim versatus, ut defenderim multos, laeserim neminem, subito nunc mutata voluntate ad accusandum descenderim, is si mei consilii causam rationemque cognoverit, una et id quod facio probabit et in hac causa neminem profecto praeponendum esse mihi actorem*

quosdam, quod is, qui per tot annos defenderit multos, laeserit neminem, ad accusandum Verrem descenderit; deinde ostendit, hanc ipsam esse sociorum defensionem; quod schema *πρόληψις* dicitur. 50 Id cum sit utile aliquando, nunc a declamatoribus quibusdam paene semper adsumitur, qui fas non putant, nisi a contrario, incipere.

Negant Apollodorum secuti tris esse (de quibus supra diximus) praeparandi iudicis partes, sed multas species enumerant, ut *ex moribus iudicis, ex opinionibus ad causam extra pertinentibus, ex opinione de ipsa causa*, quae sunt prope infinitae, cum iis, ex quibus omnes controversiae constant, *personis, factis, dictis, causis, temporibus, locis, oc-* 51 *casionibus, ceteris.* Quas veras esse fateor, sed in haec genera recidere. Nam si *iudicem benivolum,*

putabit. In aliis vero, quos Madvig in Comment. de Asconio p. 100. praetulit, hoc modo procedit oratio: *Si quis vestrum, iudices, aut eorum qui adsunt forte miratur, me, qui tot annos - laeserim neminem, subito nunc mutata voluntate ad accusandum descendere, is etc.* Ac profecto lectio ea, quae in Quintiliano extat, ad secundam constitutionem propius accedit quam ad primam, et omnino illud *me* vix isto loco collocatum foret, si ad praecedens verbum non ad sequentem sensum pertineret. — Expressit hunc locum I. Victor p. 83. Non inutile est interdum occurrere, quae videntur obstare, ut Cicero: *scire se mirari, quod qui per tot annos defenderit, subito ad accusandum descenderit.*

mirari minari T. L.

accusandum accusandam 1 m T.

deinde inde A.

esse sociorum A. om. *esse* T. L. Sp.

defensionem defensorem 1 m T. *defensione* L.

πρόληψις A. Sp. *prolepsis* T. *prolemsis* L 1 m.

50. *a declamatoribus acclamatoribus* 2 m. *adclamatoribus* 1 m T.

adsumitur adsummitur T.

secuti tris secuturis 1 m. *secuturum* 2 m T. *tres* Sp.

supra diximus A. om. *supra* T. L. Sp. om. *diximus* L 1 m. cf. § 5.

de ipsa causa ad causam T. L.

cum iis T. *cum his* L. *tum his* A. *tum iis* Sp. Receptam reducendam esse primus monuit Gernh. Add. Explica *praeter eas.*

51. *in hacc genera* scil. de quibus modo dixi. Spald. habet *in hacc tria genera*, sed abest *tria* a T. L. A.

attentum, *docilem* habeo, quid amplius debeam optare, non reperiam: cum metus ipse, qui maxime videtur esse extra haec, et attentum iudicem faciat, et ab adverso favore deterreat.

Verum quoniam non est satis demonstrare di- 52
scentibus, quae sint in ratione prooemii, sed dicendum etiam, quomodo perfici facillime possint: hoc adicio, ut dicturus intueatur, *Qui*, *apud quem*, *pro quo*, *contra quem*, *quo tempore*, *quo loco*, *quo rerum statu*, *qua vulgi fama* dicendum sit? *Quid iudicem sentire credibile sit*, antequam incipimus? tum, *quid desideremus aut deprecemur?* Ipsa illum natura eo ducet, ut sciat, quid primum dicendum sit. At nunc omne, quo coeperunt, prooemium pu- 53
tant, et, ut quidque succurrit, utique si aliqua sententia blandiatur, exordium. Multa autem sine dubio sunt et aliis partibus causae communia, nihil ta-

quid quod L.
reperiam T. L. *reperio* Sp.
attentum atteritum 1 m T.

52. *perfici perspici* T. L.
adicio audicio 1 m T.
qui, *apud* T 2 m. L. *quia apud* T 1 m. *cui* A. *quid*, *apud* Sp. Cf. Iul. Victor p. 81. „ut dicturus intueatur, *qui* et apud quem, et pro quo, et contra quem, et quo tempore et quo loco, et quo rerum statu, et qua vulgi fama dicendum, quid iudicem sentire credibile sit.
incipimus incipiamus Sp. Illud dant T. L. A. et Gernhard.
quid desideremus T. L. A. *quid aut desideremus* Sp.

53. *quo coeperunt* A. *quod coeperunt* L. *quod coeperint* T 2 m. *quod coeperit* T 1 m. Sp.
prooemium - exordium primum coni. Spald. pro *prooemium.-exordia* 2 m T. Haec verba acute explicavit Gernhard: „*Prooemium* putant, si spectant, quae primum in oratione locum postulent h. e. principium, ab ipsa causa suppeditatum. Alterum, *exordii* nomen, significat id, in quo orator vim suam primum expromit (si aliqua sententia blandiatur.)." — Ieder Anfang des Prozesses scheint ihnen ein Prooemium, und ieder beste Gedanke ein hübsches Exordium zu seyn. Ieder Anfang der Rede scheint ihnen ein guter Anfang, und ieder Gedanke, wenn er hübsch klingt, eine gelungene Einleitung zu seyn.
dubio s. e. a. p. A. *dubio ex aliis partibus sunt, aut aliis partibus causae communia* T. L. Sp. Illud prob. Gernh. quoque Add.

men in quaque melius dicitur, quam quod aeque
54 bene dici alibi non possit. Multum gratiae exordio est, quod ab actione diversae partis materiam trahit; hoc ipso, quod non compositum domi, sed ibi atque ex re natum, et facilitate famam ingenii auget, et facie simplicis sumptique ex proximo sermonis fidem quoque acquirit: adeo ut, etiamsi reliqua scripta atque elaborata sint, tamen plerumque videatur tota extemporalis oratio, cuius initium nihil
55 praeparatum habuisse manifestum est. Frequentissime vero prooemium decebit et sententiarum, et compositionis, et vocis, et vultus modestia: adeo ut in genere causae etiam indubitabili fiducia se ipsa nimium exerere non debeat. Odit enim iudex fere litigantis securitatem: cumque ius suum intelligat,
56 tacitus reverentiam postulat. Nec minus diligenter, ne suspecti simus ulla parte, vitandum est, propter quod minime ostentari debet in principiis cura, quia videtur ars omnis dicentis contra iudicem adhiberi.
57 Sed ipsum istud evitare, summae artis est. Nam id

dicitur ducitur T.

54. *exordio est exordium est* T. A. — I. Victor p. 83. multum gratiae exordio dabit, si ab actione diversae partis trahatur, quia non compositum domi, sed ibi natum existimabitur.

ipso ipsum quod 1 m. *ipsumque* 2 m T.

ex re T 1 m. A. *ex se* 2 m T. *e re* Sp. *ibi ex re natum* L.

et facilitate ex f. T. *et ex fac.* L.

facie facile T. A.

ex T. L. A. *et ex* 1 m T. *e proximo* Sp.

extemporalis esse temporalis 2 m T. *tota tempor.* L.

praeparatum praeparati A.

55. *fiducia fidutia* T.

exerere execrere 1 m., non ut Spald. ex Turic. adfert *exercere. exerere* 2 m T. *exercere* L.

56. *suspecti simus suspectissimus* 1 m T.

ulla T. L. fort. A. *ulla parte* sc. prooemii. Verte: in irgend einem Theile des Prooemium. Regii coniecturam *illa parte* defendit Spald.

vitandum est T. L. om. *est* Sp.

quia qua 2 m T. L.

dicentis docentis T.

evitare curare T.

sine dubio ab omnibus, et quidem optime, praeceptum est: verum aliquatenus temporum conditione mutatur: quia iam quibusdam in iudiciis maximeque capitalibus aut apud centumviros ipsi iudices exigunt sollicitas et accuratas actiones, contemnique se, nisi in dicendo etiam diligentia appareat, credunt: nec doceri tantum, sed etiam delectari volunt. Et est 58
difficilis huius rei moderatio: quae tamen temperari ita potest, ut videamur accurate, non callide, dicere. Illud ex praeceptis veteribus manet, ne quod insolens verbum, ne audacius translatum, ne aut ab obsoleta vetustate, aut poetica licentia sumptum, in principio deprehendatur. Nondum enim recepti su- 59
mus, et custodit nos recens audientium intentio: magis conciliatis animis, et iam calentibus, haec libertas feretur, maximeque cum in locos fuerimus ingressi, quorum naturalis ubertas licentiam verbi notari circumfuso nitore non patitur. Nec argu- 60
mentis autem, nec locis, nec narrationi similis esse in prooemio debet oratio, neque tamen deducta

57. *temporum conditione tempus cum conditione* A.
quibusdam in iudiciis L. A. *quib. iudicis* T 1 m. *quibusdam iudiciis* T 2 m. Sp.
58. *temperari ita* A. *temptari ita potes* T. *ita temperari* Sp. et L.
illud ex-vet. om. *illud* T. A. *et ex vet.* 2 m T. — I. Victor p. 85. In principiis cavere debemus, ne quod inusitatum verbum, neve audacius translatum aut obsoletum a vetustate aut poetica licentia sumptum sit. Nondum recepti sumus et custodit nos recens audientium intentio.
manet mane quod 1 m. *nam ne q.* 2 m T. an legendum *maneat?*
sumptum sumpta T.
59. *circumfuso circumfuse* T.
patitur partitur 1 m T.
60. *locis iocis* 2 m T. *locis* intell. communibus.
deducta s. a. circumlata Similiter Dionysius Art. Rh. c. 10, 13. ἔτι μέντοι ἓν σχῆμα τῶν προοιμίων ἡμῖν ἐστι, τὰ στρογγύλα καὶ τὰ περιφερῆ λέγειν προοίμια, οὐκ ἴσμεν δὲ, ὅτι καὶ τὰ ἀποτεταμένα ἐστὶν ὡς ἐν διηγήσεως τρόπῳ. Conf. Ernesti L. T. v. *circumlatus.* „Expresso ex Graeco περιφερὴς et περιβάλλειν vocabulo Quintilianus *circumlatam orationem* dicit partim periodicam,

semper atque circumlata, sed saepe simplici atque illaboratae similis, nec verbis vultuque nimia promittens. Dissimulata enim, et, ut Graeci dicunt, ἀνεπίφαντος actio, melius saepe surrepit. Sed haec, prout formari animum iudicum expediet.

61 Turbari memoriam, vel continuandi verba facultate destitui, nusquam turpius: cum vitiosum prooemium possit videri cicatricosa facies: et pessimus certe gubernator, qui navem, dum portum
62 egreditur, impegit. Modus principii pro causa. Nam brevius simplices, longius perplexae suspectaeque et infames desiderant. Ridendi vero, qui velut legem prooemiis omnibus dederunt, ut intra quatuor

partim copia et ubertate quadam instructam, quare eandem et *deductam* appellat, veluti inter manus artificis extensam atque amplificatam. " — *circumlita* L. A. prob. Gernh. Add. Conf. 4, 2, 117. *circumiecta oratio.*

nec verbis vel v. L.

et ut ut ei 1 m T. *ut et* L.

ἀνεπίφαντος sic scripsi monente Schaefero V. humanissimo. ΑΝΕΠΦΑΤΟC T. ἀνεπίφατος A. L. Spald. Praefero adiectivum a φαίνω derivatum propter sensum loci. actio ἀνεπίφαντος est oratoris, qui nec verbis nec vultu nec gestu nimium promittit, sed artem suam veluti occulit, ut illaboratae similis oratio videatur. Eodem autem sensu ἀνεπιφάντως apud Antoninum de se ipso 1, 9. legitur, (quod laudavit Spald. exemplum), καὶ τὸ πολυμαθὲς ἀνεπιφάντως, quod Gatakerus vertit *varie citra ostentationem eruditus.* Adiectivum ipsum invenimus in fragmento historici alicuius apud Suidam s. v. ἀδιάσκευον. Ἀδιάσκευον, ἀκόσμητον, ἀνεπιμέλητον. ὁ δὲ λαβὼν ἵππον ἀδιάσκευον καὶ καθοπλισμὸν ἀνεπίφαντον βάδην προςήλαυνεν εἰς τοὺς πολεμίους; eine einfache prunklose Rüstung. — Tur. 2 m dat, *anephratos.*

prout ut L.

animum animos Sp. Illud dant T. L. et Gernhard et Zumpt.

61. *memoriam* A. *memoria* T. L. Sp.

facultate T 1 m. L. *facilitate* 2 m T. Sp. — I. Victor p. 85. Et ideo illud turpissimum est, in principio turbari *memoriam* vel verborum *facultate* destitui.

destitui destui 1 m T.

navem navim L.

portum portu A. conf. 5, 10, 96. Plin. Ep. 6, 20, 3.

62. *modus principii* T. fort. A. *modus autem pr.* Sp.

velut legem A. *vel leges* T. *velut leges* Sp.

omnibus om. L.

intra q. sensus om. T. *ut cito term.* 2 m T. *inter* L.

sensus terminarentur. Nec minus evitanda est inmodica eius longitudo, ne in caput excrevisse videatur, et, quo praeparare debet, fatiget. Sermonem a 63
persona iudicis aversum, quae ἀποστροφὴ dicitur, quidam in totum a prooemio summovent; nonnulla quidem in hanc persuasionem ratione ducti. Nam prorsus esse hoc magis secundum naturam confitendum est, ut eos adloquamur potissimum, quos conciliare nobis studemus. Interim tamen est et prooe- 64
mio necessarius sensus aliquis, et hic acrior fit atque vehementior ad personam directus alterius. Quod si accidat, quo iure aut qua tanta superstitione prohibemur dare per hanc figuram sententiae vires? Neque enim istud scriptores Artium, quia non li- 65
ceat, sed quia non putant utile, vetant. Ita, si vin-

inmodica *inmodio* 1 m *inmedio* 2 m T.

ne in caput ne maius sit prooemium quam ceterae orationis partes. — *nec in c.* L.

praeparare *properare* 2 m T.

63. ἀποστροφή, *aversum* ΑΠΟΣΤΡΟΦΗΝ *dicitur* 1 m T. *ut dicitur* 2 m.

hanc persuasionem *hac persuasione* A.

ducti *deducti* A.

prorsus *prossus* 1 m T.

adloquamur *adlocamur* 1 m T.

64. *est et prooemio* sic restitui locum. Sensus est. Nonnumquam tamen prooemium quoque affectus postulat et apostrophen admittit. Transposui *est et* ex Tur. a 2 m., pro quo T. 1 m et ceteri dant *et est*. Sed plurimum debemus Amb. 1. qui *hoc*, quod in ceteris codd. edd. *prooemio* proponitur, omittit. Spald. explicavit *hoc prooemio* in hoc ipso, de quo iam agimus prooemio. Gernh. *hoc* pro nominativo habuit eodem referendo, quo illud, quod praecedit *esse hoc magis secundum naturam, ut eos adloquamur* etc. Sed utraque ratio non convenit.

aliquis, et hic A. *aliquis et is* T. L. Sp. repudiandum aurium causa. Displicet eadem de causa coniectura eruditissimi Corais in Plutarch. Caesar. c. 28, in quam hodie casu incideram: Τοῦτο δὲ Πομπηΐῳ μὲν ἐξ ὀλίγου φοβεῖσθαι παρέστη τέως ὑπεροροῶντι Καίσαρος, ὡς οὐ χαλεπὸν ἔργον ὄν, ὃν αὐτὸς ἠὔξησε καταλυθῆναι πάλιν ὑπ' αὐτοῦ. Inseruit enim ex ingenio participium ὄν, quod non desidero.

directus *derectus* 1 m T.

sententiae *sententia* L.

65. *putant* *putent* T. L. fort. A. cum Obrechto.

cet utilitas, propter eandem causam facere debebi-
66 mus, propter quam vetamur. Et Demosthenes autem ad Aeschinen orationem in prooemio convertit, et M. Tullius, cum pro aliis quibusdam, ad quos ei visum est, tum pro Ligario ad Tuberonem; nam
67 erat multo futura languidior, si esset aliter figurata; quod facilius cognoscet, si quis illam totam partem vehementissimam, cuius haec forma est, *Habes igitur, Tubero, quod est accusatori maxime optandum* et cetera, convertat ad iudicem; tum enim vere aversa videatur oratio et languere vis omnis, dicentibus nobis, *Habet igitur Tubero, quod est*
68 *accusatori maxime optandum.* Illo enim modo pressit atque institit; hoc tantum indicasset. Quod idem in Demosthene, si flexum illum mutaveris, accidet. Quid? nonne Salustius directo ad Cicero-

ita - utilitas om. T.

66. *Et Demosthenes autem* sic T. L. A. ceteri codd. et ed. Ienson. Sp. — delevit 2 m T. *autem.* Gernhard, Spaldingii nota critica deceptus, *et* expunxit, quasi abesset in Turic. Guelf. Goth. Iens. De coniunctione harum particularum disputavit Hand in Tursellino T. 1. p. 564. et 584. „Per *autem* a regula transitus fit ad exemplum.“ *autem* exemplum affert, quo praecedens propositio explicatur. *et* vero non ad praecedens referri debet, sed coniungit unum exemplum cum altero, *et* respondet sequenti *et.* conf. 4, 5, 26.

M. Tullius L. om. *M.* T. *Marcus Tullius* Sp.

pro Ligario cap. 1. Non discedit lectio.

ad Tuberonem et ad T 2 m.

67. *figurata esse aliter figura* T 1 m.

vehementissimam vehem. leget cuius L.

optandum operandum 1 m T.

aversa adversa A.

languere A. *languescat* T. L. Sp.

68. *pressit atque institit* Ernesti Lex. R. v. *premere* pag. 303: „Mittelst der Apostrophe spielte Cicero den lebhaften affectvollen Gegner, ohne sie hätte er bloss den kalten Referenten gemacht.“ Pro *pressit* dat T. *praestat.* A. *praessit.*

indicasset iudicasset 1 m *iudicasse* 2 m T.

Demosthene demosthenen T. L. A.

si flexum illum recepi e L. *si flexum illi* T. A. Sp.

quid? — abutere Totum hunc locum insiticium putant Cortius in prima adnotatione ad Salustii declamationem p. 1048 atque Zumpt. Non accedo huic sententiae. conf. 9, 3, 89.

nonne sic scripsi. *nonsi* 1 m T. *non* 2 m T. L. Sp.

directo derecto 1 m T. L.

nem, in quem ipsum dicebat, usus est principio, et quidem protinus: *Graviter et iniquo animo maledicta tua paterer, M. Tulli?* sicut Cicero fecerat in Catilinam: *Quousque tandem abutere?* Ac ne 69
quis apostrophen miretur, idem Cicero pro Scauro ambitus reo, quae causa est in commentariis (nam bis eundem defendit,) *prosopopoeia* loquentis pro reo utitur; pro Rabirio vero Postumo, eodemque Scauro reo repetundarum etiam *exemplis;* pro Cluentio (ut modo ostendi) *partitione.* Non tamen haec, 70
quia possunt bene aliquando fieri, passim facienda sunt; sed quotiens praeceptum vicerit ratio: quomodo et similitudine, dum brevi, translatione atque aliis tropis (quae omnia cauti illi ac diligentes prohibent) utemur interim, nisi cui divina illa pro Ligario ironia, de qua paulo ante dixeram, displi-

M. Marce Sp.

sicut Cicero T. L. A. *sicut et Cicero* 2 m T. Sp.
abutere. Ac sic T. L. A. *abutere patientia nostra* Sp.

69. *apostrophen apostrofen* T.

pro Scauro Bis accusatur Scaurus, bis a Cicerone defenditur. Prior causa fuit repetundarum, et extant ex hac Ciceronis defensione multa fragmenta, a Beiero aliisque edita. Ex altera autem oratione pro Scauro, ambitus reo, quae in commentariis, vel ἐν ὑπομνήμασι tantum oratoris extabat, nil aliunde scimus. Vid. Heinrich ad Cicer. Or. p. Scauro p. 228 ed. Beieri. Ceterum de *Commentariis Ciceronis* vide 10, 7, 30.

prosopopoeia prosopopeia T. Sp. errore typogr.
pro reo utitur; pro pro eo rei p pro A.
pro Rabirio cap. 1. extr.
Cluentio cluencio T.
modo ostendi § 36.

70. *passim parsim* T.
dum brevi tum b. T 2 m.

brevi, translatione L. *brevi nelatione* T 1 m. *relatione* 2 m. *brevi, et translatione* Sp. hoc *et* nullum habet sensum, cum *et* praecedens valeat *etiam.*

utemur utamur 2 m T.

interim, nisi sic scripsi cum Buttmanno ad lib. XII, 9, 11. *interim si* T. L. A. *interim nisi si* Sp.

paulo ante § 39.

71 cet. Alia exordiorum vitia verius tradiderunt. Quod in plures causas accommodari potest, *vulgare* dicitur; id, minus favorabile, aliquando tamen non inutiliter adsumimus magnis saepe oratoribus non evitatum; quo et adversarius uti potest, *commune* appellatur; quod adversarius in suam utilitatem deflectere potest, *commutabile;* quod causae non cohaeret, *separatum;* quod aliunde trahitur, *translatum;* [praeterea quod *longum,* quod *contra praecepta* est:] quorum pleraque non principii modo sunt vitia, sed totius orationis.

72 Haec de *prooemio*, quoties erit eius usus: non semper autem est; nam et supervacuum aliquando

71. *exordiorum vitia* I. Victor p. 85. *Sunt illa vitia principiorum, si id dicas quod ad plures causas accommodari possit, quod appellatur vulgare principium; vel quod causae non cohaereat et aliunde translatum sit, quod alienum dicitur.*

adsumimus adsummimus 1 m T. L.

non evitatum non et vitantum T 1 m. *non vitatum* L.

quo — appellatur om. T.

quod adversarius quod et adv. T. aberravit enim librarius ab uno *quo et adversarius* ad *quod adversarius.*

quod causae quod ad causae 1 m T. *q. ad causam* L. *quod causae non haeret* A.

separatum separatim 1 m T.

praeterea quod longum, praet. quod longum est L. *praecepta praeterea* 1 m T. vv. *praeterea — pr. est* uncis inclusi. ex margine enim illata videntur: non conveniunt enim cum contextu, ut etiam Spald. sensit. Praetermisit autem volens Quintilianus haec duo vitiorum genera, quamquam ab aliis rhetoribus diligenter sunt notata. Interpres Quintiliani exemplo suo ea adspersit. Conf. Sulpicii Victoris Institutt. Oratt. p. 264. Vitia exordiorum sunt alia quidem; sed quae maxime accidant, maximeque dicenda sint, haec fere sunt: *longum*, vulgare, commune, commutabile, *contra praecepta. Longum*, si multis sensibus catenatum. *Contra praeccepta*, si, cum debemus iudicem docilem facere, attentum faciamus. Confirmatur suspicio interpolationis ipso Quintiliano. Nam cur hic iterum de *longis prooemiis* praecipiat, cum iam supra haec reprehenderit? § 62. *Nec minus evitanda est immodica eius longitudo, ne in caput excrevisse videatur, et quo praeparare debet, fatiget.*

72. *autem est* om. *est* L.

est, si sit praeparatus satis etiam sine hoc iudex, aut si res praeparatione non egeat. Aristoteles quidem in totum id necessarium apud bonos iudices negat. Aliquando tamen uti, nec si velimus, eo licet, cum iudex occupatus, cum angusta sunt tempora, cum maior potestas ab ipsa re cogit incipere. Contraque 73
est interim prooemii vis etiam non in exordio: nam iudices et in narratione nonnumquam et in argumentis, ut attendant et ut faveant, rogamus, quo Prodicus velut dormitantes eos excitari putabat; quale est: *Tum C. Varenus, qui a familia Anchariana* 74
occisus est. (*Hoc, quaeso, iudices, diligenter attendite.*) Utique si multiplex causa est, sua quibusque partibus danda praefatio est: ut, *Audite nunc reliqua;* et, *Transeo nunc illuc.* Sed in ipsis 75
etiam probationibus multa funguntur prooemii vice, ut facit Cicero pro Cluentio, dicturus contra censores; pro Murena, cum se Servio excusat. Verum id frequentius est, quam ut exemplis confirmandum sit.

est, si sit est, ut si sit Gernh. ex cod. Goth. et Vallensi.
egeat Sp. Obrecht fort. A. *eget* L. T. prob. Gernh.
Aristoteles Rhet. 3, 14. p. 200.

73. *contraque contra quam* 2 m T. *contra quae* A.
non in exordio A. prob. Gernh. Add. (non in exordio scilicet, sed in narratione vel argumentis.) *non exordio* T 1 m. L. *in exordio* deleto *non* T 2 m.
narratione narrationes L.
Prodicus prodigus T. L 1 m. *prodicus* 2 m L. — 2 m T. supra posuit *p. n.* id est proprium nomen.
quale est Obrecht dat *quale est Ciceronis,* idem habet fort. Amb.

74. *Varenus, qui* T. L. A. *Varenus is, qui* ex 9, 2, 56. defendit Sp. Vid. fragmenta hui. orat. Ciceronis in ed. Orellii T. IV. P. 2. p. 443. Hanc causam tangit Spald. ad h. l. et 6, 1, 49; 7, 1, 12; 7, 2, 10; 7, 2, 22; 7, 2, 36.
quibusque quibus 1 m T. L.
illuc illud T. L. A.

75. *pro Cluentio* c. 42.
Murena muna T. conf. c. 3. et 29.
se Servio T. L. A. *Servio se* Sp.

76 Quotiens autem prooemio fuerimus usi, tum sive ad expositionem transibimus sive protinus ad probationem, id debebit in principio postremum esse, cui commodissime iungi initium consequentium pote-
77 rit. Illa vero frigida et puerilis est in scholis adfectatio, ut ipse transitus efficiat aliquám utique sententiam, et huius velut praestigiae plausum petant, ut Ovidius lascivire in Metamorphosesin solet, quem tamen excusare necessitas potest, res diversissimas in
78 speciem unius corporis colligentem. Oratori vero quid est necesse surripere hanc transgressionem, et iudicem fallere, qui, ut ordini rerum animum intendat, etiam commonendus est? Peribit enim prima pars expositionis, si iudex narrari nondum sciet.
79 Quapropter, ut non abrupte cadere in narrationem, ita non obscure transcendere, est optimum. Si vero longior sequitur ac perplexa magis expositio, ad

76. *ad expositionem ad inexpositionem* 2 m T. *in exposit.* A. *debebit docebit* T. *debet* L. Spald. coni. *decebit.*

consequentium sic Turic. non ut Spald. narrat *sequentium.* — A. dat *sequentium* cum Obrecht. prob. Zumpt.

77. *et puerilis frigida est et puerilis* Ulmensis, qui hanc sententiam exhibet. Tum pro *praestigiae* dat *praestigio.*

adfectatio adfectio T. L.

petant sic scripsi cum Spald. pro *petat*, probante Schneidero in Gramm. L. T. 2. p. 423., cum singularis huius nominis nisi in Tertulliano non inveniatur. improbante quidem Gernh. ad 5, 10, 51.

Ovidius qui diu. L 1 m.

Metamorphosesin recepi e Bernensi. *metamorphorsin* T. *metamorphosi* L. et Ambros. 1. probante, ni fallor, Zumptio. — *Metamorphoseseis* Sp. — Pluralis nominis in hac re praestat. Litteram *n* paragogicam, quam codd. plures offerunt, non delevi, cum hunc, qui quam maxime apud Graecos obtinebat, usum etiam Latini in vocabulis Graecis reciperent. Dubitat de vera lectione Schneider L. G. II. 1. p. 311. Similiter Cicero cecinit in Arateis de Nat. D. 2, 42. *Engonasin* vocant, non *Engonasi.*

excusare n. potest excusare n. posttres 1 m. *excusat n. post res* 2 m T.

diversissimas diversas L.

78. *quid est quidem* L.

surripere surrippere T.

commonendus commovendus T.

narrari om. T.

eam ipsam praeparandus iudex erit: ut Cicero saepius, sed et hoc loco fecit: *Paulo longius exordium rei demonstrandae repetam, quod, quaeso, iudices, ne moleste patiamini: principiis enim cognitis, multo facilius extrema intelligetis.* Haec fere sunt mihi de exordio comperta.

De Narratione.

II. Maxime naturale est, et fieri frequentissime debet, ut, praeparato per haec, quae supra dicta sunt, iudice, res, de qua pronuntiaturus est, indicetur. Haec est *narratio.* In qua sciens transcurram subtiles nimium divisiones quorundam, plura eius genera facientium. Non enim solam volunt esse illam *negotii*, de quo apud iudices quaeritur, expositionem, sed *personae*, ut *M. Lollius Palicanus, humili loco, Picens, loquax magis, quam facun-*

2

19. *erit* T. L. *erit iudex* Sp.
hoc loco p. Cluentio c. 4. Non differunt verba Cicer. et Quintil.

CAP. II.

1. *per haec per haec at* (i. e. alii) *hanc* 1 m T. delevit *at hanc* 2 m.

2. *Haec est* T 2 m. L. A. — *at* (i. e. alii) *haec est* T 1 m. — del. 2 m. *at.*

M. Lollius Palicanus sic scripsi. — *ut palicanus humili loquo at m aolius picens loquax* Tur. 1 m. *loco t* (vel?) *m. aolius* 2 m. — *m. olius palicanus* Lassb. — Amb. 1. dedit *m. ollius palicanus*, quod proxime ad veritatem accedit. Palicanus enim cognomen fuit Lolliorum non Aciliorum. Apparet in Turicensi *at*, quod in multis codicis locis variae lectionis est index. Spald. non accurate scripturam Turicensis retulit. Haec verba esse Sallustii, ex Gellio 1, 15. probabile fit. Spald. dederat *M. Acilius Palicanus.* Disputavit nuperrime de hoc Palicano Madvig ad Asconium p. 117., qui Spaldingii lectionem veram putat et Aciliorum esse cognomen Palicanum statuit. Pseudo-Asconius in Verrin. lib. 1. 47. Palicanum laudat, ubi in editione prima *M. Tolius Palicanus* legitur, in edit. 1677. p. 102. M. Lollius Palicanus. Sed nihil, opinor, decernere possumus, priusquam novam Asconii editionem, ex codicibus emendatam, acceperimus.

dus; loci, ut, *Oppidum est in Hellesponto, Lampsacum, iudices; temporis*, ut, *Vere novo, gelidus canis cum montibus humor Liquitur; causarum*, quibus historici frequentissime utuntur, cum expo-
3 nunt, unde bellum, seditio, pestilentia. Praeter haec alias *perfectas*, alias *imperfectas* vocant: quod quis ignorat? Adiciunt expositionem et *praeteritorum* esse temporum, quae est frequentissima; et *praesentium*, qualis est Ciceronis de discursu amicorum Chrysogoni, postquam est nominatus; et *futurorum*, quae solis dari vaticinantibus potest; nam
4 ὑποτύπωσις non est habenda narratio. Sed nos potioribus vacemus.

Plerique semper narrandum putaverunt: quod falsum esse, pluribus coarguitur. Sunt enim ante omnia quaedam tam breves causae, ut propositio-
5 nem potius habeant, quam narrationem. Id accidit aliquando utrique parti, cum vel nulla expositio est, vel de re constat, de iure quaeritur; ut apud centumviros, *Filius an frater debeat esse intestatae heres? Pubertas annis an corporis habitu exti-*

oppidum Cic. Verr. 1, 24. Non discedit lectio.
Hellesponto belles ponto T.
Lampsacum at iam pascum 1 m. *lampascum* 2 m T.
vere novo Virg. Ge. 1, 43.
humor umor T.
liquitur loquitur 1 m T.
3. *Chrysogoni* A. *crisogonus* T. *Chrysogonus* Sp. conf. Cic. p. Roscio Am. c. 22.
vaticinantibus vitinantibus 1 m T.
ὑποτύπωσις 9, 2, 40. *Illa vero, ut ait Cicero, sub oculos subiectio tum fieri solet, cum res non gesta indicatur, sed ut sit gesta ostenditur, nec universa, sed per partes — ab aliis* ὑποτύπωσις *dicitur, proposita quaedam forma rerum ita expressa verbis, ut cerni potius videatur quam audiri.*
5. *ut apud aut apud* 1 m T.
intestatae inthestatae 1 m. *intestati* 2 m T. conf. Schulting Iurispr. V. p. 667. et Cicer. or. p. Flacco c. 31. (quem locum indicavit Zumptius).
corporis habitu A. *hab. corp.* T. L. Sp.
extimetur T 1 m. L. *estimetur* T 2 m. *aestimetur* Sp. conf. Schneid. L. G. T. 1. 2. p. 556. De re vide Schulting. Iurisprud. V. pag. 604.

metur? Aut cum est quidem in re narrationi locus, sed aut ante iudici nota sunt omnia, aut priore loco recte exposita. Accidit aliquando alteri, et saepius 6 ab actore: vel quia satis est proponere, vel quia sic magis expedit. Satis est dixisse, *Certam creditam pecuniam peto ex stipulatione: Legatum peto ex testamento.* Diversae partis expositio est, cur ea non debeantur. Et satis est actori et magis 7 expedit, sic indicare: *Dico ab Horatio sororem suam interfectam.* Namque et cum propositione iudex crimen omne cognoscit, et ordo et causa facti pro adversario magis est. Reus contra tunc nar- 8 rationem subtrahet, cum id, quod obicitur, neque negari neque excusari poterit, sed in sola iuris quaestione consistet, ut in eo, qui, cum pecuniam privatam ex sede sacra subripuerit, sacrilegii reus est, confessio verecundior est, quam expositio: *Non nega-*

aut ante A. *aut ante aut iudici* T. *ante aut iudici* Sp.

priore loco i. e. ab actore primo.

6. *accidit* I. Victor p. 89. Sed et petitor aliquando narrationem subtrahit, quia satis est propositione, ut pecuniam peto ex stipulatione, legatum peto ex testamento, in quo diversa pars tantum exponit, cur non debeatur.

alteri alteri alter et 1 m. *alteri aliter et* 2 m T.

satis est — satis est dixisse ab uno *satis est* ad alterum *dixisse* omitt. media T.

ex stipulatione extipulatione T.

7. *Horatio Oratio* T.

et cum cum et 1 m. *tum ex* 2 m T. *nam cum et* A. (sed *cum* a 2 m.).

8. *narrationem* I. Victor p. 89. Nonnumquam reus narrationem subtrahit, cum id, quod obicitur, neque negari neque excusari *potest*, sed in sola iuris ratione *consistit*. Ut in eo, qui pecuniam ex *aede* sacra subripuit, confessio verecundior quam expositio est. non negamus pecuniam de templo esse sublatam, calumpniator tamen sacrilegii agit, cum privata fuerit.

subtrahet subtrahit L.

neque n. neque excusari neque — neque dant T. L. A., pro quo *nec — nec* habet Sp. Ceterum *excusare* T. L.

sede T. L. *aede* A. Sp. Verte „der von heiliger Stätte Geld weggenommen.“

sacrilegii sacrilegi 1 m T.

verecundior est sic Turic., non ut Sp. narrat abesse a Turic. vocab. *est*. Inserit *est* L. Obrecht. A. siletur.

mus, pecuniam de templo esse sublatam; calumniatur tamen accusator actione sacrilegii, cum privata fuerit, non sacra: vos autem de hoc cognoscetis, An sacrilegium sit admissum.

9 Sed ut has aliquando non narrandi causas puto, sic ab illis dissentio, qui non existimant esse narrationem, cum reus, quod obicitur, tantum negat; in qua est opinione Cornelius Celsus, qui conditionis huius esse arbitratur plerasque caedis cau-
10 sas et omnis ambitus ac repetendarum. Non enim putat esse narrationem, nisi quae summam criminis, de quo iudicium est, continet: deinde fatetur ipse, pro Rabirio Postumo narrasse Ciceronem: atque ille

pecuniam de t. d. t. pec. A.
calumniatur calumpniatur L.
sit admissum om. *sit* 1 m. *admissum sit* 2 m T.
9. *non narrandi non narrandi non mirandi causas* T.
ab illis ap aliis Sp. errore typograph.
existimant Ambros. 1. quod optabat Sp. *existiment* T. L. Sp.
omnis T. L. A. *omnes* Sp.
repetendarum 1 m T. L. *repetundarum* Sp.
10. *narrationem — continet: deinde* sic scripsi. *narrationis nisi quam summam criminis de q. i. est continet aut deinde* T. *narrationis — contineant aut deinde* L. Spald. ex coniectura dedit *narrationes — contineant: deinde.* Ego verius puto *narrationem*, cum in Mss. *narrationem* et *narrationis* eodem fere modo *narratiõ* scribatur. Nunc accedit, quod Amb. 1. meam lectionem habere videtur. *narrationem* dat Obrecht, nec quidquam aliud ex A. memoratur, tum *continet: deinde* a Zumptio refertur.

atque T. L. A. *atqui* ex coni. Regii Sp. Sunt plurimi loci, ubi non accurate definias, utrum *atqui* an *atque* sit verius. Vis vocabuli potior prima compositionis parte *at* exprimitur; cum vero sententia sic enuntiatur, ut prorsus opposita sit praecedenti nulloque nexu cum ea coniuncta, dicimus *atqui:* sin autem praecedenti quidem opponitur, sed ita tamen, ut ea non omnino refutetur, sed corrigatur vel accuratius circumscribatur, particula *atque* convenit, quae oppositionem quidem significat, sed cohaeret cum praecedente argumentatione. *atqui* abrumpit argumentationem priorem, *atque* continuat eam. *atqui* argumenta antecedentia refutat, *atque* corrigit ea. *atqui* aliam prorsus sententiam et praecedenti omnino contrariam affert, *atque* aliam quidem, sed non alienam ab antecedente. *atque* adiicit aliquid priori, *atqui* nihil adiicit, sed refutat alterum. Ex his facile intelligitur, multis in locis nihil interesse, utram eligas formam. sunt tamen nonnulli, ubi una tantum, non utraque recte dicatur. Conf. Handii V. sagacissimi Tursellin. I. p. 486. *atque* und doch (infra § 80.), *atqui* hingegen nun, nun aber.

et negavit pervenisse ad Rabirium pecuniam, qua de re erat quaestio constituta: et in hac narratione nihil de crimine exposuit. Ego autem magnos alio- 11
qui secutus auctores, duas esse in iudiciis narrationum species existimo; alteram ipsius causae, alteram rerum ad causam pertinentium, expositionem. *Non* 12
occidi hominem, nulla narratio est; convenit: sed erit aliqua, et interim etiam longa, contra argumenta eius criminis, de anteacta vita, de causis, propter quas innocens in periculum deducatur, aliis, quibus incredibile id, quod obicitur, fiat. Neque 13
enim accusator tantum hoc dicit, *occidisti;* sed, quibus id probet, narrat: ut in tragoediis, cum Teucer Ulixen reum facit Aiacis occisi dicens: *Inventum eum in solitudine iuxta exanime corpus inimici cum gladio cruento;* non id modo Ulixes respondet, non esse a se id facinus admissum, sed sibi nullas cum Aiace inimicitias fuisse; de laude inter omnes certatum: deinde subiungit, quomodo in eam solitudinem venerit, iacentem exanimem sit conspicatus, gladium e vulnere extraxerit. His subtexitur argumentatio. Sed ne illud quidem sine narratione est, 14
dicente accusatore: *Fuisti in eo loco, in quo tuus*

qua om. T.
hac narratione hanc narrationem T.
11. *alioqui alios qui* 2 m T. Explica *in aliis etiam rebus.* cf. Hand ad Tursell. I. p. 237.
ad causam rerum causa p. 1 m. *rerum ad causam p.* 2 m T.
expositionem expositione T. L.
12. *narratio ratio* T.
aliis ab iis 2 m T.
13. *tantum hoc* T. L. A. *hoc tantum* Sp.
tragoediis tragoedis 1 m T. 2 m L. *tragoedicum* L 1 m.
facit faciat T. Cf. Martian. Capella p. 418 Capp. *An Aiacem Ulysses occiderit.*
a se om. T.
inter omnes recepi ex T. „Argumenti loco est, nihil inimicitiarum versatum inter eos, qui id fecerint, quod inter omnes vulgo factum sit.“ Spald. — *inter ipsos* L. Sp.
extraxerit extraxeret 1 m T.
14. *in quo in qua* 1 m T.

inimicus occisus est: Non fui; dicendum enim, ubi fuerit. Quare ambitus quoque causae et repetendarum hoc etiam plures huiusmodi narrationes habere poterunt, quo plura crimina; in quibus ipsa quidem neganda sunt, sed argumentis expositione contraria resistendum est, interdum singulis, interdum
15 universis. An reus ambitus male narrabit, quos parentes habuerit, quemadmodum ipse vixerit, quibus meritis fretus ad petitionem descenderit? Aut qui repetendarum crimine insimulabitur, non et anteactam vitam, et quibus de causis provinciam universam vel accusatorem aut testem offenderit, non inutiliter ex-
16 ponet? Quae si narratio non est, ne illa quidem Ciceronis pro Cluentio prima, cuius est initium: *A. Cluentius Habitus.* Nihil enim hic de veneficio, sed de causis, quibus ei mater inimica sit, di-
17 cit. Illae quoque sunt pertinentes ad causam, sed non ipsius causae, narrationes: vel exempli gratia, ut in Verrem de L. Domitio, qui pastorem, quod

poterunt potuerunt A.

sed om. T. fortasse leg. *in quibus ipsa quidem neganda, sed* etc. — nam *sunt* et *sed* multum confunduntur.

expositione et expositione 2 m T.

resistendum est sic scripsi probante Spald. *resist. et* T. L. A. om. *et* in vulgatis edd. et Sp.

15. *an nam* 2 m T.

parentes quos parentis habuerunt 1 m. T. *habuerit* 2 m.

fretus fretis T.

aut qui A. *aut quis* T 1 m. L. *aut si quis* T 2 m. Sp.

crimine om. A 1 m.

non et num et Obrecht. fort. A.

provinciam pronunciam 1 m T. *per provinciam* L.

offenderit offenderint 1 m T.

16. *initium initium hoc* 2 m T.

A. Cluentius Habitus sic T. L. — apud Ciceronem p. Cluent. c. 5. legitur *A. Cluentius Avitus.* In Oratore Ciceronis c. 29. Wittebergensis dat *Abitus*, Monacensis *Habitus.*

veneficio beneficio T.

17. *non ipsius* om. *non* L 1 m.

in Verrem V, 3. L. Domitium praetorem in Sicilia, cum aper ingens ad eum allatus esset, admiratum requisisse, quis eum percussisset: cum audisset, pastorem cuiusdam fuisse, cum ad se vocari iussisse: illum cupide ad praetorem quasi ad laudem atque ad

is aprum, quem ipsi muneri optulerat, exceptum esse a se venabulo confessus esset, in crucem sustulit: vel discutiendi alicuius extrinsecus criminis, ut 18
pro Rabirio Postumo: *Nam ut ventum Alexandriam est, iudices, haec una ratio a rege proposita Postumo est servandae pecuniae, si curationem et quasi dispensationem regiam suscepisset:* vel augendi, ut describitur *iter Verris.*

Ficta interim narratio introduci solet, vel ad 19
concitandos iudices, ut pro Roscio circa Chrysogonum, cuius paulo ante habui mentionem: vel ad resolvendos aliqua urbanitate, ut pro Cluentio circa fratres Cepasios: interdum per digressionem decoris gratia, qualis rursus in Verrem de Proserpina. [*In his quondam locis mater filiam quaesisse dicitur.*]

praemium accurrisse: quaesisse Domitium, qui tantam bestiam percussisset, illum respondisse venabulo; statim deinde iussu praetoris in crucem esse sublatum.

de L. vel T. A.

muneri numeri 1 m T. A 2 m.

optulerat obtulerant coni. Burmannus.

exceptum e. a se esse L. — quid autem sit *excipere aprum* Bentleius demonstravit ad Hor. 3, 12, 10.

in crucem sustulit non licebat enim servo, arma secum habere.

18. *ut pro Rabirio utque rabio* T 1 m. *rabirio* 2 m.

Alexandriam Alexandream 1 m T. Cic. p. Rab. P. c. 10. *nam ut ventum est Alexandriam ad Auletem, iudices, haec* etc. Nec tamen memoriae fallenti hanc discrepantiam tribuam, sed codicibus.

a rege om. L.

iter Verris Verr. V. c. 10 et 11.

19. *ficta* Spald. coni. *facetą.* improb. Gernh. Nam fictam esse illam expositionem de discursu amicorum Chrysogoni, ex ipsis Ciceronis verbis patet. c. 22. *Postea homines cursare ultro citro non destiterunt, credo, qui Chrysogono nuntiarent, esse aliquem in civitate, qui contra voluntatem eius dicere auderet* etc.

pro Roscio porro scio 1 m T. Cic. p. Rosc. Am. c. 22.

paulo ante § 3.

urbanitate urbinate ne pro 1 m T.

Cepasios caepasios T. A. Cic. p. Cluent. 20. 21.

decoris gratia decor est nitor vel cultus. Ernesti in Lex. v. *nitidus* bene vertit: oratorische Dekoration.

in Verrem 4, 48.

in his — dicitur apud Ciceronem haec non inveniuntur, et videntur adscripta ab aliquo, qui tractabat codicem Quintiliani. Spald. vero putat, haec fallente memoria Quintilianum pro Ciceronianis attulisse.

Quae omnia eo pertinent, ut appareat, non utique non narrare eum, qui negat, sed illud ipsum narrare, quod negat.

20 Ne hoc quidem simpliciter accipiendum, quod est a me positum, supervacuam esse narrationem rei, quam iudex noverit; quod sic intelligi volo, si non modo, factum quid sit, sciet: sed ita factum etiam, 21 ut nobis expedit, opinabitur. Neque enim narratio in hoc reperta est, ut tantum cognoscat iudex, sed aliquanto magis, ut consentiat. Quare, etiamsi non erit docendus, sed aliquo modo afficiendus, narrabimus cum praeparatione quadam: *scire quidem eum in summam, quid acti sit, tamen rationem quoque* 22 *facti cuiusque cognoscere ne gravetur.* Interim propter aliquem in consilium adhibitum nos repe-

pertinent pertinet 1 m T.
qui negat supra § 9.
illud ipsum illum ipsum A.
quod negat quod quae negat 1 m. *quodque n.* 2 m T.

20. *ne hoc nec hoc* L.
a me positum § 5. — I. Victor p. 89 et quod quidam dicunt supervacuam esse narrationem vel, quam vel adversarius narraverit vel iudex noverit, sic intelligendum est, si non modo, factum quid sit, sciet iudex, sed ita factum etiam, ut nobis expedit, opinabitur. neque enim narratio in hoc reperta est, ut tantum cognoscat iudex, sed aliquanto magis, ut quemadmodum nos voluimus gestum patet. quare etiam si non erit docendus, sed aliquando afficiendus, narrabimus inter nos.

sup. esse esse sup. A.

quam i. noverit quia iudex non erit T 1 m. *qua i. n. erit* 2 m.
si non qui non 1 m. *quia non* 2 m T. *quasi non* L 1 m. *si non* 2 m.
factum quid quit f. A.

21. *reperta reserta* T.
sed al. om. *sed* T.

aliquo modo aliquando T. solus cum I. Victore. (Zumpt falso *aliquanto* e Tur. affert.)

quid acti T. L. A. (certe nil notatur) Sp. — Gernh. autem suspicatur Add., A. habere *quid actum* comp. § 128.
gravetur gravet T.

22. *adhibitum adhabitum* 1 m T.
repetere repere 1 m. *reperire* 2 m T.

tere illa simulemus; interim, ut rei, quae ex adverso proponatur, iniquitatem omnes etiam circumstantes intellegant. In quo genere plurimis figuris erit varianda expositio, ad effugiendum taedium nota audientis: sicut *Meministi* et *Fortasse supervacuum fuerit hic commorari; Sed quid ego diutius, cum tu optime noris? illud quale sit, tu scias* et his similia. Alioqui, si apud iudicem, cui nota causa est, 23
narratio semper videtur supervacua, potest videri non semper esse etiam ipsa actio necessaria.

Alterum est, de quo frequentius quaeritur: *An* 24
sit utique narratio prooemio subiicienda; quod qui opinantur, non possunt videri nulla ratione ducti. Nam cum prooemium idcirco comparatum sit, ut iudex ad rem accipiendam fiat conciliatior, docilior, intentior; et probatio, nisi causa prius cognita, non possit adhiberi: protinus iudex notitia rerum instruendus videtur. Sed hoc quoque interim mutat condi- 25

simulemus similemus T. L. A.
interim ut id int. ut 1 m. *et int. ut* 2 m T. *id int.* L 1 m. *in int.* L 2 m.
genere om. T.
nota audientis i. e. taedium eius, qui nota audit. T. et L. a 1 m hanc praebent lectionem. L. a 2 m. dat interpretationem *taedium, cum sint nota audienti.* Spald. *nota* residere ex illa glossa existimans hanc vocem delere voluit, quod recte improbat Gernh. — I. Victor quoque nostrum locum interpretatus. p. 89. In narrandis his *quae nota sunt*, plurimis figuris orationis erit varianda expositio ad effugiendum taedium, ut assidue iniiciamus, *ne graventur rationem quoque cognoscere, vel sicut meministis; vel fortasse supervacuum fuerit hic commorari, vel quid ego diutius? cum tu optime noris* et his similia.
commorari commemorari L.
illud — scias haec delenda existimo ex auctoritate I. Victoris. continent enim novum exemplum, omnino tamen supervacuum. Campana omittit *tu scias.* Si autem sunt genuina, a coniunctione *cum* omnino verbum pendet. Gernhardo Add. placet omittere illud *tu scias.*
23. *alioqui si alioqui sic* 1 m. *alioquin si* 2 m T.
actio acti T.
24. *nam cum n. vim* 1 m T.
instruendus instituendus L.

tio causarum, nisi forte M. Tullius in oratione pulcherrima, quam pro Milone scriptam reliquit, male distulisse narrationem videtur tribus praepositis quaestionibus: aut profuisset exponere, quomodo insidias Miloni fecisset Clodius, si reum, qui a se hominem occisum fateretur, defendi omnino fas non fuisset; aut si iam praeiudicio senatus damnatus esset Milo; aut si Cn. Pompeius, qui propter aliquam gratiam iudicium etiam militibus armatis clauserat, tamquam
26 adversus ei timeretur. Ergo hae quoque quaestiones vim prooemii obtinebant, cum omnes iudicem praepararent. Sed pro Vareno quoque postea narravit, quam obiecta diluit. Quod fiet utiliter,

25. *M. Tullius* I. Victor p. 89. Quaeri solet an sit utique narratio prohoemio subserenda. Sed hoc interim mutat conditio causarum. Ideo et Tullius pro Milone distulit narrationem tribus propositis quaestionibus. nihil enim profuisset exponere, quomodo Miloni insidias fecisset Clodius, nisi fas esset cum, qui a se hominem occisum fateretur, defendi, et cetera quae necessario ante narrationem est exsecutus. Etenim hae quoque quaestiones vim prohoemii obtinent, quae iudicem praeparant, ut etiam idem M. Tullius fecit.

propter aliquam gratiam scil. in partes Clodianas. Miror, quod Spaldingio, Viro eximio hoc alienum videbatur. proposuit enim duas mutationes, aut *propter aliam causam* esse legendum, aut pro glossa illud delendum. Consentit mecum Zumptius in defendenda codd. lectione.

iudicium etiam m. L. T. A. *iudicum* 2 m T. om. *etiam* Sp.

clauserat clauserat tamen quam T 1 m. *clausus erat tamen quam* 2 m.

ei timeretur existimaretur T. L. Illud dat Ambros. 1. Aldin. Sp.

26. *hae haec* T.

omnes omnem T. *obtinebunt cum omnem i. praeparaverint* L.

pro Vareno lul. Severiani Syntomata Rhetoricae p. 335. Capperonn: Nec aliquam narrationem a Cicerone omissam putemus, nisi pro natura causarum: edebat enim non solum patrocinia causarum, sed exempla dicendi. Evenit, ut ante sit respondendum, quam sit ponenda narratio, ut pro Milone. Incidunt causae, in quibus quod summam habet quaestionis, magna ex parte tractandum sit, et sic sit ponenda narratio *ut pro Vareno* et bis pro Avito.

narravit narrabit 1 m T. *sed aliter pro reo (pro vareno reo* 2 m.) *q. p. narravit* L.

quam obi. recepi ex Ambros. 1. *cum* T. L. Sp.

fiet quod fiet fiet utiliter T.

quotiens non repellendum tantum erit crimen, sed etiam transferendum, ut his prius defensis velut initium sit alium culpandi narratio: ut in armorum ratione antiquior cavendi, quam ictum inferendi, cura est. Erunt quaedam causae (neque id raro) crimine qui- 27
dem, de quo cognitio est, faciles ad diluendum, sed multis anteactae vitae flagitiis et gravibus oneratae, quae prius amovenda sunt, ut propitius iudex defensionem ipsius negotii, cuius propria quaestio est, audiat, ut si defendendus sit M. Caelius, nonne optime patronus occurrat prius *conviciis luxuriae, petulantiae, impudicitiae*, quam *veneficii?* in quibus solis omnis Ciceronis versatur oratio: tum deinde

quotiens non repell. Ambros. 1. sum secutus, qui hoc ordine verba dat: *quotiens non repellendum tantum erit crimen, sed etiam transferendum, ut.* Tur. autem: *quotiens non repellendum ut* ceteris omissis. Lasch. *quotiens non repetendum ut.* Spald.: *quod fiet utiliter, quoties crimen non repellendum tantum, sed etiam transferendum erit, ut.* Vides, scripturam Tur. quamvis corruptam magis cum Ambros. consentire quam cum hac. Conf. I. Victor p. 89.: *Quod fiet utiliter etiam in anticategoria: ut refutatis prius quae obiecta sunt, veluti inicium sit narrandi aliud.*

alium L. *aliud* Tur. non *alium* ut Spald. refert.

ratione rationem A.

27. *raro roro* 1 m T.

quidem om. T. *et quidem* L.

cognitio est cognitio est cognitum est 1 m T. delevit 2 m. *cognitio est.* — *cognitum est* L.

gravibus o. gravibus criminibus oneratae L 2 m.

amovenda T. L. A. *amolienda* Sp. V. C. Iulius Victor A. Rhet. p. 90. *Similis narratio est earum quoque causarum, in quibus crimen quidem, de quo cognitio est, facile diluitur, sed multis ante actae vitae oneratur: quae prius amovenda sunt, ut iudex propicius defensionem ipsius negocii, cuius propria quaestio est, audiat. Ut pro Caelio M. Tullius fecit.*

Caelius cecilius T. L 1 m.

optime optume T. L.

conviciis convitiis T. L.

veneficii venefici 1 mT. Excidisse putat Sp. *crimini* vel *accusationi.*

omnis omnibus T. L 1 m.

Ciceronis v. oratio. Tripartita erat haec Caelii causa. Caelius ipse causam suam de vi egit, Crassus patronus de seditionibus Neapolitanis, de Alexandrinorum pulsatione Puteolana, de bonis Pallae dixit, Cicero alter patronus de vitiis adolescentiae et de crimine veneficii.

tum deinde sic Ambros. 1. *deinde tum* T. L. Sp.

narret *de bonis Pallae*, *totamque de vi* explicet
28 *causam*, quae est ipsius actione defensa? Sed nos ducit scholarum consuetudo, in quibus certa quaedam ponuntur, quae *themata* dicimus, propter quae nihil est diluendum. Ideoque *narratio* prooemio semper subiungitur. Inde libertas declamatoribus, ut etiam secundo partis suae loco narrare videantur.
29 Nam cum pro petitore dicunt et expositione, tamquam priores agant, uti solent, et contradictione, tamquam respondeant: idque fit recte. Nam cum sit *declamatio forensium actionum meditatio*, cur non in utrumque protinus locum se exerceat? Cuius rationis ignari, ex more, cui assuerunt, nihil in foro
30 putant esse mutandum. Sed in scholasticis quoque nonnumquam evenit, ut *pro narratione* sit *propositio*. Nam quid exponet, quae zelotypum malae tractationis accusat? aut qui Cynicum apud censores reum de moribus facit? cum totum crimen uno verbo in qualibet actionis parte posito satis indicetur. Sed haec hactenus.

31 Nunc, quae sit narrandi ratio, subiungam. *Narratio est rei factae*, *aut ut factae*, *utilis ad persuadendum expositio;* vel (ut Apollodorus finit) *oratio docens auditorem*, *quid in controversia sit.* Eam plerique scriptores, maximeque qui sunt ab Isocrate, volunt esse *lucidam*, *brevem*, *verisimilem*.

Pallae, *totam* *paulatim* 2 m T. *paulatum* L. *paulae* A.
28. *quaedam* *quidem* T. L.
themata *thema* L 1 m. T 1 m.
29. *et exp.* *ut e.* T. A.
idque fit r. v. Spald. in praef. h. v. p. VI.
in utrumque delet *in* 2 m T.
se exerceat Ambros. 1. om. *se* T. L. Sp.
30. *scholasticis* *scolasticis* T.
Cynicum Victor p. 32. „*Matrona cynicam sectam exercet: de moribus rea est.*“
indicetur *iudicetur* T.
hactenus *actenus* T.
31. *oratio* *orationem* L 1 m.
maximeque T. L. *maxime* Sp.

Neque enim refert, an pro *lucida* perspicuam, pro *verisimili* probabilem credibilemve dicamus. Eadem 32
nobis placet divisio; quamquam et Aristoteles ab Isocrate parte in una dissenserit praeceptum brevitatis inridens, tamquam necesse sit, longam esse aut brevem expositionem, nec liceat ire per medium. Theodorei quoque solam relinquunt ultimam partem, quia nec breviter utique nec dilucide semper sit utile exponere. Quo diligentius distinguenda sunt 33
singula, ut, quid quoque loco prosit, ostendam. Narratio est aut *tota pro nobis*, aut *tota pro adversariis*, aut *mixta ex utrisque*.

Si erit *tota pro nobis*, contenti simus his tribus partibus, per quas efficitur, quo facilius iudex *intellegat*, *meminerit*, *credat*. Nec quisquam re- 34
prensione dignum putet, quod proposuerim, eam, quae sit tota pro nobis, debere esse verisimilem, quum *vera* sit. Sunt enim plurima vera quidem,

32. *quamquam et A.* Conf. Rhet. 3, 16. p. 204. *Νῦν δὲ γελοίως τὴν διήγησίν φασι δεῖν εἶναι ταχεῖαν. καίτοι ὥσπερ ὁ τῷ μάττοντι ἐρομένῳ, πότερον σκληρὰν ἢ μαλακὴν μάξει, τί δ', ἔφη, εὖ, ἀδύνατον; καὶ ἐνταῦθα ὁμοίως. δεῖ γὰρ μὴ μακρῶς διηγεῖσθαι, ὥσπερ οὐδὲ παροιμιάζεσθαι μακρῶς οὐδὲ τὰς πίστεις λέγειν· οὐδὲ γὰρ ἐντοῦθά ἐστι τὸ εὖ ἢ τῷ ταχὺ ἢ τῷ συντόμως ἀλλὰ τῷ μετρίως.* — Particula *et* pendet; pergere autem debebat scriptor: *quamquam et Aristoteles dissenserit, et Theodorei quoque solam relinquant ultimam partem.* ac fortasse sic scripsit, ut ex A. concludo, qui a 1 m. *relinquant* dat: copula *et* absorpta est sequenti *th.*
brèvitatis veritatis inridens inserens t. T.
esse aut brevem A. om. *esse* T. L. *aut br. esse* Sp.
nec lic. ne lic. T 1 m.
Theodorei theodori 1 m T. *theodoriei* L.
relinquunt solum relinquant A 1 m.
33. *quo quod* T. L.
sunt sint 2 m T.
ut, quid et q. 2 m T.
Narratio Cassiodorus Th. C. p. 867. Capp. narratio aut tota pro nobis est, aut tota pro adversariis aut mixta ex utrisque. si erit tota pro nobis, contenti simus his tribus partibus, ut iudex intelligat, meminerit, credat.
contenti simus contentissimus 1 m T.
quo facilius i. A. *quod facilius i.* T. L. *quo iudex facilius* Sp.
34. *reprensione reprehensione* 2 m T. Sp.

sed parum credibilia, sicut falsa quoque frequenter verisimilia. Quare non minus laborandum est, ut iudex, quae vere dicimus, quam quae fingimus, cre-
35 dat. Sunt quidem hae, quas supra retuli, virtutes aliarum quoque partium. Nam et per totam actionem vitanda est obscuritas, et modus ubique custodiendus, et credibilia esse oportet omnia, quae dicuntur. Maxime tamen haec in ea parte custodienda sunt, quae prima iudicem docet: in qua si acciderit, ut aut non intellegat, aut non meminerit, aut
36 non credat, frustra in reliquis laborabimus. Erit autem *narratio aperta* ac *dilucida*, si fuerit primum exposita propriis verbis et significantibus, et non sordidis quidem, non tamen exquisitis et ab usu remotis; tum distincta rebus, personis, temporibus, locis, causis, ipsa etiam pronuntiatione in hoc accommodata, ut iudex, quae dicuntur, quam facillime ac-
37 cipiat. Quae quidem virtus neglegitur a plurimis, qui ad clamorem dispositae vel etiam forte circumfusae multitudinis compositi non ferunt illud intentionis silentium: nec sibi diserti videntur, nisi omnia tumultu et vociferatione concusserint: rem indicare sermonis cotidiani et in quemcumque etiam indocto-

quam quae quam quam T.

35. *supra retuli* § 31.
nam et per Conf. I. Victor p. 85. „*nam etsi in omnibus, in hac tamen vel maxime vitanda est obscuritas, et modus custodiendus et credibilia facienda quae dicas.*
oportet o. om. oport. A.
docet T 1 m. L. dant *docent.*
laborabimus laboravimus T. *fr. reliquis laborab.* L.

36. *ac d. atque d.* Sp. Illud dat T. L.
propriis v. T. *verbis propriis* Sp.
et significantibus et id signif. 2 m T.
quidem quidam T.
dicuntur dicentur A.

37. *ferunt fecerunt* T.
et voc. T. L. A. *ac voc.* Sp.
rem indicare iudic. L.

rum cadentis existimant: cum interim, quod tamquam facile contemnunt, nescias, praestare minus velint, an possint. Neque enim aliud in eloquentia, 38
cuncta experti, difficilius reperient, quam id, quod se fuisse dicturos omnes putant, postquam audierunt: quia non bona iudicant esse illa, sed vera. Tum autem optime dicit orator, cum videtur vere dicere. At nunc, velut campum nacti expositionis hic po- 39
tissimum et vocem flectunt, et cervicem reponunt, et brachium in latus iactant, totoque et rerum et verborum et compositionis genere lasciviunt: deinde (quod sit monstro simile) placet actio, causa non intellegitur. Verum haec omittamus, ne minus gratiae, praecipiendo recta, quam offensae, reprendendo prava, mereamur. *Brevis* erit *narratio* ante 40
omnia, si inde coeperimus rem exponere, unde ad iudicem pertinet; deinde, si nihil extra causam dixerimus: tum etiam, si reciderimus omnia, quibus sublatis neque cognitioni quicquam neque utilitati detrahatur. Solet enim quaedam esse partium brevi- 41
tas, quae longam tamen efficit summam. *In por-*

cum interim — nescias Sensus est: quamvis saepe dubitare liceat, utrum orationem simplicem, quam indoctis tantum tribuunt, consequi non velint, an potius non possint.

38. *reperient repper.* T. L.
fuisse dict. A. *dict. fu.* T. L. Sp.

non bona intelligere possimus *non bona solum, sed vera* de sententia Valcken. ad Chrysostomi Orat. I. p. XV. Similiter § 64. *Evidentia in narratione est quidem magna virtus, cum quid veri, non dicendum* (i. e. non solum dicendum), *sed quodammodo etiam ostendendum est.*

vere vera Sp. Illud dant T. L.

39. *nacti nanti* 1 m. *nantes* 2 m T.
vocem flectunt i. e. ea vocis varietate et modulatione utuntur, quae nimiam contentionem vel affectum significat, eamque prōnuntiationem ad lasciviam oratoriam refert, cum potius narratio lenem et moderatam actionem desideret. cf. Ernesti Lex. Tech. v. *flectere.*
praecipiendo percipienda 1 m T. L 1 m.

40. *neque cogn. — neque* L. T. dat praeterea *cogitationi* T. *nec cogn. — nec util.* A. Sp.

41. *quaedam* T. L. A. *esse quaedam* Sp.

tum veni, navem prospexi, quanti veheret interrogavi, de pretio convenit, conscendi, sublatae sunt ancorae, solvimus oram, profecti sumus. Nihil horum dici celerius potest, sed sufficit dicere: *e portu navigavi.* Et, quotiens exitus rei satis ostendit priora, debemus hoc esse contenti, quo re-
42 liqua intelleguntur. Quare, cum dicere liceat, *Est mihi filius iuvenis,* omnia illa supervacua: *Cupidus ego liberorum uxorem duxi, natum filium sustuli, educavi, in adolescentiam perduxi.* Ideoque Graecorum aliqui aliud circumcisam expositionem, id est σύντομον, aliud brevem putaverunt: quod illa supervacuis careret, haec posset aliquid ex necessariis
43 desiderare. Nos autem brevitatem in hoc ponimus, non ut minus, sed ne plus dicatur, quam oporteat. Nam iterationes quidem, et ταυτολογίας, et περισσολογίας, quas in narratione vitandas quidam scriptores Artium tradiderunt, transeo; sunt enim haec
44 vitia non tantum brevitatis gratia refugienda. Non minus autem cavenda erit, quae nimium corripientes omnia sequitur, obscuritas: satiusque est aliquid nar-

navem T. L. *navim* Sp.
ancorae anchorae L.
nihil horum nihilorum T.
e portu oportu 1 m T.
exitus rei Cassiodorus l. l. quoties sequentia rem satis declarant, iis contenti esse debemus et priora omittere.
42. *dicere l. diceret* 1 m T. *dicere leccat* A.
natum filium s. e. sic Ambros. 1. prob. Zumptio. *natum sustuli,* (*sustulit* T.) *filium educavi* T. L. Sp. Recepta lectio bene procedit, in altera interpungendum erat necessario ante *educavi*, non post *sustuli.*
43. *iterationes item rationes* 1 m T.
ταυτολογίας ΤΑΥΤΟΛΟΠΑC et ΠΕΡΙCCΟΛΟΠΑC T 1 m. *tautolopas et perissolopas* 2 m. Zumpt discedit aliquid.
quas in quasi in 1 m T.
quidam quidem 1 m T.
44. *corripientes corripientis* 1 m T. L. *corripiens* 2 m T.
narrationi narrationis 1 m T. L. Haec affert Cassiod. l. l. *satius est narrationi aliquid superesse quam deesse: nam supervacua cum taedio dicuntur, necessaria cum periculo subtrahuntur.*

rationi superesse, quam deesse. Nam supervacua cum taedio dicuntur, necessaria cum periculo subtrahuntur. Quare vitanda est etiam illa Salustiana 45
(quamquam in ipso virtutis optinet locum) brevitas et abruptum sermonis genus: quod otiosum fortasse lectorem minus fallat, audientem transvolat, nec, dum repetatur, expectat, cum praesertim lector non fere sit nisi eruditus; iudicem rura plerumque in decurias mittant, de eo pronuntiaturum, quod intellexerit, ut fortasse ubicumque, in narratione tamen praecipue, media haec tenenda sit via dicendi, *quantum opus est*, *quantum sat est*. *Quantum* 46
opus est autem non ita solum accipi volo, quantum ad indicandum sufficit, quia et non inornata debet esse brevitas, alioqui sit indocta; nam et fallit voluptas, et minus longa, quae delectant, videntur, ut amoenum ac molle iter, etiamsi est spatii amplioris, minus fatigat quam durum aridumque compendium. Neque enim mihi umquam tanta fue- 47
rit cura brevitatis, ut non ea, quae credibilem faciunt expositionem, inseri velim. Simplex enim et

45. *optinet* T. L. *locum obtinet* Sp.
otiosum non occupatum, cui liberum est tempus enucleandi difficultatem et obscuritatem orationis. — *occisum* T 1 m.
fallat Ambros. 1. L. *fallit* T. Sp.
expectat Verte was keine Wiederholung gestattet.
rura — mittant i. e. homines ruri vivere assueti ad res iudicandas adhibentur. Gesnerus in Thes. v. *decuria*.
ubicumque T. L. Ambros. 1. Flor. Almelov. *ubique* Sp.
sit via T. 1 m habet *s via*, quod alias *sunt* notat.
quantum opus est quanto opus est Guelf. Voss. 1. 3. Conf. Bentlei. ad Horat. Serm. 1, 1, 59.
sat T. L. A. *satis* Sp.

46. *solum acc. acc. solum* A.
et non T. L. om. *et* Sp.

47. *neque enim* om. *enim* A.
cura circa 1 m T.
ea eamque T 1 m. *eam quae* 2 m. Falsam lect. e Tur. memorat Zumpt.
velim vel in 1 m T. *nolim* L 2 m.

undique praecisa, non tam *narratio* vocari potest, quam *confessio*. Sunt porro multae conditione ipsa rei longae narrationes, quibus extrema (ut praecepi) prooemii parte ad intentionem praeparandus est iudex: deinde curandum, ut omni arte vel ex spatio
48 eius detrahamus aliquid, vel ex taedio. Ut minus longa sit, efficiamus, quae poterimus, differendo, non tamen sine mentione eorum, quae differemus: *Quas causas occidendi habuerit, quos adsumpserit conscios, quemadmodum disposuerit insidias,*
49 *probationis loco dicamus.* Quaedam vero ex ordine praetermittenda, quale est apud Ciceronem: *Moritur Fulcinius: multa enim, quae sunt in re, quia remota sunt a causa, praetermittam.* Et partitio taedium levat: *Dicam, quae acta sint ante ipsum rei contractum; dicam, quae in re ipsa;*
50 *dicam, quae postea.* Ita tres potius modicae narrationes videbuntur quam una longa. Interim expediet expositiones brevi interiectione distinguere: *Au-*

vocari vacari 1 m T.
confessio confusio 2 m T.
ut praecepi 4, 1, 79.
48. *efficiamus* T. *efficiemus* Sp.
habuerit habuerunt 1 m T. *habuerint* L.
dicamus T. L. *dicam* Sp.
49. *quale est qua est* T 1 m.
Fulcinius ulcinius T. L. *Icinius* A. a 1 m. Clc. p. Caecina c. 4. Non discrepat lectio.
quae sunt in re sic T. — Zumpt falso e Tur. *qui sunt* exhibet. pertinet, opinor, haec varietas ad id quod paulo post sequitur: *quae acta.*
et partitio T. L. *at p.* Sp.
quae qui 1 m T.
contractum contractum 1 m T.
50. *brevi interiectione* Sic scripsi. *interfectione* 1 m T. *intersectione* 2 m. *interfatione* Ambros. 1. Lassb. Spald., qui quum dicat, hoc ipsum (*interfatio*) esse apud Ciceronem, non valido utitur argumento: corruptus enim est locus iste Ciceronis in Sextiana, c. 37. et ex coniectura Turnebi hoc vocabulum illic positum. *Interiectio* autem eodem sensu legitur 4, 2, 121. *Ne sententia quidem velut fatigatum intentione stomachum iudicis reficere dissuaserim, maxime quidem brevi interiectione, qualis est illa: Fecerunt servi Milonis, quod suos quisque servos in tali re facere voluisset.* 8, 2, 15.

distis, quae ante acta sunt; accipite nunc, quae insequuntur. Reficietur enim iudex priorum fine, et se velut ad novum rursus initium praeparabit. Si tamen adhibitis quoque his artibus in longum ex- 51
ierit ordo rerum, erit non inutilis in extrema parte commonitio; quod Cicero etiam in brevi narratione fecit: *Adhuc, Caesar, Q. Ligarius omni culpa caret: domo est egressus non modo nullum ad bellum, sed ne ad minimam quidem belli suspicionem* et cetera.

Credibilis autem erit narratio ante omnia, si 52
prius consuluerimus nostrum animum, ne quid naturae dicamus adversum; deinde si causas ac rationes factis praeposuerimus, non omnibus, sed de quibus quaeritur; si personas convenientes iis, quae facta credi volemus, constituerimus, ut *furti reum cupidum; adulterii libidinosum; homicidii temerarium;* vel his contraria si defendemus: praeterea loca, tempora et his similia. Est autem quidam et ductus 53
rei credibilis, qualis in comoediis etiam, et in

Etiam interiectione, qua et oratores et historici frequenter utuntur, ut medio sermone aliquem inserant sensum, impediri solet intellectus, nisi quod interponitur breve est.

insequuntur insecuntur T.

51. *fecit* A. *facit* T. L. Sp.

Q. Ligarius que Lig. T 1 m.

caret v. Cic. p. Ligar. c. 2. ubi, cum etiam in cod. Erfurtensi eadem lectio exstet, haec reponenda erit pro altera *vacat.* — *care* L 1 m.

belli susp. susp. belli Cicero. In ceteris non discrepat lectio.

52. *iis is* 1 m. *his* 2 m T. A. L.

adulterii adulterum 2 m T.

homicidii homicidam 2 m T.

his contraria si T. L. *vel contra si* Sp.

tempora T. L. *et tempora* Sp.

et his om. *his* L.

53. *quidam et qu. etiam* Obrecht et fort. A.

ductus rei cred. Ernesti Lex. Rh. s. v. *ductus*. „ductus r. c. est cohaerentia quaedam et *συνάφεια* rerum narratarum, quarum contemplatio rem credibilem facit: ein gewisser natürlicher Zusammenhang in den Umständen der Erzählung, der uns aus der Andeutung eines Umstandes alle übrigen noch darzustellenden voraus ahnen oder errathen lässt.“ — luctus 2 m T.

etiam et et et A.

mimis. Aliqua enim naturaliter sequuntur et cohaerent, ut, si bene priora narraveris, iudex ipse, quod
54 postea sis narraturus, expectet. Ne illud quidem fuerit inutile, semina quaedam probationum spargere, verum sic ut narrationem esse meminerimus, non probationem. Nonnumquam tamen etiam argumento aliquo confirmabimus, quod proposuerimus, sed simplici et brevi: ut in veneficiis: *Sanus bibit, statim concidit, livor ac tumor confestim est insecutus.*
55 Hoc faciunt et illae praeparationes, cum reus dicitur *robustus, armatus, contra infirmos, inermes, securos.* Omnia denique, quae probatione tractaturi sumus, *personam, causam, locum, tempus, instru-*
56 *mentum, occasionem*, narratione delibabimus. Aliquando, si destituti fuerimus his, etiam fatebimur: *Vix esse credibile, sed verum, et hoc maius habendum scelus; nescire nos, quomodo factum sit,*
57 *aut quare; mirari, sed probaturos.* Optimae vero praeparationes erunt, quae latuerint, ut a Cicerone sunt quidem utilissime praedicta omnia, per quae

mimis minimis 1 m T.
bene priora pr. *bene* A.
quod quid T.
54. *fuerit fuerunt* 1 m T.
semina Sulpic. Victor. I. O. p. 265. Capp. Quod *superest, probabilis erit (narratio), si argumentorum et quaestionum semina quaedam fuerint* ubique respersa.
tamen etiam Obrecht et A. *etiam tamen* T. L. Sp.
tumor timor 1 m T.
55. *hoc faciunt huc* coni. Gesnerus.
armatus in edd. recentt. et apud Spald. *armatus, solicitus, contra infirmos i. securos* legitur, sed *solicitus* nec in ullo codice nec in antiquissimis edd. exhibetur. Omisi ergo vocabulum probante Zumptio „nec per se, inquit, *sollicitus* videtur in hominem convenire consilii necis perpetrandae sibi conscium; malim *turbatum* dici.“ —
narratione Cassiodorus R. C. p. 367: *quae probatione tractaturi sumus, persona, loco, tempore, instrumento, occasione, in narratione delibabimus.* —
delibabimus delibavimus 1 m T. Huiusmodi corruptelae manifesto ostendunt, sonum litterae *u* nostrae *w* respondisse, nam eandem paene sonum habet *b*.
57. *sunt quidem quidem util. sunt praedicata* Ambros. 1.

Miloni Clodius, non Clodio Milo insidiatus esse videatur: plurimum tamen facit illa callidissima simplicitatis imitatio: *Milo autem, cum in senatu fuisset eo die, quoad senatus est dimissus, domum venit, calceos et vestimenta mutavit, paullisper, dum se uxor, ut fit, comparat, commoratus est.* Quam nihil festinato, nihil praeparato fecisse vide- 58
tur Milo! Quod non solum rebus ipsis vir eloquentissimus, quibus moras et lentum profectionis ordinem ducit, sed verbis etiam vulgaribus et cotidianis, et arte occulta consecutus est: quae si aliter dicta essent, strepitu ipso iudicem ad custodiendum patronum excitassent. Frigere videntur ista pleris- 59
que: sed hoc manifestum est, quomodo iudicem fefellerit, quod vix a lectore deprehenditur. Haec sunt, quae *credibilem* faciant expositionem. Nam 60
id quidem, ne qua contraria aut sibi repugnantia in narratione dicamus, si cui praecipiendum est, is reliqua frustra docetur: etiamsi quidam scriptores

in senatu *in senatum* A.

quoad senatus *quoad senatum* 1 m. *quo a senatu* 2 m T. *quoad senatus* L 1 m. *quo a senatus* 2 m.

est dimissus *dimissus est* Cicero p. Mil. c. 10. — Garatonii tamen codex nostrum ordinem servat. Ceterum non discrepat lectio.

58. *n. festinato* T. L. A. *nihil praeparato, nihil festinato* Sp. *moras* *mora* 1 m. *moram* 2 m T.

ducit *dicit* T. L.

sed verbis etiam om. *sed verbis* T 1 m. L. *sed etiam* T 2 m. (Zumpt secundam tantum m. attulit.)

strepitu ipso sic recepi ex coni. Rollini et Sp. — *strepitu ipsum* codd. et edd.

excitassent *excitasse* 1 m. *excitasset* 2 m T. *ad custodiendum deinde p. excitassent* L.

59. *frigere* Ambros. 1. *frigida* T. L. Sp. Haec Zumptius: „*frigere* exquisitius facile videbitur quam *frigida*, sed cur *quod* non coniunctio sit sed pronomen (ut Spald. dixit) vix me fateor intelligere: mihi certe sic sententia procedere videtur: ea ipsa re intelligitur, *qui narratio* (*vel Cicero*) *iudicem fallere potuerit, quod mala eius fides vix a lectore deprehenditur.*“

faciant T. A. Sp. *faciunt* L.

60. *nam id quidem, ne qua cont.* A. *nam quid est neque contraria* T 1 m. *n. q. e. ne quae c.* 2 m. *nam ue contraria* L. Sp.

reliqua *requa* non ut Sp. memorat *requae* 1 m T. *neque* 2 m.

Artium hoc quoque, tamquam occultum et a se prudenter erutum, tradunt.

61 His tribus narrandi virtutibus adiciunt quidam *magnificentiam*, quam μεγαλοπρέπειαν vocant, quae neque in omnes causas cadit (nam quid in plerisque iudiciis privatis de certa credita, locato et conducto, interdictis habere loci potest supra modum se tollens oratio?), neque semper est utilis, ut vel proxi-
62 mo exemplo Miloniano patet. Et meminerimus, multas esse causas, in quibus confitendum, excusandum, submittendum sit, quod exponimus: quibus omnibus aliena est illa magnificentiae virtus. Quare non magis proprium narrationis est *magnifice dicere* quam *miserabiliter*, *invidiose*, *graviter*, *dulciter*, *urbane:* quae, cum suo quaeque loco sint laudabilia, non sunt huic parti proprie adsignata et velut dedita.

63 Illa quoque ut narrationi apta, ita cum ceteris partibus communis est virtus, quam Theodectes huic uni proprie dedit; non enim magnificam modo vult

61. μεγαλοπρέπειαν *MEΓΑΛΟΠΡΕΠΙΑΝ* T. L. A. (Ex Tur. falsam affert Zumpt. lectionem.)

certa credita de certo credita T 2 m. Intelligendum *de certa credita pecunia.* Eodem modo omittitur *pecunia* 8, 3, 14., assentiente Buttmanno ad lib. XII, 10, 70. Guelferbyt. habet *de certo credito*, quod non raro apud Quint. legitur. — *de re certa credita locata vel conducta* L.

ut vel velut T. L. *etiam velut* Amb. 1. Flor. prob. Zumptio. Abruptius videtur.

Miloniano Spald. maluit *Milonianae.*

62. *et memin.* om. *et* T.

excusandum excusandam 1 m T.

magnifice dic. magnificentiae dic. T 1 m.

quae cum suo quaeque loco Sp. et A. ut videtur, om. *quaeque* T. L.

dedita T. L. *debita* ex tribus edd. affert Spald. probante Bach ad Tibullum p. 157.

63. *quoque — partibus* om. intermediis. T. *ita quoque ut narrationi ita quoque ceteris p. c.* L. inserit *quoque* post *ceteris* A.

Theodectes thodoctes A 1 m. *theodoctes* 2 m.

proprie sic codd. omnes. prob. Gernh. *propriam* coni. Francius prob. Spald.

esse, verum etiam *iucundam* expositionem. Sunt qui adiciant his *evidentiam*, ἐνάργεια Graece vocatur. Neque ego quemquam deceperim, ut dissimulem 64
Ciceroni quoque plures partes placere. Nam praeterquam *planam* et *brevem* et *credibilem* vult esse *evidentem*, *moratam*, *cum dignitate*. Sed in oratione morata debent esse omnia cum dignitate, qua poterunt. *Evidentia* in narratione, quantum ego intellego, est quidem magna virtus, cum quid veri, non dicendum, sed quodammodo etiam ostendendum est: sed subici perspicuitati potest; quam quidam etiam contrariam interim putaverunt, quia in quibusdam causis obscuranda veritas esset, quod est ridiculum. Nam, qui obscurare vult, narrat falsa 65
pro veris, et in iis, quae narrat, debet laborare, ut videantur quam evidentissima.

Et quatenus etiam forte quadam pervenimus 66
ad difficilius narrationum genus, iam de iis loqua-

iucundam *iocundam* T. L.

ἐνάργεια *APΓIAA* 1 m T. A. 2 m. *argila* 2 m T. ἐνεργία L. A. 1 m. Zumpt. falsam lect. e Tur. affert.

64. *Ciceroni* Topic. 26. *itemque narrationes ut ad suos fines spectent, id est, ut planae sint, ut breves, ut evidentes, ut credibiles, ut m o r a t a e, ut cum dignitate.* Sed Gernh. in Cicerone et in Quintiliano *moderatam* pro *moratam* praefert. Oratio morata est, quae mores aptos convenientesque affectus personis tribuit.

evidentem *videntem* 1 m T.

oratione morata Gesnerus in Thes. v. *moratus* hunc locum sic explicabat: *oratio, quae bonos mores oratoris exprimit.* — *morate* T 1 m. L. Ego non iungo *oratione morata*, sed sensum esse puto: in oratione omnia debent esse morata cum dignitate, vel cum mores describimus alicuius, nil indignum, nil foedum dici debet.

qua poterunt recepi e Bernensi prob. Gernh. Add. *quae poterunt* L. Sp. *quam potuerunt* T 1 m. *qua potuerint* 2 m.

quodammodo sed quodammodum est, sed 1 m. *sed quidem monendum est sed* 2 m T.

ridiculum *ridiculam* 1 m T.

65. *iis* *his* T. L. Hoc probare videtur Gernh.

quae qui 1 m T. probante, ut videtur, Gernh. Sensus est: perspicuitatem abesse volunt, cum obscuranda est veritas, at qui obscurare vult, curare debet, ut fictio sua sit quam evidentissima, vel vero simillima.

66. *forte* om. T. *sed quatenus etiam quadam forte* L.

iis *is* T. *his* Sp.

mur, in quibus res contra non erit: quo loco nonnulli praetereundam narrationem putaverunt. Et sane nihil est facilius, nisi prorsus totam causam omnino non agere. Sed si aliqua iusta ratione huiusmodi susceperis litem; cuius artis est, malam esse causam, silentio confiteri? nisi forte tam hebes futurus est iudex, ut secundum id pronuntiet, quod sciet nar-
67 rare te noluisse. Neque infitias eo, in narratione, ut aliqua neganda, aliqua adicienda, aliqua mutanda, sic aliqua etiam tacenda: sed tacenda, quae tacere oportebit, et liberum erit. Quod fit nonnumquam brevitatis quoque gratia, quale illud est: *Re-*
68 *spondit, quae ei visum est.* Distinguamus igitur genera causarum. Namque, in quibus non *de culpa* quaeretur, sed *de actione*, etiamsi erunt contra nos themata, confiteri nobis licebit: *Pecuniam de templo sustulit, sed privatam: ideoque sacrilegus non est. Virginem rapuit: non tamen optio patri da-*
69 *bitur. Ingenuum stupravit, et stupratus se suspendit: non tamen ideo stuprator capite, ut causa mortis, punietur; sed decem millia, quae poena stupratori constituta est, dabit.* Verum in his quoque confessionibus est aliquid, quod ex invidia, quam expositio adversarii fecit, detrahi possit, cum etiam

quo qui 1 m T.
sed si om. *si* T. mox *huiusmodo* 1 m T. L.
secundum secundam 1 m T.
te noluisse teloninse 1 m. *te voluisse* 2 m T.
67. *infitias in infitias* 2 m T. mox *sed tacendamque* 1 m.
quae ei om. *ei* T. non adest ut Spald. e Turic. refert.
68. *de culpa* om. *de* L.
quaeretur A. *quaeritur* T. L. Sp.
ideoque s. non est Amb. 1. Lassb. *ideoque sacrilegus est* T. *non ideo sacrilegus est* Sp.
patri potiri dabatur 2 m T.
69. *ingenuum ingenuam* L.
punietur ut causa m. punitur T 1 m. *aut c. m. p.* 2 m. *puniretur* L 1 m.
in his om. *in* T. L.
detrahi dethai sit T.

servi nostri de peccatis suis mollius loquantur. Quaedam enim quasi non narrantes mitigabimus: 70 *Non quidem (ut adversarius dicit) consilium furti in templum attulit, nec diu captavit eius rei tempus: sed occasione et absentia custodum corruptus, et pecunia, quae nimium in animis hominum potest, victus est. Quid refert? peccavit et fur est, et nihil attinet id defendere, cuius poenam non recusamus.* Interim quasi damnemus ipsi: *Vis* 71 *te dicam vino impulsum? errore lapsum? nocte deceptum? vera sunt ista fortasse; tu tamen ingenuum stuprasti, solve decem milia.* Nonnumquam propositione praemuniri potest causa, deinde exponi. Contraria sunt omnia tribus filiis, qui in mortem 72 patris coniurarant; sortiti nocte singuli per ordinem cum ferro cubiculum intrarunt, patre dormiente; cum occidere eum nemo potuisset, excitato omnia indicarunt. Si tamen pater, qui divisit patrimonium, 73 et reos parricidii defendit, sic agat *Quod contra legem sufficit, parricidium obicitur iuvenibus, quorum pater vivit, atque etiam liberis suis adest;*

70. *adversarius adversariis* L.
templum templo T. L.
pecunia peccunia T.
nimium T. L. *nimium quam* ex Aldo recepit Obrecht. A. siletur. Spald. desiderat *nimium quantum.*
quid refert sed quid r. Sp. *qui ref.* A.
et nihil T. L. A. om. *et* Sp.

71. *interim* T. L. A. *interdum* Sp. C. Iul. Victor p. 90. *Interim prodest ita narrare, quasi damnemus ipsi susceptos: Vis te dicam vino [non] esse pulsum errore lapsum? vera sunt ista fortasse: cum tamen ingenuum stuprasti solve decem milia.*
vis te ut dicam T. *ut si dicam* L. A. 2 m. *ut dicamus* T 2 m.
milia om. T.

propositione Ernesti Lex. Rh. s. v.: *propositione* manifeste sic utitur Fabius, ut intelligat brevem rei expositionem controversae, quae si longior sit, et causis, rebus, temporibus, personis distincta, proprie *narratio* dici solet. T. L. A. dant *praepositione.*
deinde T. L. A. *et deinde* Sp.

72. *nocte noctem* T. *coniurant s. noctem* L.

73. *parricidii parricidi* T 1 m.

ordinem rei narrare quid necesse est? cum ad legem nihil pertineat, sed si confessionem culpae meae exigitis, fui pater durus, et patrimonii, quod iam melius ab his ministrari poterat, tenax cu-
74 *stos;* deinde subicitur *Stimulatos ab iis, quorum indulgentiores parentes erant; semper tamen eum habuisse animum, qui sit eventu deprehensus, ut occidere patrem non possent. Neque enim iureiurando opus fuisse, si alioqui hoc mentis habuissent; nec sorte, nisi quod se quisque eximi voluerit:* omnia haec qualiacumque placidioribus animis accipientur, illa brevi primae propositionis de-
75 fensione mollita. At cum quaeritur, *An factum sit?* vel, *Quale factum sit?* licet omnia contra nos sint, quomodo tamen evitare expositionem salva causae ratione possumus? Narravit accusator, neque ita, ut, quae essent acta, tantum indicaret; sed adiecit invidiam, rem verbis exasperavit; accesserunt probationes, peroratio incendit, et plenos irae reliquit.
76 Expectat naturaliter iudex, quid narretur a nobis. Si nihil exponimus, illa esse, quae adversarius dixit, et talia, qualia dixit, credat necesse est. Quid ergo?

rei regi T 1 m.
quid necesse est? Sic T. L. ego interrogandi signum addidi. *quidem nihil necesse est* Sp. Nunc Gernhard idem fecisse video.
sed si sed qui T. L.
culpae T. L. A. *meae culpae* Sp. mox *ego fui* L.
ministrari administrari L. Sp. cf. Hor. A. P. 171.
Vel quod res omnis timide gelideque ministrat.
74. *eum hab. hab. eum* A.
fuisse fuisset si aliqui T. L. mox *ne sorte* T.
qualiacumque quae aliacumque 1 m T. L.
propositionis praepositionis T. L.
mollita construe *cum omnia haec.*
75. *salva salve* T.
ut quae ut quaeque T 2 m.
indicaret indicarat 2 m T. *indicarent* L 1 m.
pl. irae reliquit plenos ireliquit T 1 m. Obrecht dat *irae plenos reliquit.* (Zumpt *pl. irae rel.* Obrechto errore tribuit.) A. receptam habere videtur.
76. *et talia et alia* T. om. *et* L. mox *credant* T 1 m.

eadem exponemus? Si de *qualitate* agitur, cuius tum demum quaestio est, cum de re constat, eadem, sed non eodem modo: alias causas, aliam mentem, aliam rationem dabo. Verbis elevare quae- 77
dam licebit: *Luxuria hilaritatis*, *avaritia parsimoniae*, *neglegentia simplicitatis* nomine lenietur. Vultu denique, voce, habitu vel favoris aliquid vel miserationis merebor. Solet nonnumquam movere lacrimas ipsa confessio. Atque ego libenter interrogem, sint illa defensuri, quae non narraverint, necne? Nam si neque defenderint, neque narraverint, tota 78
causa prodetur: at si defensuri sunt, proponere certe plerumque id, quod confirmaturi sumus, oportet. Cur ergo non exponamus, quod et dilui potest, et, ut hoc contingat, utique indicandum est? Aut quid 79
inter *probationem* et *narrationem* interest, nisi quod narratio est probationis continua propositio, rursus probatio narrationi congruens confirmatio? Videamus ergo, num haec expositio longior demum debeat esse, et paulo verbosior praeparatione et quibusdam

agitur T. L. A. *agetur* Sp.
sed non si non T.

aliam mentem recepi ex Amb. 1. — in ceteris codd. et edd. desunt. Conf. I. Victor p. 88. si quando omnia narranda sunt, observandum est caute, ut contraria praetervolemus quantum poterimus, minuentes quoque, *aliam causam aliam mentem aliam rationem afferentes*, *luxuriam hilaritatis nomine*, *avariciam parsimoniae*, *negligentiam simplicitatis et cetera in hunc modum*.

77. *hilaritatis hilaratis* T.
interrogem interrogem sint (*si sint* 2 m.) *illa defensuri quae non narraverint et non tota causa prodetur* T. ceteris omissis. — In Zumptii collatione error est.

78. *sunt sint* T. L.

79. *congruens est congruens* 2 m T. *est congrua* Ulmensis, qui hunc locum exhibet.
haec expositio A. narratio ea, quam adversarii narrationi opponimus, etiam longior saepe esse debet. — *expos. haec* T. L. Sp.
debeat esse A. *esse debeat* T. L. Sp.
praeparatione etiam longior esse debet narratio nostra, quam illa adversarii, quia iudex ad nostram expositionem praeparandus est, eaque argumentis confirmanda.

argumentis (*argumentis* dico, non *argumentatione*), cui tamen plurimum confert frequens affirmatio, *Effecturos nos, quod dicimus: non posse vim rerum ostendi prima expositione: expectent, et opiniones*
80 *suas differant, et bene sperent.* Deinde utique narrandum est, quicquid aliter, quam adversarius exposuit, narrari potest, aut etiam prooemia sunt in his causis supervacua: quae quid magis agunt, quam ut cognitioni rerum accommodatiorem iudicem faciant? Atque constabit, nusquam esse eorum maiorem usum, quam ubi animus iudicis ab aliqua con-
81 tra nos insita opinione flectendus est. *Coniecturales* autem causae, in quibus de facto quaeritur, non tam saepe rei, de qua iudicium est, quam eorum, per quae res colligenda est, expositionem habent. Quae cum accusator suspiciose narret, reus levare suspicionem debeat, aliter ab hoc atque ab illo ad
82 iudicem perferri oportet. At enim quaedam argumenta turba valent, diducta leviora sunt. Id qui-

argumentis dico om. *argumentis* T. L.
dicimus didicimus T. L.
suas om. T.
bene om. T.
80. *deinde utique* sic L. *denique utique narrandum est* T. A. quod male sonat. *denique narrandum est utique* Sp.
aut etiam T. L. A. *aut eo etiam* Sp.
sunt om. T. L.
atque constabit T. L. *atqui constat* ex coni. Regii Sp. — Illud, ut nos dicimus: Und doch wird niemand bestreiten, dass etc. — Tuetur receptam etiam Handii Tursellinus p. 187. T. 1. et Zumptius. A. dare videtur *atqui constabit.*
esse eorum T. L. A. *eorum esse* Sp.
81. *de qua de quo* T.
levare lavare 1 m T. modo *suspicione* pro *suspiciose* L. mox *debent* L 1 m. *debet* 2 m.
82. *at enim* at considerandum est, quae sint illa argumenta: quaedam enim, quae per se sunt levia et infirma, nihil valent nisi congesta. Vis ergo argumentorum singulorum in narratione diligenter ponderari debet. De coniunctione harum particularum vide etiam Handii Tursellinum T. I. p. 446. Verte: Es gibt indessen Argumente, die nur, wenn man sie zusammenstellt, Wirkung haben können; vereinzelt haben sie kein Gewicht.
valent velut 2 m T. *turbare valent* L 1 m. mox *plura esp.* L.

dem non eo pertinet, ut quaeratur, *An narrandum?* sed, *Quomodo narrandum sit?* Nam et congerere plurima expositione quis prohibet, si id utile est causae, et promittere? sed et dividere narrationem et probationes subiungere partibus, atque ita transire ad sequentia? Nam ne eis quidem accedo, qui sem- 83
per eo putant ordine, quo quid actum sit, esse narrandum: sed eo malo narrare, quo expedit. Quod fieri plurimis figuris licet. Nam et aliquando nobis excidisse simulamus, cum quid utiliore loco reducimus: et interim nos reddituros reliquum ordinem testamur, quia sic futura sit causa lucidior: interim 84
re exposita, subiungimus causas, quae antecesserunt. Neque enim est una lex defensionis, certumque praescriptum: pro re, pro tempore intuenda, quae prosint, atque ut erit vulnus, ita vel curandum pro-

quis quid ex coni. Heinsii ad Ovid. Ep. X, 88. Spald. Illud dant codd. omnes. probante Zumpt.

83. *eis iis* Sp. *his* L. A. *namque ne iis* Ulmensis.

putant putat T. L.

quo quod 1 m T. L 1 m.

quo quod 1 m T. L.

figuris signis T.

nobis excidisse sic L. Amb. 1. I. Victor p. 90: non semper eo ordine quo quid actum est narrare expedit, sed aliquando nobis excidisse aliquid simulabimus, ut id utiliore loco dicamus. interim reddituros nos reliquum ordinem testamur, quasi sic futura sit causa lucidior. interim re exposita subiungimus causas, quae antecesserunt. Iul. Severian. Synt. Rhet. p. 334. Capp. Interdum aliqua suo loco memoriae nostrae non occurrisse fingemus. — omitt. *nobis* T. Sp.

reducimus ducimus A.

reddituros reliquum sic ex I. Victore emendaveram, antequam hanc lectionem Amb. 1. confirmatam videbam. *reducturos reliqum* T 1 m. *r. reliquum* T 2 m. L., quae lectio eundem cum nostra sensum praebet, sed, cum modo praecederet *reducimus*, aliquid offensionis habet. Spald. volebat ex Ald. *nos reducturos relictum ordinem*, quam optimam scripturam perverse tamen est interpretatus. Zumptius coniicit *nos relicturos ordinem*. Sed verissima videtur Amb. et Victoris lectio. Hoc dicit: cum ordinem mutamus, aut excidisse casu e memoria aliquid fingemus, aut profitebimur, in hac quidem re nos reliquisse ordinem, quia sic futura sit causa lucidior, sed in ceteris eum penitus servaturos esse.

sit qui sic futura sic T 1 m.

84. *certumque certum e* (imposito apice) *que praescriptum* 1 m T. *certum atque pr.* 2 m. *certumque est p.* L.

tinus, vel, si curatio differri potest, interim deli-
85 gandum. Nec *saepius* narrare duxerim nefas, quod Cicero pro Cluentio fecit: estque non concessum modo, sed aliquando etiam necessarium; ut in causis repetendarum, omnibusque, quae simplices non sunt. Amentis est enim, superstitione praeceptorum
86 contra rationem causae trahi. Narrationem ideo ante probationes ponere est institutum, ne iudex, qua de re dicatur, ignoret. Cur igitur, si singula probanda aut refellenda erunt, non singula etiam narrentur? Me certe, quantacumque nostris experimentis habenda est fides, fecisse hoc in foro, quotiens ita desiderabat utilitas, probantibus et eruditis et iis, qui iudicabant, scio: et (quod non arroganter dixerim, quia sunt plurimi, quibuscum egi, qui me refellere possint, si mentior) fere ponendae a me causae of-
87 ficium exigebatur. Neque ideo tamen non id saepius facere oportebit, ut rerum ordinem sequamur. Quaedam vero etiam turpiter convertuntur, ut si *peperisse* narres, deinde *concepisse; apertum testamentum,*

85. *duxerim dixerim* T. L.
omnibusque, *q. omnibus quaeque* L. T. mox *superstitionem* T 1 m.
86. *ideo ideoque* T. mox om. *est* T. L.
dicatur T. L. A. *quaeratur* Sp.
singula singule etiam narretur T. L.
quantacumque, 6, 2, 86.
quotiens ita sic Ambros. 1. *quotiens at* (quae nota saepe dubiis in locis deprenditur.) *ita d. u.* T 1 m. *quotiens aliqua ita d. u.* T 2 m. *quotiens aliter ita ipsa d. u.* L. *quoties aliqua ita d. u.* Sp.
iis hiis L. *his* A.
egi ei 1 m T.
mentior T. L. *mentiar* Sp.
87. *non id saepius* Ambros. 1. — *neque ideo tamen non ipse pius facere at* (signum corruptionis) *re oportebit* T 1 m. *n. i. t. n. i. prius f. alia re o.* 2 m. *neque ideo oportebit* L. cett. omissis. — om. *id* Spald.
quaedam I. Victor p. 90. quaedam tamen turpiter convertuntur, ut si peperisse narres, deinde concepisse: apertum testamentum exponas, deinde factum. (hoc ultimum vocab. in cod. omissum ab Ang. Maio coniectura supplebatur cum immemor esset loci Quintilianei.)

deinde *signatum*, in quibus si id, quod posterius est, dixeris, de priore tacere optimum: palam est enim praecessisse.

Sunt quaedam et *falsae* expositiones, quarum 88
in foro duplex genus est: alterum, quod instrumentis adiuvatur, ut P. Clodius fiducia testium, qua nocte incestum Romae commiserat, Interamnae se fuisse dicebat: alterum, quod est tuendum dicentis ingenio. Id interim ad solam verecundiam pertinet, unde etiam mihi videtur dici *color:* interim ad quaestionem. Sed utrumcumque erit, prima sit cu- 89
rarum, ut id, quod fingemus, fieri possit: deinde, ut et personae et loco et tempori congruat, et credibilem rationem et ordinem habeat; si contigerit, etiam verae alicui rei cohaereat; aut argumento, quod sit in causa, confirmetur. Nam quae tota extra rem petita sunt, mentiendi licentiam produnt. Curandum 90
praecipue, (quod fingentibus frequenter excidit) ne qua inter se pugnent; quaedam enim partibus blandiuntur, sed in summam non consentiunt; praeterea, ne iis, quae vera esse constabit, adversa sint: in 91

palam — praecessisse haec e Lassb. et Amb. 1. recepi. in ceteris codd. et edd. desunt.

88. *quod instrumentis quod instrumentum* T 1 m. *quo instrumentum* 2 m. — mox *P. Clodius* T. L. non *Publius Clodius* Sp.

instrumentis i. e. probationibus inartificialibus, äussere Beweismittel.

Interamnae interram ne T 1 m. Conf. Cic. p. Mil. c. 17.

color res dictu turpes verecundiae causa velo quodam fictae orationis teguntur, idque *color* a rhetoribus latinis dictum est. De *colore* Ern. Lex. v. *color* et χρῶμα agit.

interim ad quaestionem fingitur saepe aliquid, quod, si probetur iudici, aut solvat quaestionem aut adiuvet. Conf. 5, 10, 95 sqq.

89. *curarum cura* Sp. maluit.

si contigerit T 2 m. A. partim a 2 m. *continet gerit* (quod ex illo corruptum) T 1 m. *si contingat* Sp.

cohaereat choereat T. L.

quod sit quod in causa confirmemur T 1 m. *quo i. c. c.* 2 m.

90. *excidit accidit* 2 m T. Sp. Illud dat etiam L. et Amb. 1. prob. Zumpt.

enim om. T. L.

iis is quae vera constabit 1 m. *his* 2 m T. L. A.

schola etiam, ne color extra themata quaeratur. Utrobique autem orator meminisse debebit actione tota, quid finxerit, quoniam solent excidere, quae falsa sunt: verumque est illud, quod vulgo dicitur,
92 mendacem memorem esse oportere. Sciamus autem, si de nostro facto quaeratur, unum nobis aliquid esse dicendum: si de alieno, mittere in plura suspiciones licere. Est tamen quibusdam scholasticis controversiis, in quibus ponitur aliquem non respondere quod interrogatur, libertas omnia enumerandi,
93 quae responderi potuissent. Fingenda vero meminerimus ea, quae non cadant in testem; sunt autem haec, quae a nostro dicuntur animo, cuius ipsi tantum conscii sumus: item quod a defunctis; nec hoc enim est, qui neget: itemque ab eo, cui idem expediet; is enim non negabit: ab adversario quoque;
94 quia non est habiturus in negando fidem. Somniorum et superstitionum colores ipsa iam facilitate auctoritatem perdiderunt. Non est autem satis in narratione uti coloribus, nisi per totam actionem consentiunt, cum praesertim quorundam probatio sola
95 sit in *asseveratione* et *perseverantia:* ut ille parasitus (qui ter abdicatum a divite iuvenem et absolu-

91. *utrobique utrubique* 1 m T.
finxerit finxerunt T.
92. *aliquid aliquem* T. *aliquod* L.
in plura Amb. 1. prob. Zumpt. *mittere in plurimas suspiciones* T. L. Sp.
quibusdam om. T.
controversiis controversis 1 m T. ut § 97 *controversis* 1 m.
quod interrog. Amb. 1. *qad interrogatur* T. *ad quae interrogatur* L. Sp. mox *potuisset* L. T 1 m.
93. *sunt autem haec, quae a. n.* Amb. 1. *sunt autem, quae nostro* T. L. Sp.
item quod — itemque item est quod — item esque T 2 m.
cui idem cuidem L.
94. *superstitionum superstitiorum* T.
facilitate felicitate T.
consentiunt consentiant 2 m T. Sp.
95. *a divite adiuus te* 1 m T. *adiuvit* deleto *te* 2 m.

tum tamquam suum filium asserit) habebit quidem *colorem*, quo dicat, et paupertatem sibi causam exponendi fuisse; et ideo a se parasiti personam esse susceptam, quia in illa domo filium haberet; et ideo illum innocentem ter abdicatum, quia filius abdicantis non esset. Nisi tamen in omnibus verbis et 96
amorem patrium, atque hunc quidem ardentissimum ostenderit, et odium divitis, et metum pro iuvene, quem periculose mansurum in illa domo, in qua tam invisus sit, sciat: suspicione subiecti petitoris non carebit. Evenit aliquando in scholasticis con- 97
troversiis, quod in foro an possit accidere dubito, ut eodem colore utraque pars utatur, deinde eum pro se quaeque defendat; ut in illa controversia: *Uxor marito dixit, appellatam se de stupro a* 98
privigno, et sibi constitutum tempus et locum: eadem contra filius detulit de noverca edito tantum alio tempore ac loco: pater in eo, quem uxor praedixerat, filium invenit; tum et in eo, quem filius, uxorem: illam repudiavit: qua tacente, filium abdicat. Nihil dici potest pro iuvene, quod non idem sit pro noverca. Ponentur tamen etiam communia: 99
deinde ex personarum comparatione, et indicii ordine, et silentio repudiatae, argumenta ducentur. Ne illud quidem ignorare oportet, quaedam esse, 100
quae *colorem* non recipiant, sed tantum defendenda sint; qualis est ille dives, qui statuam pauperis ini-

illum illum ter innocentem ter abdicatum T. *ter innoc. abdic.* L.

96. *in omnibus* Amb. 1. om. *in* T. L. Sp. mox *ardentissimus* L.

97. *an possit accidere dubito* i. e. quod in foro numquam fortasse accidere poterit.

98. *edito edicto* 2 m T.

invenit, tum et recepi *invenit, tum* ex coniect. Zumptii, quae verissima est, cum T. et A. *inventum* contracte praebeant. Spald. habet *invenit; in eo,* quod T 2 m. dat. — recepi porro *et* monente Gernh. e Florentino.

qua tacente non negante culpam. — silentio repudiatae argumentum ducitur culpae.

99. *repudiatae repudiante* L.

mici flagellis cecidit et reus est iniuriarum: nam factum eius modestum esse nemo dixerit, fortasse, ut sit tutum, optinebit.

101 Quodsi *pars* expositionis *pro nobis*, *pars contra nos* erit, miscenda sit an separanda narratio, cum ipsa causae conditione deliberandum est. Nam si plura sunt, quae nocent; quae prosunt, obruentur. Itaque tunc dividere optimum erit, et iis, quae partem nostram adiuvabunt, expositis et confirmatis, adversus reliqua uti remediis, de quibus supra di-

102 ctum est. Si plura proderunt, etiam coniungere licebit, ut, quae obstant, in mediis velut auxiliis nostris posita minus habeant virium. Quae tamen non erunt nuda ponenda, sed, ut et nostra aliqua argumentatione firmemus, et diversa cur credibilia non sint, adiciamus: quia, nisi distinxerimus, verendum est, ne bona nostra permixtis malis inquinentur.

103 Illa quoque de narratione praecipi solent, ne qua ex ea fiat *excursio*; ne *avertatur* a iudice *sermo*; ne *alienae personae* vocem demus; ne *argumentemur*: adiciunt quidam etiam, ne utamur

100. *ut sit tutum*, ut non puniatur.
101. *quodsi quasi* T.
causae cond. cond. causae A.
obruentur obruuntur Amb. 1.
iis his A.
remediis v. Ern. L. R. s. v.
supra dictum § 66 sqq.
102. *etiam* c. Sp. maluit *iam*. equidem praefero *ita*.
auxiliis Ernesti L. R. lat. p. 89: „argumenta, quibus rem nostram defendimus, a Quintiliano *auxilia* dicta sunt, verbo e media re militari petito. cf. Gesneri adnotatio ad hunc locum, quem aliqua ex parte mendosum ita vel legendum vel certe intelligendum esse censeo: *si plura proderunt, etiam coniungere licebit, ut, quae obstant, in medio velut auxiliis nostris interposita minus habeant virium?*“
firmemus nostram a. a. firmamus T.
103. *de narr.* om. *de* T.
fiat fiant T.
argumentemur argumentetur T. mox *contigerit* L 1 m.

affectibus: quorum pleraque sunt frequentissime custodienda: imo numquam, nisi ratio coegerit, mutanda. Ut sit expositio perspicua et brevis, nihil 104
quidem tam raro poterit habere rationem, quam *excursio:* nec umquam debebit esse, nisi brevis, et talis, ut vi quadam videamur affectus velut recto itinere depulsi: qualis est Ciceronis circa nuptias 105
Sassiae: *O mulieris scelus incredibile, et praeter hanc unam in omni vita inauditum! O libidinem effrenatam et indomitam! O audaciam singularem! nonne timuisse, si minus vim deorum, hominumque famam, at illam ipsam noctem, facesque illas nuptiales? non limen cubiculi? non cubile filiae? non parietes denique ipsos, superiorum testes nuptiarum? Sermo* vero *aversus* a iudice et bre- 106
vius indicat interim, et coarguit magis; qua de re idem, quod in prooemio dixeram, sentio sicut de

ratio raro T.

104. *raro roro* T 1 m.

velut vel T. Iul. Vict. p. 90. Excessus in narratione perquam raro permittitur, et is tamen brevis et talis, ut vi quadam affectus videamur a recto itinere depulsi, qualis est Ciceronis circa nuptias Sasiae sermo.

105. *Ciceronis* or. p. Cluent. c. 6. Non discrepat lectio.

Sassiae Sosiae T. L. om. A 1 m., a 2 m. extat *osiae.* In Cicerone recepta legitur.

effrenatam efrenatam T.

nonne timuisse T. L. A. *non t.* Sp. In codice huius orationis, quem Florentiae ipse contuli, legitur: *nonne timuisti.*

si minus sin minus 2 m T.

at illam ad i. T 1 m. L.

testes superior testes 1 m. *testis* 2 m T.

106. *iudice iudici* 1 m T.

brevius brevis T.

indicat iudicat 2 m T.

qua de re de qua re A.

quod in prooemio interim excoarguit magis qua de re idem quod in itemque in prohemio dixerim T 1 m. *et coarguit* 2 m. *interim excoarguit magis interim quae de re id est quod de prohemio dixerim* L. — *quod de prooemio dixeram* Sp. A. quoque habet *quod in prooemio* i. e. ubi de prooemio disputabam, scil. 4, 1, 63 et 64.

dixeram dixerim L.

prosopopoeia, qua tamen non Servius modo Sulpicius utitur pro Aufidia: *Somnone te languidum, an gravi lethargo putem oppressum?* sed M. quoque Tullius circa navarchos (nam ea quoque rei expositio est), *Ut adeas, tantum dabis*, et reliqua.
107 Quid? pro Cluentio, Staleni Bulbique colloquium nonne ad celeritatem plurimum et ad fidem confert? Quae ne fecisse inobservantia quadam videatur, quamquam hoc in illo credibile non est, in Partitionibus praecipit, ut habeat narratio *suavitatem, admirationes, expectationes, exitus inopinatos, col-*
108 *loquia personarum, omnes adfectus. Argumentabimur*, ut dixi, numquam: *argumentum* ponemus aliquando; quod facit pro Ligario Cicero, cum dicit, sic eum provinciae praefuisse, ut illi pacem esse expediret. Inseremus expositioni et brevem, cum res

prosopopoeia prosopopeia quoque, qua Sp. om. *quoque* T. L. *Sulpicius suplicius* T.

Aufidia aut fidia 1 m T. L. *aut de fidia* 2 m T.

somnone somnove 2 m T. *somnio ne te* L.

oppres um pressum T. L.

M. om. T. *et M. quoque* L.

Tullius circa navarchos in Verr. 5, 45. — I. Victor p. 90: quandoquidem adversus iudicem, ut in prohoemio dictum est, habet quidem exempla, sed minime probabiliter fit apostrophe. Allocutio quoque aeque perquam raro admittenda est, nisi ubi opus tibi, et ubi ad celeritatem et ad fidem plurimum confert. Ut apud M. Tullium: *ut adeas, tantum dabis.*

rei regi T 1 m.

107. *Staleni staieni bullique* L. *staiebullique* T. *staiebulbique* A.

ad celeritatem h. e. brevitatem. celeritas et fides respiciunt ad § 106. *brevius indicat, coarguit magis.* Spald.

plurimum et ad plurimumque ad T.

in Partitionibus c. 9. *Suavis autem narratio est, quae habet admirationes, expectationes, exitus inopinatos, interpositos motus animorum, colloquia personarum, dolores, iracundias, metus, cupiditates.*

praecipit praecepit T. L. A. quod ferri non potest, cum antecedat *ne videatur.*

108. *argumentabimur argumentavimus* T. *argumentabimus* L. A.

ut dixi § 79.

pro Ligario c. 2.

poscet, defensionem et rationem factorum. Neque 109
enim narrandum est tamquam testi, sed tamquam patrono. Rei ordo per se talis est: *Q. Ligarius legatus cum Considio profectus.* Quid ergo M. Tullius? *Q. enim*, inquit, *Ligarius, cum esset nulla belli suspicio, legatus in Africam cum C. Considio profectus est.* et alibi: *Non modo nullum ad* 110
bellum, sed ne ad minimam quidem suspicionem belli. Et cum esset indicaturo satis: *Q. Ligarius nullo se implicari negotio passus est*, adiecit: *do-*

rationem narrationem L 1 m.

109. *tamquam — patrono* om. mediis T.

Q. Ligarius legatus cum Considio profectus. sic recepi. — *quc ligarius ligatus c. considio profectus.* T 1 m. *Q. ligarius legatus c. considio profectus* 2 m T. Amb. 1. *ligarius legatus in africam cum considio profectus est* L. *Q. Lig. l. i. A. c. C. C. p. est.* Sp. om. *est* T. A.

Q. enim Ligarius sic rursus legitur 11, 3, 162. Nunc quidem apud Ciceronem legitur p. Ligario c. 1: *Q. igitur Ligarius*, sed cod. Erfurt. nostram vindicat lectionem. Conf. I. Victor p. 88. sunt narrationes quae appellantur ἐγκατάσκευοι, quae incertus probationes habent non tam longas quam, illae retro. hoc enim interest, quod illic singulorum criminum vel singularum specierum narrationem probationes plenae sequuntur, hic autem sic mixta probationum semina habent, ut in narrationis cursu, quo laborare causa videtur, aut quod per se aut invidiae aliquid habiturum sit, aut parvum fide fulciatur. *Ut Q. Ligarius cum esset nulla belli suspitio, legatus in Africam profectus, non modo ad bellum sed ne ad minimam quidem suspitionem belli, domum spectans, ad suos redire cupiens.* Ita quod exponebat et ratione fecit credibile et *affectu*, verumtamen non argumentatione sed argumento.

Africam affricam T.

cum C. Considio om. *cum* T. *C.* L.

110. *et alibi* om. *et* Sp. Illud dant T. L. A. Conf. c. 2. hui. orat.

nullum ad bellum T. et A. om. *nullum.* Receptam dat L. Sp., eademque legitur supra § 51. in omnibus codd. omittitur autem ab I. Victore quoque, et probatur a Zumpt. ego quoque hunc usum probarem, si verbum *profectus est* in fine sententiae sequeretur, non in fronte esset collocatum. nam nemo dicere potest: *profectus est non modo ad bellum, sed ne ad minimam quidem suspicionem belli.* at potius: *non modo ad bellum, sed ne ad minimam quidem suspicionem belli profectus est*, quia ratio sic explicanda est: *non modo ad bellum, sed etiam ad suspicionem belli ullam non profectus est.* Tetigi eandem rem ad Ciceronis *Oratorem* cap. 2.

sed ne ad et ad T 1 m. *sed nec ad* 2 m.

satis Q. satisque L.

nullo se implicari cap. 1.

mum spectans, ad suos redire cupiens. Ita, quod exponebat, et ratione fecit credibile, et *adfectu*
111 quoque implevit. Quo magis miror eos, qui non putant utendum in narratione *adfectibus.* Qui si hoc dicunt: *non diu, neque ut in epilogo*, mecum sentiunt; effugiendae sunt enim morae. Ceterum cur ego iudicem nolim, dum doceo, etiam movere?
112 Cur, quod in summa parte sum actionis petiturus, non in primo statim rerum ingressu, si fieri potest, consequar? cum praesertim etiam in probationibus faciliorem sim animum eius habiturus occupatum vel
113 ira vel miseratione. An non M. Tullius circa verbera civis Romani omnes brevissime movet adfectus, non solum conditione ipsius, loco iniuriae, genere verberum, sed animi quoque commendatione? Summum enim virum ostendit, qui, *cum virgis caederetur, non ingemuerit, non rogaverit; sed tantum civem Romanum esse se* cum invidia caeden-
114 tis et fiducia iuris clamaverit. Quid? Philodami casum nonne cum per totam expositionem incendit

ad suos T. L. A. *et ad suos* Sp. Erfurtensis item omittit *et* sp. Ciceronem. Non discrepat lectio.

adfectu q. implevit. Sic A., ut optaverat Sp. *affectus* T. L. Sp. Gernhard *affectus* pro accusativo habet, quare *affectus implevit* explicat affectus excitavit, movit. Sed conf. Ernesti Lex. Techn. v. *implere.*

111. *non diu, neque ut in epilogo* scil. utendum esse affectibus.

dum doceo sic scripsi. *dum ego doceo* T. L. *ego* repetitum videtur ex proximo *cur ego.* Regius coniecit *dum cum doceo*, quod Spald. receperat. A. siletur.

112. *sum actionis actionis sum* coni. Sp. Conf. 3, 4, 16. 4, 1, 49.

faciliorem — occupatum A. *faciliore sim animum eius at* (corruptae lect. index) *ambitur occupatum* T. *faciliore sim animo eius abusurus, occupato* L. (si recte meminī) Sp. Turicensis, quamvis sit corruptus, Ambrosiani lectionem tuetur.

113. *civis cuius* 1 m T. Conf. in Verr. 5, 62.

Romanum esse se A. om. *se* T. *se Romanum esse* Sp. Cicero in Verr. 5, 64. *hoc tu confiteris illum clamitasse, se civem esse Romanum.* c. 63. *in crucem tu agere ausus es quemquam, qui se civem Romanum esse diceret.* c. 62. *nulla vox alia audiebatur nisi haec Civis Romanus sum.*

114. *Philodami filodami* T. Conf. in Verr. 1, 80.

invidia, tum in supplicio ipso lacrimis implevit, cum flentes non tam narraret, quam ostenderet, *patrem de morte filii, filium de patris?* Quid ulli epilogi possunt magis habere miserabile? Serum 115
est enim, advocari iis rebus adfectum in peroratione, quas securus narraverit; adsuevit illis iudex, iamque eas sine motu mentis accipit, quibus commotus novis non est: et difficile est nobis, mutare habitum animi semel constitutum. Ego vero (neque enim 116
dissimulabo iudicium meum, quamquam id, quod sum dicturus, exemplis magis quam praeceptis ullis continetur) narrationem, ut si ullam partem orationis, omni, qua potest, gratia et venere exornandam puto. Sed plurimum refert, quae sit natura eius

flentes flentis 2 m T. A.
non tam notam n. quam T 1 m. *notam n. qua* 2 m.
115. *advocari* T. L. *advocare* Sp.
iis is r. att. in perorationem T. *his r. affectum perorationen* L. *his* A.
narraverit L. T 2 m. A. siletur. *narraverint* 1 m T. *narraveris* Sp.
adsuevit adscvit 1 m. *adsentit* 2 m T.
novis nobis 1 m T. L. A. *a nobis* 2 m T. Gernhardo Add. placet *nobis.*
hab. animi animi hab. A.
116. *dissimulabo dissimilabo* T.
iudicium idicium 1 m T.

ut si ullam ac si ullam T 2 m. — Duae locutiones in unam contractae. *narrationem, ut ceteras partes orationis, omni gratia exornandam puto.* i. e. narratio non minus, quam ceterae orationis partes, omni gratia est exornanda. Tum aliud adiicitur: *narrationem, si ulla pars orationis exornanda est, exornandam esse puto.* Sic utraque particula iustam habet rationem. Gernh. primus de hac coniunctione monuit. Die Erzählung muss wie ieder andere Redetheil, wenn irgend einer dasselbe gestattet, anmuthig und schön sein. narrationem ut ceteras partes orationis, (si qua exornanda est,) omni gratia exornandam puto.

venere vere T.

plurimum refert I. Victor p. 90. plurimum refert, quae sit natura ei rei quam exponimus, ut in privatis quaestionibus pressus et veiut applicitus rei sit cultus. 'In verbis utpote quam propriis et accommodatis et summa diligentia deliniatis, compositio dissimulata quidem sed tamen quam lenis et placida decurrat. „*Pressum* et veluti *applicitum* rei cultum opponit Quint. *copiae orationis circumiectae,* plane ut Graeci *συνεστραμμένην* et *πεπυκνωμένην λέξιν* con-

117 rei, quam exponimus. In parvis ergo, quales sunt fere privatae, sit ille pressus et velut adplicitus rei cultus, in verbis summa diligentia; quae in locis impetu feruntur, et circumiectae orationis copia latent, hic expressa et, ut vult Zenon, *sensu tincta esse* debebunt: compositio dissimulata quidem, sed tamen quam iucundissima: figurae, non illae poe-
118 ticae, et contra rationem loquendi auctoritate vete-

trariam τῇ περιβεβλημένῃ facere solent; gedrängter, der Sache genau angepasster Vortrag im Gegensatz des ausführlichern und ausschweifenden.“ Ernesti L. T. v. *pressus*. Supra 4, 1, 60 *circumlatam* orationem dixit.

exponimus exponemus A.

117. *fere ferrei priv.* 1 m. *fere pr.* 2 m T. *quales sunt res priv.* L.

adplicitus adphicitus regi T 1 m. *adplicatus* L. mox *in locum* T.

in locis — hic i. e. in locis communibus — in parvis causis. „Docet Quint., in rebus parvis et causis privatis narrationem habere debere pressum et rei applicitum cultum, non copiam circumiectae orationis, verba autem *expressa*, et ut Zeno dixerit, *sensu tincta*, hoc est, eo cum delectu posita, ut singula fere verba aliquod νόημα fundant: geist- und gedankenreiche Gedrängtheit, wo fast iedes Wort einen Gedanken enthält oder veranlasst, im Gegensatze jenes müssigen Schwalles von Worten, bey denen sich wenig denken lässt. Iam hoc plane intelligimus esse, quod illustrandi causa addidit: *sensu tingere verba*, felicissima metaphora, in qua Graeci praeiverant, quibus, ut Suidas retulit, Aristoteles dicebatur propter eandem illam foecundae brevitatis virtutem ἀποβρέχειν τὸν κάλαμον εἰς νοῦν, ieder Federstrich ein Gedanke. Bene etiam Gallaeus ad Quintil. attulit locum Isidori Origg. l. 2. (p. 55. ed. Basil. 1577) Aristoteles, quando περὶ ἑρμηνείας scriptitabat, calamum in mente tingebat.“ Ernesti L. R. v. *exprimere*. Spald. in praef. Tom. 3. p. X. locum Stobaei attulit, qui idem de Zenone dicit.

feruntur fecerunt 2 m T.

Zenon Zeno T. L. Sp. conf. 2, 20, 7.

tincta om. T. *vincta* L.

compositio composito T.

118. *contra rationem loquendi* sic Amb. 1. L. I. Victor p. 91. figurae verborum non illae poeticae et contra rationem loquendi auctoritate veterum receptae, debet enim esse purissimus sermo. nec vero in eundem casum simili conpositione pares elocutionum tractus incidant. — *contra finem loquendi* T. — Verba nec poetica neque obsoleta esse debent et ex vetustissimis scriptoribus sumpta. Die Wendungen, die man in der Erzählung wählt, sollen nicht poetisch, noch solche alter Schriftsteller sein, welche der ietzige Stil verworfen hat. *contra fidem loquendi* Sp. mox *sed qui — effugiat — lévet* L.

rum receptae (nam debet esse quam purissimus sermo), sed quae varietate taedium effugiant, et mutationibus animum levent: ne in eumdem casum, similem compositionem, pares elocutionum tractus incidamus. Caret enim ceteris lenociniis expositio, et, nisi commendetur hac venustate, iaceat necesse est. Nec in ulla parte intentior est iudex: eoque nihil 119
recte dictum perit. Praeterea, nescio quomodo etiam credit facilius, quae audienti iucunda sunt, et voluptate ad fidem ducitur. Ubi vero maior res 120
erit, et atrocia invidiose, et tristia miserabiliter dicere decebit: non, ut consumantur adfectus, sed ut tamen velut primis lineis designentur, et plane, qualis futura sit imago rei, statim appareat. Ne *sen-* 121
tentia quidem velut fatigatum intentione stomachum iudicis reficere dissuaserim, maxime quidem brevi interiectione, qualis est illa: *Fecerunt servi Milonis,*

tractus dicitur in enuntiatione certa quaedam verborum collocatio et compositio, a certo dicentis consilio pendens, quos etiam *ductus* appellat 9, 4, 30. „gleiche Structur der Sätze." Ernesti L. B. v. *ductus*.

lenociniis cuius T.

119. *ulla illa* T.

iucunda vincula L 1 m.

120. *invidiose invidiuosa et tristitia* 1 m. *invidiosa et tristia* 2 m T. L. Iul. Victor l. l. Ubi autem maior res erit, et atrocia invidiose et tristia miserabiliter dicere licebit, non ut consumatur affectus, sed tamen velut primis lineis designetur, ut qualis futura sit imago rei, statim appareat.

sed ut tamen sic Gernhard cum Obrecht et A. om. *sed* T 1 m. absorptum ultima littera praeced. vocabuli *affectus. non consum. affectus ut tamen* L. *sed tamen* Sp.

designentur desingnentur T.

et plane A. *ut pl.* T. L. Sp.

121. *sententia* conf. Ern. Lex. Tech. v. *sententia* p. 352. sic dicitur animadversio quaedam vim loci communis habens, eine Reflexion, ein Sentiment, eine moralische Bemerkung, die in der Erzählung leicht eingewebt und hingeworfen wird.

quidem — brevi om. mediis T.

brevi interiectione Sic recepi ex T. L. A. *breviter iniecta* Sp. — Iul. Victor l. l. Sententiis quoque fatigatam iudicis intentionem refici oportet et maxime *brevi interiectione* qualis est illa: fecerunt servi Milonis quod suos quisque servos in re tali facere voluisset. — *brevi interiectione sit qualis* 2 m T.

fecerunt Cic. p. Mil. c. 10. Non discrepat lectio.

quod suos quisque servos in tali re facere voluisset: interim paulo liberiore, qualis est illa: *Nubit genero socrus nullis auspicibus, nullis auctoribus,* 122 *funestis ominibus omnium.* Quod cum sit factum iis quoque temporibus, quibus omnis ad utilitatem potius quam ostentationem componebatur oratio, et erant adhuc severiora iudicia: quanto nunc faciendum magis, cum in ipsa capitis aut fortunarum pericula inrupit voluptas? cui hominum desiderio quantum dari debeat, alio loco dicam. Interim aliquid 123 indulgendum esse confiteor. Multum confert adiecta veris credibilis rerum imago, quae velut in rem praesentem perducere audientes videtur, qualis est illa M. Caeli in Antonium descriptio: *Namque ipsum offendunt temulento sopore profligatum, totis praecordiis stertentem, ructuosos spiritus geminare, praeclarasque contubernales ab omnibus spondis transversas incubare, et reliquas circum-*

in tali re Amb. 1. ut in Cicerone legitur et apud Quintil. 7, 1, 37. *ut in re tali* T. L. Sp. mox *voluisse* L 1 m.

genero genere 1 m T.

ominibus omnium hominibus omnium T 1 m. L. Iul. Vict. p. 91. nonnumquam et liberior ut est: nubit genero socrus, nullis auspicibus, nullis auctoribus, funestis ominibus omnium. Sic in Cicerone etiam p. Cluent. c. 5. edidit Orellius noster. Spald. aut *funestis ominibus omnium omnibus* aut *funestis ominibus* volebat. — Ego voc. *omnium* desidero propter praecedd. *nullis — nullis.*

122. *iis is* 1 m. *his* 2 m T. L. A.

quam ostentationem T. L. *quam ad ostentationem* Sp. Differt Quintiliani consuetudo, ut in multis aliis, ita in hoc quoque a sermone Ciceronis, ut hic praepositionem semper fere repetat, ille pene nunquam.

alio loco attulerunt editores Pro. lib. 8. item 8, 8, 6 sqq. 12, 9, 5.

123. *audientes audientis* 1 m T.

M. Caeli in Antonium Alterum fragmentum affertur 9, 3, 58. — Codex Quintiliani Gasp. Barthii, quem Basileae invenerat, et ex quo hunc locum illustravit, non amplius inter libros illius bibliothecae extat, ut a Gerlach, professore clarissimo, comperi.

stertentem sternentem 1 m T. L 1 m.

ructuosos ructuosus 1 m T.

transversas versas transversas Barthii codex in Adversa. XIV. 18.

et reliquas et reliquias temulentiae c. ibid.

iacere passim: quae tamen exanimatae terrore, 124
hostium adventu percepto, excitare Antonium conabantur, nomen inclamabant, frustra a cervicibus tollebant, blandius alia ad aurem invocabat, vehementius etiam nonnulla feriebat; quarum cum omnium vocem tactumque noscitaret, proximae cuiusque collum amplexu petebat; neque dormire excitatus, neque vigilare ebrius poterat; sed semisomno sopore inter manus centurionum concubinarumque iactabatur. Nihil his neque credibilius fingi, neque vehementius exprobrari, neque manifestius ostendi potest.

Ne illud quidem praeteribo, quantam adferat 125
fidem expositioni *narrantis auctoritas:* quam mereri debemus ante omnia quidem vita, sed et ipso genere orationis; quod quo fuerit gravius ac sanctius, hoc plus habeat necesse est in affirmando ponderis quoque. Effugienda igitur in hac praecipue parte 126
omnis calliditatis suspicio (neque enim se usquam custodit magis iudex): nihil videatur fictum, nihil sollicitum; omnia potius a causa, quam ab oratore,

124. *quae hae* ib.
Antonium hominem ib.
inclamabant haec nomen inclamabat ib.
a cervicibus A. *frusta cerv.* T 1 m. *frustra cerv.* 2 m T. L. Sp. *haec frustra cervicibus tollebat.* ibid.
blandius blanditias 2 m T.
invocabat sic 2 m. *invocabant* 1 m T.
noscitaret noscitare 1 m T. *voce tactuque oscitaret* 2 m. *dignoscitaret* Barth. Codex.
petebat appetebat ibid.
sopore inter sop. et inter A.
exprobrari exprobari T.

125. *ne illud neque i.* T. L. A.
adferat adfert A.
sed et om. *et* 1 m T.
orationis narrationis 1 m T.
ac sanctius santius 1 m T. *ac* addidi ex Amb. 1., in ceteris deest.
habeat habet 1 m T. L.
ponderis quoque Amb. 1. *quoque* p. ceteri.

127 profecta credantur. At hoc pati non possumus, et perire artem putamus, nisi apparet: cum desinat ars esse, si apparet. Pendemus ex laude, atque hanc laboris nostri ducimus summam. Ita, quae circumstantibus ostentare volumus, iudicibus prodimus.

Est quaedam *repetita narratio*, quae *ἐπιδιή-*
128 *γησις* dicitur, sane res *declamatoria* magis quam *forensis*, ideo autem reperta, ut, quia *narratio* brevis esse debet, fusius et ornatius res possit exponi, quod fit vel invidiae gratia vel miserationis. Id enim raro faciendum iudico, neque sic umquam, ut totus ordo repetatur; licet enim per partes idem consequi. Ceterum, qui uti *ἐπιδιηγήσει* volet, narrationis loco rem stringat, et contentus indicare, *quod factum sit; quo sit modo factum*, plenius se loco suo expositurum esse promittat.

Initium narrationis quidam utique faciendum a
129 persona putant: eamque, si nostra sit, ornandam; si aliena, infamandam statim. Hoc sane frequentissimum est, quia personae sunt, inter quas litiga-

127. *at hoc* Sic scripsi, quod nunc Amb. 1. confirmatur. *ab hoc* T. *sed hoc* Sp.
nisi apparet T. A. in Tur. nil omittitur, in L. *nisi apparet. pendemus* legitur om. mediis.
esse esset 1 m T.
ducimus dicimus summa T.
est T. A. *est et q.* Sp. *est quaedam etiam* L.
ἐπιδιήγησις ΕΠΙΘCIC 1 m. *epithesis* 2 m T.

128. *esse esset* 1 m T.
possit T. Flor. fort. A. prob. Zumpt. *posset* Sp. Cassiodorus p. 367. Capp. *Ἐπιδιήγησις* fit ad augmentum vel invidiae vel miserationis in adversis.
id enim Amb. 1. *id est* T. L. *id esse* T 2 m. Sp. mox *iudicio* T 1 m. L. *id ego* coni. Spald.
ἐπιδιηγήσει ΕΠΙΔΙΗCΕΙ 1 m. *epithesi* 2 m T.
loco rem Amb. 1. *rem loco* T. L. Illud dabat Sp. ex coni. Francii.
quod factum sit A. *quod facti sit* T. *quid facti sit* Sp.
129. *a persona* Cassiodorus p. 367. Initium narrationis a persona fit: et ea si nostra est, ornetur, si aliena, infametur.
ornandam ordinandam T.

tur. Sed hae quoque interim cum suis accidenti- 130
bus ponendae, cum id profuturum est, ut: *A. Cluentius fuit pater huiusce, iudices, homo non solum municipii Larinatis, ex quo erat, sed regionis illius et vicinitatis, virtute, existimatione, nobilitate princeps:* interim sine his ut, *Q. enim Li-* 131
garius cum esset, frequenter vero et a re sicut pro Tullio Cicero: *Fundum habet in agro Thurino M. Tullius paternum:* Demosthenes pro Ctesiphonte: *Τοῦ γὰρ Φωκικοῦ συστάντος πολέμου.* De *fine* narrationis cum iis contentio, qui perduci expositio- 132
nem volunt eo, unde quaestio oritur: *His rebus ita gestis, P. Dolabella praetor interdixit, ut est consuetudo, de vi, hominibus armatis, sine ulla exceptione: tantum ut, unde deiecisset, restitueret;* deinde *restituisse se dixit. Sponsio facta est; hac*

130. *hae hec* T. L. A.

Cluentius Cluentius Habitus Sp. Omitt. *Habitus* T. L. Amb. 1. et in codice Florentino huius orationis, quem supra laudavi.

huiusce huius cui dicis T.

Larinatis lariantis T.

sed regionis ap. Ciceronem p. Cluent. c. 5. legitur: *sed etiam reg.* quod fortasse cum Obrechto A. tuetur.

princeps facile princeps Cicero.

131. *Q. enim Ligarius* Amb. 1. conf. supra § 109. om. *enim* in ceteris. *quae lig.* T 1 m.

agro Thurino turino T. *Tigurino* Ioannens. Beier in fragm. orat. p. Tullio c. 14. p. 22 seq. „unus, inquit, Quintiliani cod. Ambrosianus *Tyrinus* ut Cic. Ambros. infra § 19., quod fortasse verum est.“ —

Ctesiphonte ctesifonte T. *ctesiponte* A.

τ. γ. Φωκικοῦ ΤΟΤ ΓΑΡ ΦΤCΙΚΟΤ CΤΝΙΤΑΝΤΟC ΠΟΛΕΜΟΤ T. v. Oratores Attici ed. Bekker. T. 4. p. 205.

συστάντος σισταντος A.

fine I. Victor p. 91. finem narrandi quidam dicunt perducendum esse eo, unde quaestio oritur, ut *his rebus ita gestis Publius Dolabella praetor interdixit.* et cetera. deinde *ex hac quaestione vobis iudicandum est.* Quod ait Quintilianus, a petitore semper fieri posse, a defensore non semper. — Cassiodorus p. 367. finis narrationis fit, quum eo perducitur expositio, unde quaestio oritur.

132. *contentio, qui* T. L. A. *cont. est, qui* Sp.

his rebus Cicero p. Caecina c. 8. Non discrepat lectio.

deinde hoc vocab. inserunt T. L. Amb. 1. — om. a ceteris et a Sp. — pertinet autem non ad Ciceronis verba, sed significat: *de-*

de sponsione vobis iudicandum est. Id a petitore semper fieri potest, a defensore non semper.

De Egressione.

III. Ordine ipso narrationem sequitur *confirmatio.* Probanda sunt enim, quae propter hoc exposuimus. Sed priusquam ingrediar hanc partem, pauca mihi de quorundam opinione dicenda sunt. Plerisque moris est, perlato rerum ordine, protinus utique in aliquem laetum aut plausibilem locum, 2 quam maxime possint favorabiliter, excurrere. Quod quidem natum ab ostentatione declamatoria, iam in forum venit, postquam agere causas non ad utilitatem litigatorum, sed ad patronorum iactationem repertum est: ne, si pressae illi (qualis saepius desideratur) narrationis gracilitati coniuncta argumentorum pugnacitas fuerit, dilatis diutius dicendi volu- 3 ptatibus oratio refrigescat. In quo vitium illud est, quod sine discrimine causarum atque utilitatis hoc, tamquam semper expediat aut etiam necesse sit, faciunt: eoque sumptas ex iis partibus, quarum alius erat locus, sententias in hanc congerunt, ut plurima aut iterum dicenda sint, aut quia alieno loco dicta 4 sunt, dici suo non possint. Ego autem confiteor,

inde pergit i. e. hac expositione finita sic ad quaestionem transit. — mox om. *se* T. et haec — *indicandum* 1 m T.

CAP. III.

1. *perlato* T. L. *prolato* Sp.
aut T. L. *ac* Sp.

2. *ne, si nisi* 1 m T. mox *narrationi* T 1 m. L.
pugnacitas pugnatitas 1 m T.

3. *iis his* T. L.
d. sint, d. sunt T 1 m.
quia alieno quia alia alieno T. L. A. quod Gernh. Add. defendere conatur.

4. *ego autem* om. *ego* 1 m T. *at confiteor* 2 m.

hoc expatiandi genus non modo narrationi, sed etiam quaestionibus vel universis vel interim singulis opportune posse subiungi, cum res postulat aut certe permittit, atque eo vel maxime illustrari ornarique orationem: sed, si cohaeret et sequitur; non, si per vim cuneatur, et, quae natura iuncta erant, distrahit. Nihil enim tam est consequens quam narrationi 5
probatio, nisi excursus ille vel quasi finis narrationis, vel quasi initium probationis est. Erit ergo illi nonnumquam locus: ut, si expositio circa finem atrox fuerit, prosequamur eam, veluti spiritu erumpente protinus indignatione. Quod tamen ita fieri opor- 6

hoc expatiandi hoc spatiandi Amb. 1. abraso *ex*. I. Victor p. 91. *hoc spaciandi genus* non modo narrationi sed etiam quaestionibus vel universis vel interim singulis oportune subiungi potest, sed non semper verum cum res postulat aut permittit. si illustratur eo oratio, si coheret et sequitur, non si per vim irrumpit, ut ea quae natura iuncta sunt, disrumpat vel distrahat.

narrationi narrationis T 1 m.

universis universas 1 m T.

opportune oportune T.

atque eo In hoc loco interpolatus est A., qui sic legit: *cum res postulat aut permittit aut* (a adiec. alt. m.) *certe queat eo vel maxime inlustrari ornarique oratio: nam et si* etc. Probavit hanc lect. Gernh. Add.

cuneatur conetur 2 m T. *contineatur* L.

natura naturae T. L.

5. *nisi* T. A. *nisi si* Spald. probante Buttmanno ad l. XII, 9, 11.

quasi — initium om. mediis T. C. lul. Victor p. 92. *Nihil enim tam consequens quam narrationi probatio nisi excursu illo vel finis narrationis vel quasi initium probationis adiuvetur. — ille egressio quasi initium* Amb. 1. quae lectio interpolata videtur. cum enim alterum membrum, quod ad *vel* respiciebat, in cod. omissum esset, ad primum *vel* supplebat aliquis *egressio*.

ut, si ut se L. om. *ut* A.

veluti spiritu prosequamur eam spm̄ (spiritum) *erumpentem* T 1 m. *p. e. spiritu erumpente* 2 m. *p. eam spiritum erumpente protenus* L. *p. eam spiritum rumpente* Amb. 1. — I. Victor p. 92. erit ergo illi nonnumquam locus, ut si expositio circa finem atrox fuerit, *prosequamur eam veluti inrumpente protinus invectione*. quod tamen ita fieri oportebit, si res dubitationem non habebit, quia criminum invidia pro reo est prius quam probatur. Verte: dann können wir diesen Punkt noch länger besprechen, weil das Feuer der Rede im Zorne gewaltsam hervorbricht.

6. *ita ea* T.

tebit, si res dubitationem non habebit; alioqui prius est, quod obiicias, verum efficere, quam magnum: quia criminum invidia pro reo est, priusquam probabitur; difficillima est enim gravissimi cuiusque sceleris fides.
7 Idem fieri non inutiliter potest, ut, si merita in adversarium aliqua exposueris, in ingratum inveharis: aut, si varietatem criminum narratione demonstraveris, quantum ob eam periculum intentetur, osten-
8 das. Verum haec breviter omnia. Iudex enim, ordine audito, festinat ad probationem, et quamprimum certus esse sententiae cupit. Praeterea cavendum est, ne ipsa expositio vanescat, aversis in aliud animis, et inani mora fatigatis.
9 Sed ut non semper est necessaria post narrationem illa procursio, ita frequenter utilis ante quaestionem praeparatio: utique, si prima specie minus erit favorabilis; si legem asperam tuebimur; aut poe-

alioqui alioquin 2 m T.
quia qua 1 m T.
criminum invidia accusatores nimis augere rem vulgo credimus, ideoque iis invidemus. — *criminum* dant T. L. A. *criminis* Sp.
pro reo pro ore est usquam T.
probabitur T. L. A. *probatur* Sp.
7. *ut, si ut sit si* 1 m. *ut fit si* 2 m T.
merita I. Victor l. l. licet autem et si merita aliqua in adversarium exposueris, invehi in ingratum et similia: sed omnia breviter, iudex enim crimine audito festinat ad probationem. Praeterea cavendum est, ne ipsa expositio evanescat aversis in aliud animis iudicum.
varietatem veritatem A.
ob eam A. *ob ea* T. L. Sp.
8. *festinat festinet* 1 m T. L.
aversis adversis L.
9. *sed ut* I. Victor: sed sicut non semper est necessaria post narrationem progressio, ita frequenter utilis ad quaestionem praeparatio, ut sit hic locus velut sequentis exordium ad conciliandum probationibus iudicem vel mitigandum vel concitandum, quod vehementius et liberius hic fieri potest quam in prohemio, quia iudici nota iam causa est. — *et ut* T. A. littera *s* absorpta praecedenti *s*.
si prima utique primam speciem iusserit 1 m. *inserit* 2 m T. om. *si* L. A. In hoc loco vitium latet.
si l. om. *si* T. A.
tuebimur om. L. A.
aut poen. ac poen. A.

narias actiones inferemus: est hic locus velut sequentis exordii, ad conciliandum probationibus nostris iudicem, mitigandum, concitandum. Quod liberius hic et vehementius fieri potest, quia iudici nota iam causa est. His igitur velut fomentis, si 10
quid erit asperum, praemolliemus, quo facilius aures iudicum, quae proposituri erimus, admittant, ne ius nostrum oderint. Nihil enim facile persuadetur invitis. Quo loco iudicis quoque noscenda natura 11
est, iuri magis, an aequo, sit adpositus? proinde enim magis aut minus erit hoc necessarium.

Ceterum res eadem et post quaestionem perorationis vice fungitur. Hanc partem παρέκβασιν vo- 12
cant Graeci, Latini *egressum*, vel *egressionem*. Sed hae sunt plures, ut dixi, quae per totam causam varios habent excursus, ut *laus hominum locorumque*, ut *descriptio regionum*, *expositio quarumdam*

inferemus tuebimur T. A.
est hic Spald. volebat *et est hic*. Fortasse legendum est: *ut, si prima specie — inferemus — sit hic locus* etc.
exordii ad exordia ad T 1 m. L. *exordium ad* T 2 m. omitt. *ad* A.
quod quod liberius hoc veh. 1 m. *quod quo liberius hoc veh.* 2 m T. *quod liberius hoc* L. *hic vehem.* A. Gernh. Add. placet e Gothano *Quod liberius hic fieri potest.*
nota iam c. *iam* c. *n.* A.

10. *his igitur hic ig.* T. L. A.
quo quod 1 m T. L.
propositurі T. L. A. *post dicturi* Sp.
ius nostrum iustum T. A.
persuadetur persuadetur invitus 1 m T.

11. *quo loco* I. Victor: quo loco iudicis quoque noscenda natura est, iuri magis an aequo sit apposita. primumque conciderenus quid faciendum sit. haec eadem res et post quaestionem perorationis vice fungitur.
loco T. A. *loco tamen* Sp.
magis — aut minus om. mediis T. A. om. prius *magis* L.
vice vicem T.

12. *παρέκβασιν paregrasin* A.
hae haec A.
ut dixi § 4.
locorumque locorum A.

13 *rerum gestarum*, ut *laetitia fabularum.* Quo ex genere est in orationibus contra Verrem compositis *Siciliae laus*, *Proserpinae raptus;* pro C. Cornelio *popularis illa virtutum Cn. Pompeii commemoratio:* in quam ille divinus orator, veluti nomine ipso ducis cursus dicendi teneretur, abrupto, quem in-
14 choaverat, sermone devertit actutum. *Παρέκβασις*

ut laetitia fabularum Amb. 1. Flor. 1 m. *ut laetitia fabulasarum* T 1 m *ut l. fabularum* 2 m. Hanc lectionem monstrum scripturae iudicavit Spald. Zumpt primus eam vindicavit. — Plures sunt digressiones, quae in omnibus orationis partibus varie adhiberi possunt, ut laus hominis, ut descriptio regionis, ut expositio factorum, ut laetitia vel iucunditas fabulae. Inserebant enim saepe oratores laetas fabulas ut Cicero Proserpinae raptum. digrediebantur non raro oratores in laetam quandam fabulam ad recreandos iudicum animos. Ceteri codd. interpolati sunt. Lasb. enim dat *expositio quarundam rerum gestarum sed etiam fabulosarum.* Cassiodorus p. 868. Egressus est vel egressio, hoc est *παρέκβασις*, quum intermissa parum re proposita quiddam inseritur delectationis utilitatisve causa. *Sed hae sunt plures, quae per totam causam varios excursus habent, ut laus hominum locorumque et descriptio regionum, expositio quarundam rerum gestarum vel etiam fabulosarum.* l. Victor p. 92: Haec eadem res et post quaestionem perorationis vice fungitur. et appellatur parecbasis, in qua plures sunt occasiones, quae per totam causam varios excursus aperiant *ut laus hominum locorumque, ut descriptio regionum, expositio quarundam rerum, licet etiam fabulosarum.* Spald. dedit *expositio quarundam rerum gestarum vel etiam fabularum.* Notandum denique, illud *ut laetitia* facile potuisse corrumpi in *licet etiam* et *vel etiam.*

13. *quo ex g.* l. Victor: quo ex genere est contra Verrem laus Siciliae, Proserpinae raptus, et pro Gaio Cornelio popularis illa virtutum Gnei Pompeii commemoratio.

pro C. Cornelio pro g. C. Amb. Incidi nuper in fragmentum ex Cornelianis, quod, cum collectionem meam fragmentorum Ciceronis cum Orellio V. Cl. communicavi, nondum exploraveram. Pithoeus enim id attulit ad Schulting. Iurisprud. Vet. Antiiust. p. 745. ex Servio ad XI Aeneid. (X, 72.) *Ne fraudi sit ei, qui populum ad concionem vocarit.*

Cn. Pompeii gn. pomp. A.
in quam in qua 2 m T.
orator divinus moratur T. *diu immoratur* A.
veluti A. *velut* T. L. Sp.
devertit divertit 2 m T. L.
actutum actantum T. *actotum* L. *hac totum* Amb. 1. Spald. (ap. Zumpt.) emendabat *hoc totum.* (quod non intelligo.)

14. *παρέκβασις ΠΑΡΕΡΒΑCΕΙC* 1 m. *parerbasis* 2 m T. *parcubasis* A.

est (ut mea quidem fert opinio) *alicuius rei*, *sed ad utilitatem causae pertinentis*, *extra ordinem excurrens tractatio.* Quapropter non video, cur hunc ei potissimum locum adsignent, qui rerum ordinem sequitur; non magis quam illud, cur hoc nomen ita demum proprium putent, si aliquid in digressu sit *exponendum*, cum tot modis a recto itinere declinet oratio. Nam quidquid dicitur praeter illas quin- 15
que, quas fecimus, partes, egressio est, *indignatio*, *miseratio*, *invidia*, *convicium*, *excusatio*, *conciliatio*, *maledictorum refutatio.* Similia his, quae non sunt in quaestione, omnis *amplificatio*, omnis *minutio*, omne *adfectus genus*, atque ea maxime iucundam et ornatam faciunt orationem: *de luxuria*, *de avaritia*, *de religione*, *de officiis;* quae cum sint argumentis subiecta similium rerum, quia cohae-

tractatio I. Victor p. 94: Per haec igitur parecbasis id est egressio esse intelligitur alicuius rei ad utilitatem causae pertinentis extra ordinem excurrens tractatio.

odsignent assignant A.

15. *quidquid dicitur nam quid dicitur* T. Cassiodorus p. 368. Sed indignatio, miseratio, invidia, convicium, excusatio, conciliatio, maledictorum refutatio et similia. amplificatio minutio omnis affectus genus de luxuria de avaritia de religione aut officiis neglectis vel oblitis cum suis argumentis, quia cohaerent, egredi non videntur. I. Victor p. 94: quicquid igitur dicitur, quod sit praeter illas quas fecimus partes orationis, id est prohemium narrationem quaestiones et epilogum, ea profecto progressio est: id est indignatio laus interpellatio interventus alicuius, tumultus repentinus, amplificatio minutio affectus. de luxuria, de avaricia de religione de officiis, et innumerabilia sunt, quae maxime iocundam et ornatam faciunt orationem.

refutatio restitutio T.

similia his, *quae* notandum, *quae* non ad *his* sed ad *similia* pertinere.

omnis minutio, *omne* sic scripsi. *omnis amplificatio omnis affectus genus* T. Amb. 1. *omnis amplificatio minutio omnes affectus genus* L. — Zumpt probat omissionem vocab. *minutio*, quod tamen a Cassiodoro et I. Victore quoque exhibetur. Excidit enim, opinor, errore hoc vocab., cuius vestigium in *omnis* latet, cum id non ad tertium membrum *affectus genus* pertinere possit

atque ea Spald. volebat *et quae maxime.* Hand ad Tursell. 1. p. 499. optime defendit hunc particulae usum.

sint sunt T 1 m.

rerum reum 1 m T.

16 rent, egredi non videntur. Et plurima sunt, quae rebus nihil secum cohaerentibus inseruntur, quibus iudex reficitur, admonetur, placatur, rogatur, laudatur. Innumerabilia sunt haec, quorum alia sic praeparata afferimus: quaedam ex occasione vel necessitate ducimus, si quid nobis agentibus novi accidit, interpellatio, interventus alicuius, tumultus.
17 Unde Ciceroni quoque in prooemio, cum diceret pro Milone, degredi fuit necesse, ut ipsa oratiuncula, qua usus est, patet. Potest autem paullo longius exire, qui praeparat aliquid ante quaestionem, et qui finitae probationi velut commendationem adicit. At, qui ex media erumpit, cito ad id redire debet, unde devertit.

De Propositione.

IV. Sunt, qui narrationi *propositionem* subiungant, tamquam partem iudicialis materiae: cui opinioni respondimus. Mihi autem *propositio* videtur

16. *et sed* Sp. Illud dant T. L. A.
innumerabilia sunt haec delend. put. Sp.
sic sit 1 m T.
vel necessitate vel necessitatem T 1 m. *vel ex necessitate* Sp. Zumpt falso *ex* Turic. tribuit.
ducimus Amb. 1. *dicimus* T. L. Sp.
si quid si quod T 1 m.
17. *diceret diceret* L. [?]
degredi digredi 2 m T. Sp. Nostram suasit etiam Ellendt ad Cicer. Brut. c. 21, 82.
qua quia 1 m T.
potest T. L. fort. A. *poterit* Sp.
velut vel commendatione T. L.
at qui atque T. L.
ex media erumpit ex mediaerumpit T. *erumpi* L. *ex media rumpit* T 2 m. I. Victor p. 92. potest autem longius exire qui praeparat aliquid ante quaestionem, et qui finitae probationi velut commendationem adicit; at qui ex medio erumpit, cito redire debet eo unde divertit.
devertit divertit 2 m T. L.

CAP. IV.

1. *respondimus* 3, 9, 1 sq.

omnis confirmationis initium: quod non modo in ostendenda quaestione principali, sed nonnumquam etiam in singulis argumentis poni solet, maximeque in iis, quae ἐπιχειρήματα vocantur. Sed nunc de priore loquimur. Ea non semper uti necesse est. 2 Aliquando enim sine propositione quoque satis manifestum est, quid in quaestione versetur: utique, si narratio ibi finem habet, ubi initium quaestio; adeo, ut aliquando subiungatur expositioni, quae solet in argumentis esse summa collectio: *Haec, sicut exposui, ita gesta sunt, iudices; insidiator superatus est, vi victa vis, vel potius oppressa virtute audacia est.* Nonnumquam valde est utilis, ubi res 3

ostendenda ostentenda T.

iis his Sp. *maxime in iis* L.

ἐπιχειρήματα επιχτρεματα A. Epicherema idem fere valet quod syllogismus. 5, 14, 14.

2. *ea non ea ne* T.

sine propositione sine praepos. T 1 m. *sine p. aliqua* Sp. A. cum Obrechto *prop. quoque aliqua* dare videtur. Diffidam. Omisi *aliqua* ex auctoritate T. L. I. Victor p. 72. quaeri etiam solet, an semper approbationes propositione uti necesse sit. propositio autem est omnis confirmationis initium. Sed aliquando *sine propositione quoque satis* manifestum est quid in quaestione versetur: utique si narratio ibi finem habet, ubi initium quaestio, adeo ut aliquando subiungatur expositioni, quae solet in argumentis summa esse collectio ut est: *haec si ut exposui gesta sunt iudices, insidiator superatus est, vi victa vis est.*

sicut — ita si ut exposui ita gesta A. *si ut exposui gesta* L. *fuit exposui gesta* T. Verba sunt Ciceronis p. Milone c. 11.

exposui sic T., non *exposuit*, ut Zumpt e Tur. affert.

sunt, iudices sed iudex T 2 m.

superatus est T. L. A. om. *est* Sp. additur a I. quoque Victore et ab optimis codd. Ciceronis.

vi victa invicta 1 m. *evicta* 2 m T.

3. *nonnumquam* T. L. A. *sed nonn.* Sp.

valde est utilis sic Flor. 2 m. *vero deest utilis* Flor. 1 m. *vero deest utiliter* T. Amb. 1. *nonnumquam vero valde est utiliter.* L. *l*

Scriptura *vero deest* nata ex *valde est*, quod a librariis *vdeē* scriptum, male vertebatur in *vero deest*. nihil aliud latet, ut ex I. Victore probatur p. 74. *Nonnumquam valde utilis est propositio*, ubi res defendi non potest et de iure quaeritur ut pro eo qui pecuniam privatam de templo sustulit. ut si dicas *de sacrilegio cognoscitis*, ut iudices intelligant id unum esse officii sui quaerere, an id quod obiicitur sacrilegium sit. Zumpt autem has scripturae varie

defendi non potest, et de fine quaeritur: ut pro eo, qui pecuniam privatam de templo sustulit: *Sacrilegii agitur, de sacrilegio cognoscitis:* ut iudex intellegat, id unum esse officii sui, quaerere: *An id,* 4 *quod obicitur, sacrilegium sit?* Item in causis obscuris, aut multiplicibus; nec semper propter hoc solum, ut sit causa lucidior, sed aliquando etiam, ut magis moveat. Movet autem, si protinus subtexantur aliqua, quae prosint. *Lex aperte scripta est, ut peregrinus, qui murum ascenderit, morte multetur; peregrinum te esse certum est: quin ascenderis murum, non quaeritur: quid superest, nisi, ut te puniri oporteat?* Haec enim propositio confessionem adversari premit, et quodammodo iudicandi moram tollit, nec indicat quaestionem iudici, sed adiuvat.

5 Sunt autem *propositiones simplices, duplices* vel *multiplices;* quod accidit non uno modo. Nam

tates adeo memorabiles putabat, ut legendum conlicerct: *nunquam vero deest utiliter, ubi res defendi non potest et de fine quaeritur.*
ubi res T. A. *praecipue ubi r.* Sp. *is ubi res* L.
et de fine Amb. 1. om. *et* T. L. *et de iure* Victor et edd. plures. *de fine quaeritur* i. e. Wo man das Factum nicht läugnen kann, aber wo die Definitive des Vergehens streitig ist.
cognoscitis cognoscetis L.
an ad 1 m T. L.

4. *in causis* I. Victor p. 75: item necessaria est propositio in causis obscuris aut multiplicibus non solum ut fiat causa lucidior, sed quia aliquanto magis movet, si protinus subtexantur aliqua quae prosint. Ut est: lex aperte scripta est, ut peregrinus qui murum ascendit morte multetur: peregrinum te esse certum est et ascendisse murum, quid superest nisi ut puniaris?
propter om. T. absorptum est a syllaba praecedenti *per.*
lucidior lucidiar 1 m T.
quin qui si T. L. A.
quid quod 2 m T.
adversari adversarii 2 m T. Sp.
premit I. Victor: haec enim propositio confessione adversarii premitur.
iudici, sed adiuvat L. A 2 m. omitt. *sed adiuvat* T. A 1 m. om. *iudici* Sp.

5. *prop. simp. dup. vel* A. *prop. et simplices sunt plerumque et duplices vel* T. L. — I. Victor p. 75: Sunt propositiones non

et plura crimina iunguntur; ut, *cum Socrates accusatus est, quod corrumperet iuventutem et novas superstitiones introduceret:* et singula ex pluribus colliguntur; ut, *cum legatio male gesta obicitur Aeschini, quod mentitus sit, quod nihil ex mandatis fecerit, quod moratus sit, quod munera acceperit. Recusatio* quoque plures interim proposi- 6
tiones habet: ut contra petitionem pecuniae: *Male petitis; procuratorem enim tibi esse non licuit: sed neque illi, cuius nomine litigas, habere procuratorem: sed neque est heres eius, a quo accepisse mutuam dicor: sed nec ipsi debui.* Multi- 7
plicari haec, in quantum libet, possunt, sed rem ostendisse satis est. Hae si ponantur singulae subiectis probationibus, plures sunt propositiones; si coniungantur, in partitionem cadunt.

Est et *nuda* propositio, qualis fere in coniectu- 8
ralibus: *Caedis ago, furtum obiicio;* est *ratione subiecta:* ut, *Maiestatem minuit C. Cornelius: nam codicem tribunus plebis ipse pro concione legit.*

tantum simplices, sed etiam duplices et multiplices. — *prop. et simp. et dupl. vel* Sp.

Socrates Socratis 1 m T. Conf. Xenoph. Mem. I. 1.

Aeschini Demosth. de falsa legat. p. 306. T. IV. ed. Bekk.

nihil nil 1 m T.

6. *petitis* T. prob. Zumpt. *petis* Sp.

procuratorem enim t. L. T 2 m. A. *procuratore enim* T 1 m. at sec. m. delevit *enim.* I. Victor: Defensio quoque plures interim propositiones habet. Ut pecuniam petis nullo iure, procuratorem enim tibi esse non licuit, sed neque cuius nomine litigas, habere procuratorem debebat. — *procuratori enim* Sp. Conf. 7, 1, 19. Potest incidere quaestio *an huic esse procuratorem liceat?*

sed n. est sic recepi. *se neque est* T. *sed neque es* L. Sp. — Illud probavit Zumpt his verbis „*tertia persona opus est.*“

accepisse accipisse T. *accepisse mutuum* L. A. — *Pecuniam* intellige ut 4, 2, 61. *de certa credita*

sed nec A. om. *sed* T. L. Sp.

7. *ostendisse ostendisset* 1 m T.

subiectis subiectus 1 m T.

coniungantur coniunguntur L. T.

8. *ago ego* T. A.

est ratione ex ratione 2 m T. mox *tribuno* L.

Praeter haec utimur propositione, aut nostra, ut, *Adulterium obicio:* aut adversarii, ut, *Adulterii mecum agitur:* aut communi, ut, *Inter me et adversarium quaestio est, uter sit intestato propior.* Nonnumquam diversas quoque iungimus: *Ego hoc dico, adversarius hoc.*

9 Habet interim vim propositionis, etiamsi per se non est propositio, cum exposito rerum ordine subicimus: *De his cognoscitis;* ut sit haec commonitio iudicis, quo se ad quaestionem acrius intendat, et velut quodam tactu excitatus finem esse narrationis et initium probationis intellegat: et, nobis confirmationem ingredientibus, ipse quoque quodammodo novum audiendi sumat exordium.

De Partitione.

V. *Partitio* est nostrarum aut adversari propositionum aut utrarumque ordine collata enumeratio. Hac quidam utendum semper putant, quod

obicio — aut om. mediis T. A.
uter ut T.
intestato defuncto I. Victor.
propior proprior T.
iungimus T. L. A. *coniungimus* Sp. Illud habet I. quoque Victor.
9. *propositio propositionem cum* T 1 m. L. *propositio nam cum* A.
cognoscitis cognoscetis I. Victor. *cognitis* A.
iudicis om. T. A.
quo quod T.
velut quodam T. L. A. *quodam velut* Sp.
quodam quondam 1 m T. *quodam iactu* L.
excitatus resuscitatus A.
et initium om. *et* A.
quodammodo novum T. L. A. *novum quodammodo* Sp. Illud habet I. quoque Victor.

CAP. V.

1. *adversari* T 1 m. *adversarii* cet. mox *partio* T 1 m.
aut utrarumque aut rarumque 1 m T. *aut utrorumque in ordinem collocata cnumeratio* I. Victor p. 76. — *collocata* habet etiam Amb. 1.
quidam quidem T.

ea fiat causa lucidior, et iudex intentior ac docilior, si scierit, et de quo dicimus, et de quo dicturi postea sumus. Rursus quidam periculosum id ora- 2
tori arbitrantur duabus ex causis: quod nonnumquam et excidere soleant, quae promisimus, et, si qua in partiendo praeterimus, occurrere; quod quidem nemini accidet, nisi qui plane vel nullo fuerit ingenio, vel ad agendum nihil cogitati praemeditatique detulerit. Alioqui quae tam manifesta et lucida est 3
ratio, quam rectae partitionis? sequitur enim naturam ducem adeo quoque, ut memoriae id maximum sit auxilium, via dicendi non decedere. Quapropter ne illos quidem probaverim, qui partitionem vetant ultra tres propositiones extendere. Quae sine dubio, si nimium sit multiplex, fugiet memoriam iudicis, et turbabit intentionem: hoc aut alio tamen numero velut lege non est alliganda, cum possit causa plures desiderare. Alia sunt magis, 4

quod ea fiat A. *quod de ea fiat* T. L. *quod ea et fiat* Sp. mox *attentior* Amb. 1.

si scierit suscitetur 1 m T. A. *sciscitetur* 2 m T.

sumus simus T. L. A.

2. *rursus rufus* A., quod speciem habet veritatis, cum in sequenti *arbitratur* A. et T 1 m. praebeat. Sed supra corruptum vidimus *plane* in Platone, *circo* in Cicero, quibus hoc adiungere licet.

arbitrantur arbitratur T 1 m. A.

praeterimus T. L. A. *praeterierimus* Sp.

3. *alioqui quae tam* Sensus est: qua de re facilius erit praecipiendum quam de partitione? *alioquin* L.

est ratio A. Sp. *est ut oratio quam rectae partitionis* 1 m. *quam recte sequatur partitionem* 2 m T. *lucida sit ratio quam r. p.* L.

adeo quoque, ut T. L. A. om. *quoque* Sp.

id ad A.

via dicendi haec enuntiatio ad *id* spectat. Sensus est: memoria quoque vel maxime sublevatur, si ordinem eorum, quae dicuntur, non relinques, si ductum naturalem rerum oratione sequeris.

decedere decere 1 m. *decidere* 2 m T.

partitionem partionem v. u. tres T. *tris* L.

hoc aut alio hoc at (signum corruptionis) *tamen* T 1 m. *hoc aut alio tamen* 2 m. *hoc tamen* omisso *aut alio* L. fortasse legendum: *hoc aut hoc tamen numero*, ut supra 1, 4, 8. *ego hoc dico, adversarius hoc.* A. siletur.

plures pluris L.

propter quae partitione non semper sit utendum: primum, quia pleraque gratiora sunt, si inventa subito, nec domo allata, sed inter dicendum ex re ipsa nata videantur; unde illa non iniucunda schemata, *Paene excidit mihi:* et, *Fugerat me:* et *Recte admones.* Propositis enim probationibus, omnis 5 in reliquum gratia novitatis praecerpitur. Interim vero etiam fallendus est iudex, et variis artibus subeundus, ut aliud agi, quam quod petimus, putet. Nam est nonnumquam dura propositio, quam iudex, si providit, non aliter praeformidat, quam qui ferrum medici prius, quam curetur, aspexit: at si, re non ante proposita, securum, ac nulla denunciatione in se conversum, intrarit oratio; efficiet, 6 quod promittenti non crederetur. Interim refugienda non modo distinctio quaestionum est, sed omnino tractatio: affectibus turbandus, et ab intentione auferendus auditor. Non enim solum oratoris est docere, sed plus eloquentia circa movendum valet.

4. *gratiora graciora sunt subito nec domo* T 1 m. inserit 2 m. *si* ante *subito.* Falsa affert e Tur. Zumpt.
si inventa om. 1 m. *si subito* 2 m T.
iniucunda iucunda T.
admones admonet T.
reliquum requm 1 m T.
praecerpitur praecipitur T 1 m. L. *percipitur* 2 m T. Illud probavit etiam Slothouwer in Actis litt. societ. Traiect. T. 3. p. 127.

5. *fallendus fallentes* 1 m T.
et variis om. *et* 1 m T.
quam quod T. A.
providit recepi e Guelf. et Amb. 1. prob. Spald. in notis. *praevidit* I. Victor. *providet* T. L. Sp.
praeformidat Sp. A. *performidat* T. L. *reformidat* I. Victor.
at si ad aere 1 m T. *at si de re n.* I. Victor.
crederetur credetur T.

6. *turbandus* Sic recepi ex Obrecht., cui A. accedere videtur, et I. Victore. — *turbationibus* T. L. *perturbandus* Sp.
sed se 1 m T.

Cui rei contraria est maxime tenuis illa et scrupulose in partes secta divisionis diligentia eo tempore, quo cognoscenti iudicium conamur auferre. Quid? 7 quod interim, quae per se levia sunt et infirma, turba valent? Ideoque congerenda sunt potius, et velut eruptione pugnandum: quod tamen rarum esse debet, et ex necessitate demum, cum hoc ipsum, quod dissimile rationi est, coegerit ratio. Praeter 8 haec in omni partitione est utique aliquid potentissimum, quod cum audivit iudex, cetera tamquam supervacua gravari solet. Itaque, si plura vel obicienda sunt vel diluenda, et utilis et iucunda partitio est, ut, quod quaque de re dicturi sumus, ordine appareat: at, si unum crimen varie defendemus, supervacua. Ut, si ita partiamur: *Dicam,* 9 *non talem esse hunc, quem tueor, reum, ut in eo credibile videri possit homicidium; dicam, occidendi causam huic non fuisse: dicam, hunc eo tempore, quo homo occisus est, trans mare fuisse:* omnia, quae ante id, quod ultimum est, exsequeris, inania videri necesse est. Festinat enim iudex 10 ad id, quod potentissimum est, et velut obligatum

cui rei curei 1 m T. L. *cum ei* 2 m T.
maxime maxime 1 m T. L.
illa tenuis est illa T 1 m. delevit *est* 2 m.
cognoscenti cognoscendi T. L. Illud coni. Regius et extare videtur in Amb. 1.

7. *quid? quod quicquid* 1 m T.
turba valent i. e. coniuncta, congesta vim habent et pondus. cf. 4, 2, 82.
et velut om. *et* 1 m T. L.
rationi narrationis A.

8. *partitione partioni* 1 m T. *partione* L.
audivit audierit I. Victor.
tamq. sup. tamq. per sup. T 2 m. *ut, quod ut quid* L.

9. *si ita sulla parciamur* T 1 m. *si illa* A.
inania inanie 2 m T.

10. *potentissimum potentissime et velut obligatum promisso patroni est si enim patientior* T. *potentissime* sine *est* et *patroni est* A.

promisso patronum, si est patientior, tacitus appellat; si vel occupatus, vel aliqua potestate vel etiam
11 si moribus incompositus cum convicio efflagitat. Itaque non defuerunt, qui Ciceronis illam pro Cluentio partitionem improbarent, qua se dicturum esse promisit primum, *neminem maioribus criminibus, gravioribus testibus, in iudicium vocatum, quam Oppianicum;* deinde, *praeiudicia esse facta ab ipsis iudicibus, a quibus condemnatus sit;* postremo, *iudicium pecunia tentatum non pro Cluentio, sed contra Cluentium:* quia, si probari posset, quod
12 est tertium, nihil necesse fuerit dicere priora. Rursus nemo tam erit iniustus aut stultus, quin eum fateatur optime pro Murena esse partitum: *Intellego, iudices, tris totius accusationis partes fuisse, et earum unam in reprehensione vitae, alteram in contentione dignitatis, tertiam in criminibus ambitus esse versatam.* Nam sic et ostendit lucidissime causam, et nihil fecit altero supervacuum.
13 De illo quoque genere defensionis plerique du-

vel aliqua T. A. *vel in al.* Sp.
convicio convitio T. L.

11. *neminem* in Cicerone legitur *neminem umquam.*
ab ipsis T. L. A. prob. Gernh. *ab iis ipsis* Sp. Illud Cicero habet p. Cluent. 4.
pro T. L. A. *a* Sp. et Cicero.

12. *iniustus* T. A. *aut iniustus* Sp.
pro Murena c. 5. Nihil discrepat lectio.
tris tristotius 1 m. *tres totius* 2 m T. Sp.
partes fuisse f. p. A.
in reprehensione in reprensionem T 1 m. *in reprensione* 2 m.

13. *genere — prius* mediis omissis T. A. *genere def. pl. dubitant sed si occidi r. o. s. n. o. q. enim pertinere prius.* L. Verum puto hunc ordinem *pertinere prius*, pro quo Sp. dedit *prius pertinere*, nam ex illo intelligitur, quomodo librarius a *genere* ad similem finitionem *pertinere* aberraverit. I. Victor p. 76: De illo quoque genere defensionis pleramque dubitatur: si occidi, recte occidi: sed non occidi. Quo enim pertinet prius, si sequens firmissimum est? sequente enim, si modo indubitabile est, solo utendum est.

bitant: *Si occidi, recte feci: sed non occidi;* quo enim pertinere prius, si sequens firmum sit? haec invicem obstare, et utroque utentibus, in neutro haberi fidem. Quod sane in parte verum est, et illo sequenti, si modo indubitabile est, solo utendum. At, si quid in eo, quod est fortius, timebimus, 14 utraque probatione nitemur. Alius enim alio moveri solet: et, qui factum putabit, iustum credere potest: qui tamquam iusto non movebitur, factum fortasse non credet. Ut certa manus uno telo potest esse contenta, incerta plura spargenda sunt, ut sit et fortunae locus. Egregie vero Cicero pro Milone *in-* 15 *sidiatorem* primum Clodium ostendit; tum addidit

firmum firmus L.

fidem om. T. A. *habere fidem* L.

et illo sic omnes codd. *et illos (illo* 2 m.) *sequenti si modo indubitabile est sit solo utendum.* T. L. — Spald. ex Aldina recepit *cum illo sequenti (si modo indubitabile est,) sit solo utendum. sit* nihil aliud est nisi inventio librarii, qui post *si modo* non *est* sed *sit* aptum putabat. Sic Gernh. secutus id delevi. Obrecht dat: *et illo sequenti, si modo indubitale sit, solo utendum.* A. habet *est sit solo.*

indubitabile indubitale A.

14. *at ac si quod* T.

nitemur nitamur I. Victor. p. 77.

putabit sic coni. Sp., probavit I. Victor. *putavit* codd.

iusto iustum 2 m T.

credet credit T. L.

potest esse Sic recepi e I. Victore. *posset esse* 1 m T. L. *possit esse* 2 m T. Sp.

incerta T. L. A. *incertae* contra codd. Sp. Illud etiam ap. I. Victorem. Alterum exemplum ablativi sine praepositione positi cum verbo passivo vide 3, 4, 2. mox *ut fiet* L.

15. *pro Milone pro milonem* T 1 m. Sunt innumerabilia exempla, ubi librarii terminationem vocum corrumpebant propter sequentem, tanquam utraque coniungenda esset. sic iunxit hoc loco librarius *Milonem insidiatorem.*

primum T. L. A. *primo* Sp. Illud etiam ap. I. Vict. *primum Clodium ostendit.*

addidit T. L. A. *addit* Sp.

ex abundantia, *etiamsi id non fuisset, talem tamen civem cum summa virtute interfectoris et gloria*
16 *necari potuisse.* Neque illum tamen ordinem, de quo prius dixi, damnaverim: quia quaedam, etiamsi ipsa sunt dura, in id tamen valent, ut ea molliant, quae sequentur. Nec omnino sine ratione est, quod vulgo dicitur: *Iniquum petendum, ut aequum fe-*
17 *ras.* Quod tamen nemo sic accipiat, ut omnia credat audendum. Recte enim Graeci praecipiunt, *Non temptanda, quae effici omnino non possint.* Sed quotiens hac, de qua loquor, duplici defensione utemur, id laborandum est, ut in illam partem sequentem fides ex priore ducatur. Potest enim videri, qui tuto etiam confessurus fuit, mentiendi causam in negando non habere.

18 Et illud utique faciendum est, ut, quotiens suspicabimur iudici aliam probationem desiderari, quam de qua loquimur, promittamus nos plene et statim de eo satis esse facturos: praecipueque, si de pu-

abundantia habundantia T. Consentit cum recepta lect. codex Barberinus, a Garatonio allatus ad or. p. Mil. cap. 27. p. 267. ed. Orell. — *ex habundanti* L. I. Victor. *ex abundanti* Sp. de qua locutione monuit aliquid Walch ad Taciti Agric. p. 219.

16. *ordinem* om. T.
etiamsi om. *etiam* T.
sequentur T. L. *sequuntur* Sp.

17. *audendum* T. A. *audenda* Sp. *audienda* L. Cf. 4, 1, 38.
effici offici T.
possint T. L. fort. A. *possunt* Sp.
hac haec T.

18. *iudici a iudice* L. Sp. Illud dat T. Amb. 1. — Falso affert Zumpt e Tur. *a iudici.*
qua quo T. L.
promittamus permittamus T 1 m.
plene et statim statim plene I. Victor.
praecipueque delere voluit *que* Sp.
de pudore hoc fit, cum factum aliquod iniustum est, sed iure defendi poterit. Tum enim patronus iniustam suscipit actionem.

dore agetur. Frequenter autem accidit, ut causa 19
parum verecunda, iure tuta sit: de quo ne inviti
iudices audiant et adversi, frequentius sunt admo-
nendi, *secuturam defensionem probitatis et digni-
tatis: exspectent paulum et agi ordine sinant.*
Quaedam interim nos invitis litigatoribus simulandum 20
est dicere, quod Cicero pro Cluentio facit circa iu-
diciariam legem: nonnumquam, quasi interpellemur
ab iis, subsistere: saepe avertenda ad ipsos oratio;
hortandi, ut sinant nos uti nostro consilio. Ita sub-
repetur animo iudicis, et, dum sperat probationem
pudoris, asperioribus illis minus repugnabit. Quae 21
cum receperit, etiam verecundiae defensioni facilior
erit. Sic utraque res invicem iuvabit, eritque iudex
circa ius nostrum spe modestiae attentior, circa mo-
destiam iuris probatione proclivior.

Sed, ut non semper necessaria, aut utilis etiam 22
partitio est, ita opportune adhibita plurimum ora-

agetur Amb. 1. quod suaserat Ellendt ad Cicer Brut. 50, 186. ob praecedens *suspicabimur*. mox *verecundia* T 1 m. A.

19. *ne inviti non inviti* L. *ne inviti iudices audiant adversi* T. Amb. 1. I. Victor p. 77. frequenter tamen suscipitur causa parvum verecunda sed iure tuta, de quo *ne inviti* iudices audiant, frequentius sunt admonendi secuturam defensionem probitatis, ut expectent et agi ordine sinant.

20. *nos invitis* Amb. 1. *vos et invitis* T 1 m. *nos et inv.* L. Sp. *pro Cluentio* c. 52.
quasi I. Victor: *nonnunquam, si interpellamur, ab his subsistere.*
iis his L.
avertenda aconvertenda 1 m. *ac convertenda* 2 m T. *ad convertenda* L.
subrepetur I. Victor: *Ita subripitur animo iudicis, et dum sperat probationem pudoris, asperioribus illis iuris adlegationibus minus repugnabit.*

21. *etiam verecundiae* i. e. eius rei quoque, quae per se parum verecunda est; cui ne iudices repugnent, verendum est.
iuvabit I. Victor: *Sic utraque se res invicem iuvabit.*
spe modestiae cum appareat, patronum non sine verecundia transire ad hunc locum, non impudenter agere.

22. *utilis etiam* Concinnius haec affert I. Victor p. 77: sed ut non semper necessaria *aut utilis est partitio*, ita oportune adhibita multum et lucis et gratiae confert.

tioni lucis et gratiae confert. Neque enim solum id efficit, ut clariora fiant, quae dicuntur, rebus velut ex turba extractis, et in conspectu iudicum positis: sed reficit quoque audientem certo singularum partium fine: non aliter, quam facientibus iter, multum detrahunt fatigationis notata inscriptis lapidibus spa-
23 tia. Nam et exhausti laboris nosse mensuram voluptati est, et hortatur ad reliqua fortius exsequenda, scire, quantum supersit. Nihil enim longum videri necesse est, in quo, quid ultimum sit, certum est.
24 Nec inmerito multum ex diligentia partiendi tulit laudis Q. Hortensius: cuius tamen divisionem, in digitos diductam, nonnumquam Cicero leviter eludit. Nam est suus et in gestu modus, et vitanda, ut quae

quae om. T 1 m.
quam quem fatientibus 1 m T. *quam* 2 m.

23. *exhausti laboris exhausti labori n. m. voluptatem et h.* T 1 m. *exh. laboris n. m. voluptas est* 2 m T. *exhaustis laboribus n. m. voluptati est* L. *exhausti laboris n. m. voluptas est* Ulmensis, qui hunc locum attulit. Tum aberravit librarius Lasb. ab illis *voluptati est* ad haec *est*, *in quo* et omisit media omnia.
reliqua requa T 1 m.
ultimum sit om. *sit* Ulmensis.

24. Q. *que* 1 m T.
diductam deductam A.
Cicero l. eludit Divinat. in Caecil. c. 14. p. Quintio c. 10.
est suus nam et suus et in gesta modus T.
vitanda evitanda L.

vitanda ut quae maxime vit. utique max. A. Haec locutio ita explicanda est quasi dicas: *vitanda ut ea, quae maxime vitanda est.* i. e. haec partitio maxime omnium (partitionum, quae cogitari possunt.) vitari debet. Similem rationem habet alia figura, quae frequenter occurrit, *cum maxime*, nos dicimus mit am meisten. *cum* enim adverbium est, quod coniunctionem significat. Sic interpretor 6, 1, 23. Miseratio petetur aut ex iis, quae passus est reus, aut *ex iis, quae cum maxime patitur* aut ex iis, quae praeter cetera maxime patitur. Sic cum legimus *hac de re cum maxime diximus*, sensus est: hac de re amplius quam de ceteris fere diximus. Von dieser Sache haben wir mit am meisten gesprochen. hanc rem inter illas pono, de quibus plurimum dixi. — 3, 8, 12. *Adfectus, ut quae maxime, postulat.* i. e. Deliberatio maxime omnium adfectus advocat.

maxime, concisa nimium et velut articulosa partitio. Nam et auctoritati plurimum detrahunt minuta illa, 25
nec iam membra, sed frusta: et huius gloriae cupidi, quo subtilius et copiosius divisisse videantur, et supervacua adsumunt, et, quae natura singularia sunt, secant: nec tam plura faciunt, quam minora; deinde cum fecerunt mille particulas, incidunt in eamdem obscuritatem, contra quam partitio inventa est.

Et divisa autem et simplex propositio, quotiens 26
utiliter adhiberi potest, primum debet esse aperta atque lucida (nam quid sit turpius, quam id esse obscurum ipsum, quod in eum solum adhibetur usum, ne sint cetera obscura?), tum brevis, nec ullo supervacuo onerata verbo. Non enim, quid dicamus, sed, de quo dicturi sumus, ostendimus. Opti- 27
nendum etiam, ne quid in ea desit, ne quid supersit. Superest autem sic fere, cum aut in species partimur, quod in genera partiri sit satis; aut genere posito subicitur species: ut si dicam de virtute, iustitia, continentia, cum iustitia atque continentia virtutis sint species. Partitio prima est, quid sit, de 28
quo conveniat; quid, de quo ambigatur. In eo,

25. *frusta* *frustra* 1 m T. mox *auctoritate* L.
subtilius *suptilius* T.
fecerunt *fecerint* 2 m T.
incidunt in eamdem *incidunt infandam* T. L. *infandam incidunt* A. *in eandem inc.* Sp.

26. *et divisa autem* Amb. 1. om. *autem* ceteri. Conf. 4, 1, 66. Per *autem* ad novam transit sententiam, *et* quod praecedit, non iungit praecedenti hunc sensum, sed respondet sequenti *et*. sic utraque particula diversum habet munus.
nec ullo *ne ullo* L.
quid dic. *quod* T.

27. *continentia — virtutis* om. mediis T.

28. *ambigitur* *ambigitur quae dicturi sumus quae nostrae propositiones quae p. a.* L. Amb. I. — *ambigituri quae dicturi sumus quae nostrae praepositionis quae p. a.* T 1 m. *ambigitur q. d. s.*

quod convenit, quid adversarius fateatur, quid nos: in eo, de quo ambigitur, quae nostrae propositiones, quae partis adversae. Turpissimum vero, non eodem ordine exsequi, quo quidque proposueris.

q. n. propositionis q. p. a. 2 m. Delevi cum Gesnero et Spald. *quae dicturi sumus*, quae ex interpolatione orta videntur. Placet quod Tur. habet *quae nostrae propositionis*. nam unam tantum propositionem plerumque habet utraque pars.

turpissimum pessimum A. *adversetur pissimum* T 1 m. ex quo alterius lectionis origo manifesta fit.

quo quidque quod quisque 1 m T.

ADDENDA.

Pag. 8. l. 14. *Velleji* leg. *Velleii*. Iod enim ex orthographia latina extirpandum est.

p. 8. l. 6 a fine post *exhibetur* add.: in Tur. enim *Quinto* est.

p. 5. l. 7 in nota. *tres invenimus formas quottidie cottidie cotidie.* add. Laurentius Lydus de Magistrat. rom. III. 20. p. 184. *Νόμος δὲ ἦν — πάντα — ἀναφαίνεσθαι ἐπὶ τῶν λεγομένων ᾠγίστων* (rerum gestarum) *ἢ κοττιδιάρων.* (Acta diurna dicit s. die Römische Staatszeitung)

p. 6. l. 7. pro *tanquam* leg. *tamquam*.

p. 7. l. 7. pro *juvenibus* leg. *iuvenibus*. l. 17 *iudicandi*. l. 18 *iniungere — iniuste*. Semel monuisse sufficiat, jod in codice Turicensi numquam inveniri ideoque ubique ex mea editione expellendum esse.

p. 9. l. 8. pro *nato* Z. *Getae*.

p. 10. l. 2. pro *dicendi* Z. *discendi*.

p. 11. l. 18. pro *aliqua quaestio ex his incidat* Z. *aliqua ex his incidat quaestio*, quod probo.

p. 12. l. 16. pro *praeclarissime* Z. *clarissime*.

p. 14. l. 3 a fine. Comparavi locum Ciceronis, quia lectio codicis Vitebergensis *nolint* Quintiliano defendi posse videbatur. Sed difficile est diiudicare, *nolent* an *nolint* verum sit. Hic autem locus quam maxime a Columella in praef. de re rustica §. 28, qui totum Oratoris Ciceroniani caput primum modo ad verbum exscripsit modo imitatus est, illustratur. *Post hanc tam multarum tamque multiplicium rerum praedicationem non me praeterit, si, quem desideramus agricolam, quemque describimus, exegero a participibus agrestium operum, tardatum iri studia discentium, qui tam variae tamque vastae scientiae desperatione conterriti, nolent experiri, quod se consequi posse diffident.* Quare aut *nolint* et *diffidant* aut *nolent* et *diffident* scribendum putaverim.

p. 14. l. 9. *adhuc f. n.* Z *fortasse nemo adhuc.*

p. — l. 10. *ad summam* Z *ad summa.*

p. 19. l. 5. *tamen* omisit Z.

p. 21. l. 5. *nihil est peius* Z. *nihil peius est.*

p. 24. l. 1. *hoc enim* Z. *hinc enim.*

p. — l. 11. *possit* Z. *posset.*

p. 26. l. 19. *scisse* Z. *fecisse*, quod non improbo.

p. 27. l. 5. *sua etiam studiis* Z. omisit *etiam*, hoc in codicibus loco omitti particulam ratus: quod falsum est: deest *etiam* in sequentibus verbis, quae apud Spald. leguntur, *mox etiam fortissimorum.*

p. 28. l. 8 a fine delendum: *cum initia scribendi docentur.*

p. 29. l. 10. Totum locum in usum suum convertit Hieronimus in Epist. familiar. 11, 15.

p. 31. l. 3. *scribere; ipsam* Z. *scribere ipsum;*

p. — l. 5. *quae transf. sunt* Z. *quae ex his transf. s.*

p. 36. l. 6. *potest turpis domesticus esse praec.* Z. *potest turpis esse domesticus ille praec.*

p. 36. l. 15. *qui timebuntur* male interpretatus sum hunc locum. Sensus hic est: Si infans probus est, et parentes vigilant, si deinde severus ludimagister eligetur, et assiduus comes, qui vel amicus parentium vel libertus esse potest, puerum ubique sequetur, non modo non timendum erit, ne pravo aliorum puerorum exemplo corrumpatur, sed assiduus ille comes efficiet potius, ut ceteri quoque pueri, inter quos versabitur, honeste se gerant nec malos prodant mores. Ad *illos*, *qui timebuntur* intelligo ergo id, quod supra §. 2. dixit, *turbam hominum eius aetatis, quae sit ad vitia maxime prona.*

p. 36. l. 30. *secreta* similiter 10, 3, 22. *secretum in dictando perit.* i. e. liber arbitris locus dictanti deest, vel qui dictare solet, solus esse nusquam poterit.

p. 37. l. 4. *attigerunt* Z. *attigerint.*

p. 39. l. 5. *notitiam* Z. *notitia.*

p. 40. l. 4. *comparabimus* aliter nunc locum interpretor. Sit incommodum, concedo; sed si conferes illud incommodum cum commodis, quae ex altera ratione oriuntur, (quod statim faciemus §. 17), haec multo maiora esse patebit.

p. 40. l. 8. *praeceptor bonus* repetit praeceptum 10, 5, 22.

p. — l. 9. *ea habenda* Z. om. *ea.*

p. 41. l. 3. *illa solitaria* Indicavi in exemplo meo, deesse in Turicensi *illa* ideoque delendum fore. Excidit casu haec observatio. Z. quoque recepit: *neque solitaria et velut umbratica vita pallescere.*

p. 42. l. 13. *praebebantur* Menagius ad Diogen. Laert. l. V, 4. p. 589. Hübn. coniecit *proponebantur.*

p. 45. l. 10. a fine *non - forte* conf. Hand Tursell. t. 2. p. 739.

p. 46. l. 9. *quidquid possunt, illud statim* Z. *quisquid possunt, statim ostendunt.*

p. 46. l. 11. *ac vultu* Z. *haec vultu.*

p. 49. l. 1. *iniuriae* Z. *iniuria.*

p. 49. l. 4. *nec opus erit quidem* Nunc, quod olim vitiosum visum est, id bonum ac probum puto. Ambrosiani tueor lectionem *ne opus erit quidem*, quam Z. quoque recepit.

p. 49. l. 8. *cur non* Z. *cum non* retinuit.

p. 50. l. 3. *vel* Z. *et.*

p. 50. l. 11. *puer* Z. omisit, quod probo.

p. 52. l. 1. *intelleget* redeo ad Turicensem *intelligat.*

p. — l. 15. *sola omni* Z. quoque hanc lectionem recepit. Sed Ambrosianum *in* praepositionem inserentem sequar.

p. 55. l. 1. *et here* Z. *et in here.*

p. 56. l. 5. *j a m sicut i a m s. et v o s ut u o s.* Z. *iam sicut tam scribitur et quos ut eos.* Lectio, quam praetuli, eam vim habet, ut dicat: grammaticus videat, an vocalium aliquot in consonantes transierint: *iam* enim particula, ubi i consonans est, non aliter scribitur quam *iam*, ubi i vocalis est ut in *feriam.* Similiter *uos*, ubi u consonans est, plane scribitur ut *uos*, cum vocalis est ut in *congruos.* Attamen lectio vulgata *quia i a m sicut t a m scri-*

bitur et uos ut eos, quae a codd. minus recedit, explicari potest. Sed aliud praeterea vitium tolli debet: comma enim ponas ante ut: dicit namque: Grammaticus videat, an aliquas vocales pro consonantibus usus admiserit, quia vocalis ante vocalem aut consonantis vice fungitur, aut vocalis naturam retinet. Id enim utrumque fieri potest. Haec posterior ratio rursus bipertita est, quia duae se excipientes vocales aut unam aut diphthongum efficiunt.

p. 56. l. 3 a fine *Avium* legendum *Accium*.

p. 57. l. 2. *fieri*, *si* Z. *fieri; quod nequit*, *si* „fortasse, ait, *quod nequit fieri* verum est, qua re simul intelligitur, unde factum sit, ut omitteretur."

p. 57. l. 20. *ganze Vokale* leg. zwey Vokale.

p. 59. l. 2. *pennas* Z. *pinnas*.

p. — l. 6. *et fit* Z. *et sic*.

p. — l. 7. *sed quae* Z. *sed et quae*.

p. — l. 9. *ac lases* Z. *et clamos aetatis fuerunt*. *Atque haec ipsa s littera*.

p. 60. l. 2. *foedosque* nec aliter Z. lin. 3. *unde pro* Z. *ut pro* quod probo.

p. 60. l. 25. *nostrum u* legendum *nostrum W*. Hic alia adiici debet observatio. Sonabat quidem Romanorum f ut nostrum w. Id autem non nisi de antiquissimis temporibus verum esse potest, de Ciceronis aetate minime valet. Tum enim f Latinorum sonabat fere ut nostrum, sed φ Graecorum paulo aliter ut pf, etsi lenius quam nostrum. Cicero igitur irridebat testem, qui paene *pfundanium* pronuntiavit, ut nos ob contrarium errorem eos irridemus, qui ffeife, ffarrer pronuntiant pro Pfeife, Pfarrer. Id me docuit vir quidam amicus. Conf. Müller Etrusker T. 1. p. 19 sq.

p. 61. l. 1. *t litterae cum d*. Z. *d litterae cum t* consentiente Lasb. quod probo.

p. 61. l. 7 a fine. *Ulyssem Spald.* delendum est.

p. 61. l. 8. quem *Οὐδυσσία* Haec lectio in nullo codice legitur: quare nescio an in hoc quoque loco Ambrosianus auctor sit veritatis, *Ὀδυσσεύς*, *quem Ὀλυσσία ferebant Aeoles*. sic *Ὀδυσεύς* in *Ὀλυσσεύς* transiit, ut *μελετάω* in *meditari*. Apud Siculos certe nomen *Ὀυλίξου* receptum fuisse, Plutarchus in Marcello c. 20. dicit: *πόλις ἐστὶ τῆς Σικελίας Ἐγγύϊον, οὐ μεγάλη, ἀρχαία δὲ πάνυ. Ἵδρυμα λέγεται Κρητῶν γενέσθαι τὸ ἱερὸν καὶ λόγχας τινὰς ἀδείκνυσαν καὶ κράνη χαλκᾶ, τὰ μὲν ἔχοντα Οὐλίξου τοὐπίσημον Ὀδυσσέως ἐπιγραφάς*. Huc accedit inscriptio vasis Graeci, in Etruria nuper effossi, *Ὀλυσεὺς καὶ Ἰμερόπα*, quamque in Iahnii novis Annalibus 1831. T. III. F. 3. p. 356. commemoratam vidimus. Tusci *Uluxe* dicebant. v. Müller die Etrusk. t. 2. p. 279.

p. 62. l. 5. *quot et quae partes* Z. *quot et quae sint partes*.

p. 62. l. 4 a fine *συνδεσμός Partikel* legendum *συνδεσμός Bindewort*.

p. 64. l. 6. *attractionem ut fasceatim* Z. *attrectationem ut fasciatim*.

p. 64. l. 15. *atqui si quis* Z. *at qui et didicerit* ex coniectura.

p. 64. l. 17. *die Gegenstände der Geisterwelt* legendum *nicht sinnliche Gegenstände*.

p. 64. l. 3 a fine *compendio i. breviter, obiter*. Haec explicatio accurata non est. Verte: „wenn sie nicht die Schüler gerade durch das *Abkürzen* aufhalten würden." Ad superiora festinant, ante

quam elementa probe teneant, ideoque discipulorum profectum retardant potius quam accelerant.

p. 67. l. 4 a fine. *dicimus formae* legendum *formen.* attamen haec tria verba *nos dicimus formen* delenda sunt.

p. 68. l. 3. *participia an verba an a.* Z. *participia, verba an appellationes sint* ex coniectura.

p. 68. l. 5. *lectum* Z *lectus.*

p. 68. l. 12. *et mare* Z. omittit *et.*

p. 69. l. 24. *supina vocantur* legendum *supina in u vocantur.* Sed haec omnia inde ab illis *Dissimilem autem quandam* usque ad finem recidenda sunt: breviter enim demonstrata obscura sunt, nec huius loci est, de supinis disserere amplius.

p. 69. l. 34. excidit adnotatio ad illud *non tamen qualia.* Amb. 1. a m. sec. *non tamen talia, qualia*, quod Z recepit.

p. 71. l. 10. *ingressus intra haec* leg. commate adiecto *ingressus, intra haec.*

p. 72. l. 1. *in oratione Labieni* De T. Labieno oratore ac Cornelio Gallo in Fragmentis Oratorum Romanorum dixi p. 220 et 222. Ibidem p. 221. hunc Quintiliani locum illustravi.

p. 72. l. 2. *In Pollionem* Celeberrimae erant Asinii Pollionis *pro heredibus Urbiniae* orationes, quas mediis Augusti temporibus habuit contra Labienum adversariae partis patronum. Collegi auctorum locos, qui hanc causam spectant, in Fragmentis Oratt. Rom. p. 213. et sequ., ita ut de Labieno et Pollione inter interpretes non amplius ambigi possit. Oratio Labieni in Pollionem aut in causa de Urbiniae heredibus dicta est aut in alia, quam non amplius novimus. Sed verisimile est, Labienum, cum in causa Urbiniana ab Asinio inter argumenta malae causae positus fuisset, (Quint. 4. 1. 11.), hominem mentis amarioris, orationem in Pollionem conscripsisse, plenam conviciis et maledictis. Labieni linguae et scriptorum intemperantiam et libertatem *Caesar*, quod ex Quintiliani mente assectatorem sive parasitum vel scurram denotat, in adversarium Asinium deiectum, satis evincit. [Ac parasitum Caesaris, opinor, Asinium vocitabat Labienus, quia ipse Pompeii fuit studiosissimus.] Huic autem Labieni orationi, ut maledicta ista retunderet, respondisse videtur Asinius in orationibus suis *contra maledicta*, non *Antonii*, uti editur in Charisio p. 61., non *Laberii*, uti in Cod. Ms. Douzae illic legitur, non *Valerii*, quod in Charisio p. 75. extat, sed *Labieni.* Libertas ista Labieni effecit, ut omnes eius libri ex S. C. incenderentur; quae etiam causa esse potuit, ut oratio eius in Pollionem, quae igni superfuit, veri auctoris nomine vel in eius odium deleto vel alias ob causas non addito, postea *Cornelio Gallo* a quibusdam adscribi coeperit. [Cur autem Cornelio Gallo haec oratio sit tributa, nescio. nam quando Asinius desierit amicus esse Galli et in odium converterit familiaritatem, quae in epistola Asinii ad Ciceronem l. 10, 32. elucet, ignotum est.] — Hanc adnotationem maximam partem ex Bondami Var. Lect. p. 373 sq. arcessivi.

p. 72. l. 3. *Sardum est, inludens* Z. ex Ambros. *est Sardum, irridens.*

p. 72. l. 18 in nota. *testimonium repudiemus* add. Attamen non contenderim errasse Varronem. Quid enim? nonne idem vocab. *casnar* in lingua Gallorum et Oscorum, etsi diversa paulo significatione in usu esse poterat ut multa alia verba? Quattuor enim a Gallis *petoar*, ab Oscis *petora* dicitur, ut ex Festo v. *petorritum* cognovimus.

p. 73. l. 8. *syllabam* leg. *sillabam*. itidem in nota.

p. — l. 9 a fine. Excidit Spaldingii lectio: *Metico Fufetico*, quam Z. quoque retinuit. De prosodia horum nominum Burmannus dixit in Anthol. lat. T. 2. p. 34, quamquam inscriptio illa testimonium eius rei esse non potest: novitatem enim redolere observat Schraderus. — Niebuhrius Hist. R. Add. ad t. 1. p. 56. legit Ennii verba *Méttico Fuffétică*.

p. 75. l. 18 a fine *dua consuetudini repugnat*. add. In vetustis monumentis interdum *dua* reperiri adnotavit Ramshorn. L. G. p. 73.

p. 76. l. 9. *Europae et Asiae* hanc lect. Z quoque recepit.

p. 77. l. 3. *apud P. Varronem* P. Terentii Varronis Atacini fragmenta carminum collegit Wernsdorfius in Poetis lat. minoribus t. 4. p. 559 — 588 edit. Parisin. Hunc versum Argonauticorum Varronis ex Apollonii Argonaut. IV, 597. translatum esse docuit Ruhnkenius in Epist. Crit. II. p. 224. Conf. Wüllner Comment. de Varrone Atacino p. 17.

p. 79. l. 9. *aut apice circumducta* Fr. Ritterus in Elementorum grammaticae latinae libris II. accuratius de hoc loco disputavit p. 51 et 86. Ait enim: Si secunda vocabuli cuiusdam syllaba, quae proprie ex duabus constat, apice circumducitur, primum in eo peccant, quod accentum perverse ponunt. tum quod ex duabus syllabis unam faciunt. Quintiliano haec scribenti ea exempla, quae paulo post ad rem illustrandam affert, animo obversabantur *Térēi* ac *Nérēi*. In his enim vocabulis dupliciter vocatur, si pronuntiatur Terei, Nerei: nam tum non solum perverse positus est accentus, sed etiam syllabae duae contra usum latinum in unam coactae sunt. Is autem, qui *Atreus* pronunciat, simpliciter peccat accentu tantummodo perverse prolato, et hoc illud est *aut flexa pro gravi*. Praeterea *apicem* nihil nisi signum esse docuit Ritterus, ad syllabarum longitudinem indicandam adhiberi solitum et ab accentu prorsus alienum, quod proprie nisi tum, ubi voces vel vocum casus quantitate discernendae erant, non apponebatur. Apicis forma vero eadem est atque accentus acuti apud Graecos, (´) ut multae inscriptiones ostendunt, ita ut Spaldingius falsam de re opinionem habuerit. — Ceterum non semper syllaba *circumflexa* eadem est atque *apice circumducta*; haec enim non solum flexum habet, sed etiam ex duabus in unam coacta esse debet.

p. 80. l. 2 not. *ist leider* legendum *ist wieder*.

p. — l. 8. *propter quaedam vocum* Z. *propter vocum quaedam*.

p. — l. 10. *quae circum litora* Virg. Aen. 4, 254.

p. — l. 12. *Item quantum quale* Z. *itemque cum quantum quale ex coniectura*.

p. 81. l. 4. *positione longa positio* est arbitrium: opponitur enim naturae, ut θέσις apud Graecos φύσει; willkührliche Annahme, Bestimmung. Sic explicat vocabulum Fr. Ritterus Elementt. grammat. lat. p. 124. Buttmannum Gr. Gr. T. 1. p. 31. refellere conatus.

p. 81. l. 4 a fine *sive hae sunt* quod Z. recepit.

p. 82. l. 10 in not. Quint. 9, 4. 36. *cludantur* adde ibid. 9, 3, 62. 86. — 9, 4, 26.

p. 82. l. 5 a fine *an der Kehle* leg. *in der Kehle*.

p. 83. l. 2. *diximus* Z. *dixi* ex Amb.

p. 83. l. 7 in not. *vocibus*. *vocalibus* add. *Turic*.

p. 84. l. 5. *ab interrogatione* non amplius repugno, qu'n *ab interrogante*, quod in Amb. Tur. Lassb. legitur, verum sit.

p. 85. l. 11 a fine. *enim hoc voluit* plura suppeditat exempla Hand. in Turcell. t. 2. p. 397.

p. 86. l. 14. *quod devitandae* malo cum Amb. *quod evitandae.*

p. 87. l. 5 in not. *nil nihil* Spald. add. post *nil* Tur.

p. 87. l. 14. *quidquid eorum* Z. *quidquid horum* ex Amb.

p. 89. l. 12 in not. *circumscribit.* add. Sic in oratione Scipionis Africani maioris, quae in Fragmentis meis Oratorum Romanorum p. 6. legitur, est: *Non igitur simus adversus deos ingrati, sed censeo relinquamus nebulonem hunc.* Hor. A. Po. 460., ubi F. A. Wolfius dubitabat, annon legeret *ne sit, qui tollere curet.*

p. 90. l. 4 a fine. *Vectium* de scriptura huius nominis dubitari nequit, cum idem auctor, Vectius Philocomus, qui grammaticus erat et Lucilii aequalis, a Suetonio de ill. grammat. c. 2. nominetur. Conf. Huschke Comment. de Annio Cimbro p. 48., qui Praenestinorum sermonem inquinatum illustrat.

p. 91. l. 4. *mappam usitatum circo quoque nomen* legendum erat *mappam circo quoque usitatum nomen*, ut T. Amb. L. viam monstrant. Z. a Spald. lectione non discessit.

p. 91. l. 15. *Asinius certe hoc noluit* add. Aberrat etiam Bernhardy Litt. Rom. p. 267. ab eo sensu, quem Quintilianus in utroque loco in Patavinitate Livii inesse dicit.

p. 92. l. 11 in nota *Callon* 12, 10, 7. add. *Sinon* 9, 2, 9. *Theon* 12, 10, 6.

p. 92. l. 14. *omnibus nostris nominibus* Ritter Elem. gramm. lat. p. 47. *omnibus* delendum putat.

p. 93. l. 14 in nota. *Pelia* ante hoc aliquid inserendum est. *apud Caelium* in hoc loco non historicum Caelium Antipatrum sed M. Caelium Rufum oratorem et aequalem Messalae ac Ciceronis intelligendum esse, in Fragmentis Oratorum Rom. p. 199. probavi.

p. 95. l. 9 a fine *dum ne pugnantibus* Z. recepit *interdum repugnantibus* deleta parenthesi.

p. 95. l. 4 a fine *concesserimus* add. Tur.

p. 99. l. 7 in not. post hanc adnotat. add. *est magnos* ratio postulat *sit*, quia praecedit *cum* causale. Sed de hac re nullum constat praeceptum.

p. 102. l. 1. *cum legeremus* in Amb. legitur *legeramus*, quod probo eo sensu quo nostri dicunt: jedesmal wenn ich gelesen hatte ni ita pagunt, verglich ich dies mit cadunt.

p. 105. l. 2 a fine *emendat quod* huic adnotationi addendum est: Baumgarten-Crusius ad Sueton. August. c. 86. legendum putat *quod is caldum dicere quam calidum malit*, Spaldingii lectionem repudians. Z. recepit: *emendatius caldum dicere quam calidum mavult, non quia id non sit Latinum, sed quia sit odiosum* partim e codd. partim ex coniectura.

p. 107. l. 7 in not. *sulptur* add. Tur. ut mox lin. 10. post *iecur etiam.*

p. 108. l. ultima. *Spald. coniecit* add. recepitque Z.

p. 109. l. 10 in nota *ut M. Coelius* Spalding ad XI, 1, 51. ex oratione, quam M. Coelius Rufus pro se de vi contra C. Sempronium Atratinum habuit, id sumtum putat. Reliquias illius orationis congessi in Fragmentis Oratt. Rom. p. 194 sq.

p. 110. l. 3 in nota post Kidd ad Dawes. Misc. Crit. add. Bernhardy Röm. Litt. p. 61.

p. 110. l. 6. *Bruti Publicolae Pythici* Z. *Bruti Publicolae Potitii.*

p. 110. l. 7. *Beneventum? quae* Z. *Beneventumque? quae* ex coniectura; in. codd. enim semel tantum *que* legitur.

p. 111. l. 4. *consul a consulendo* aliam vocis originem Niebuhrius in Hist. Rom. T. I. p. 543 sq. proposuit. Conf. Kreuzer Antiqu. Rom. p. 181.

p. 112. l. 9. *visus est Gavius* sic legendum, non *visus est C. Gavius:* praenomen enim in nullo cod. extat. Z. recepit *ingenioseque visus et Gavius*, ita ut *et* ex coni. daret. Quod autem dixi, neminem de *Granio* aliquid comperisse, in eo Spaldingii sum secutus iudicium. At erravimus. Falsterus enim in Memoriis Obscuris p. 65. docet, *Granium* Flaccum Licinianum grammaticum etiam a Festo et Macrobio et Censorino citari.

p. 113. l. 3. *dictos Ciceroni persuadere voluit* legendum ex Amb., quem temere hic praetermiseram, *dictos voluit persuadere Ciceroni*, ut Z. edidit.

p. 113. l. 5 in nota. post *fortasse inserendum u t post a i t* add. in contextu Spaldingii legebatur *ait, L. Aelius pituitam.*

p. 113. l. 10. *Longos et Rufos* nescio quomodo hanc lectionem alteri codicum praeferre potuissem. T. enim et L. et Amb. dant *Longus et Rufus*, quod Z. quoque recepit, eo sensu, opinor: *ut ex habitu, quem admodum dixi, est Longus et Rufus, ex sono stertere.* nec adiiciendum est verbum aliquod; ex eo enim, quod mox sequitur *ut a velocitate d i c i t u r velox — dicitur* facile intelligamus. Igitur tota mea adnotatio inde ab illo *quod constructione — subiiciunt* delenda est.

p. 115. l. 2. *placet* Z. *placeat* cum Spald.

p. 115. l. 6 in nota *in Caelio* hoc loco M. Coelium Rufum oratorem, non Coelium Antipatrum historicum vetustissimum intelligi, quia cum aequalibus suis Pollione, Messalla, Calvo a Quintiliano coniunctus sit, in Fragmentis Oratt. Rom. p. 197. demonstravi, Ellendtii praeceptum secutus.

p. 115. l. 9 in nota. *Calvus* 6, 1, 3 add. Calvi fragmenta oratoria congessi in Fragm. Oratt. Rom. p. 201. Weichert copiose de hoc viro eiusque scriptis disputavit in Poet. lat. Reliqu. p. 89 sqq.

p. 115. l. 19. *lavamur* Z. *lavamus.*

p. 116. l. 11 in nota *sic interim* add. *quod Goth. habet.*

p. 117. l. 6. *itemque cum* Z. *itemque e u m, si tempus significaret per* Q, *si comitem, per C ac duas U sequentes scriberetur.* Quid voluerit, non intelligo.

p. 117. l. 14 a fine. in nonnullis etiam *quum* add. Sic in Inscriptione quoque ap. Orellium Nr. 4405.

p. 119. l. 19. *adiectum ultimum* Z. *ultimum adiectum.*

p. 119. l. 4 a fine *Non expedio rem.* add. *Ou* videtur esse ipsius litterae nomen sicut *μῦ, νῦ*, similia, (Buttm. Gr. Gr. l. I. p. 11.) non negandi particula, ideoque illam sonum syllabam nec vocem appellavit. Idem sensus est in loco Plutarchi *οὐ μέγα γράψαντες* i. e. nihil rescripserunt nisi o longam, Ω, quod *οὐ* sonabat, pro negandi particula illam litteram lepide ponentes. Aliter Chishulli in Inscriptione Sigea (in Muratorii Thesauro Inscriptt. T. IV. p. MMCVI.) Quintiliani locum intellexit. In hac inscriptione, ait, genitivi casus, in *ov* nunc recte terminati, hic per o nudum perpetuo efferuntur. Hoc nos remittit ad convivium Athenaei (lib. II. c. 5.), in quo Achaeus adducitur poeta, poculum quoddam antiquum *Διονυσο* inscriptum referens. Abest illinc elementum *v*, quia o nudum loco *ου* diph-

thongi omnibus olim antiquis in usu fuit. Sed et rem ipsam et rationem rei Quintilianus apposite notavit. [Quintilianus igitur praecipit, o litteram interdum pro syllaba *ov* poni, ut in genitivis secundae declinationis id fieri solet.]

p. 120. l. 2. *C. Duellio* deleo *C.* quod nec in Tur. nec in Lassb. legitur.

p. 121. l. ult. in nota. *desideraret* Z *desideret.*

p. 124. l. 5 in nota. p. 301. add. aliter de his formis iudicavit Ramshorn L. G. p. 140., qui *dicem* et *faciem* Catonis praesentia coniunctivi esse vult. Sed conf. Laurenb. Antiqu. v. *recipiem.*

p. 124. l. 16 in nota. *L. Patelli* leg. *L. Paulli.*

p. 124. l. 5 a fine add. *efficitur* „nimirum quia nondum diversae notae litterarum V et U inventae, quibus nunc utimur" Z.

p. 125. l. 9. *Gneus* z. *Gnaeus.*

p. 125. l. 10 in nota. post *cui* firmant. Comparat hunc locum cum Terentiano Mauro v. 693. Lennep p. 410.

p. 127. l 1. in nota *sedet* 2 m. add. Tur. et Z.

p. 127. l. 8 in nota *grammatice* Z. *grammatica* contra usum Quintiliani. conf. adnot. ad Prooem. 21.

p. 130. l. 7 a fine *inter praecipua legenda* T. L. Amb. 1. add. *et* Z.

p. 131. l. ult. legendum *deprehendat quae* L. Amb. 1. *deprendant, quae* T. *deprehendatque, quae* Sp. et Z.

p. 132. l. 12 a fine *legem* leges Amb. 1. add. *et* Z.

p. 133. l. 9 a fine *accedet* Sp. add. et Z.

p. 135. l. 9. dissentiente Zumpt. add. Vertas: wer in diesen Uebungen, welche selbst unter geschickten Lehrern Mühe verursachen, Fertigkeit erlangt hat, der wird zu allem weitern Unterrichte tüchtig seyn.

p. 135. l. 15 a fine *deleo* leg. *deleto.*

p. 136. l. 1 not. *quis dixisset* Z. legit *cum quis aliquid dixisset vel fecisset* ex Pariss. codd.

p. 136. l. 2 a fin. *et tam etiam* T. add. L. Amb. 1. Tum adlici debet: *grammaticis* om. Amb. 1. et ante *operum* inserit *grammatici.*

p. 137. l. 2 not. *ἐγκύκλιον* Z. *ἔγκυκλον παιδείαν.*

p. 137. l. 7 not. parenthesis post *Vid.*, non post *legas* ponatur.

p. 139. l. 8 a fine. *tacitae* sic T. add. non *tacite* ut alii libri.

p. 140. l. 5 a fine text. *Timagenes auctor est* v. de scriptis Timagenis Weichertius in Poet. lat. Rel. p. 394.

p. 141. l. 3 a fine text. *loquor loquar* Amb. 1. a 2 m.

p. 145. l. 10 a fine *actus et decens* Z. legit *aptus et decens.*

p. 146. l. 8 in not. *τονάριον* add. v. Salmas. ad Hist. Aug. Scr. T. 2. p. 841. Z. dat *tonarion.*

p. 147. l. 3 in not. *ex ipsis* Sp. et Amb. 1. add. Z.

p. 147. l. 5 not a fine. *adlectationi* Huetius in notis manuscriptis, quas Ludovicus de Sinner, vir humanissimus, mecum communicavit, legendum monet *allactationi. allactare* opponitur *τῷ ablactare* et significat mammae admovere, lac infanti conciliare.

p. 149. l. 11 not. *improbante* Z. add. „*id vulg.* etiam T. Flor. (Lassb.) Amb. 1. a sec. m. unde probabile fit, hunc certe aliquando receptae cognitorem extitisse." sic Z. in adnot. et in edit. vulgatam *ea vulgaris opinio est* tuetur.

p. 149. l. 15. n. *saltem primis* Amb. 1. — add. Z. legit *cuiusque saltem primis litteris erudito.*

p. 149. l. 19 n. *saltim* add. T.

p. 149. l. ult. in textu *et certis incerta* legendum *ex certis incerta*, ut vere monuit G. Baiterus.

p. 150. l. 11 not. *verissimilia* T. L. A. 1. a 2 m. add. Z *veris similia.*

p. 153. l. 7. *videntur esse usi* magis placet Ambrosiani lectio, quam Z. edidit: *videtur usus esse*, eam enim non accurate indicaram.

p. 153. l. 3 a fine *de celeritate augendi* Lünemannus se non intelligere dicit, quid *de celeritate augendi* sibi velit. Vertus: Viele streitige Punkte, wobey es auf ein richtiges Dividiren und auf Schnelligkeit im Multipliciren ankommt, können nur durch Anwendung mathematischer Beweise gelöst werden. Sic vulgata melior esse videtur lectio.

p. 154. l. 1. *dum* v. Hand Turnell. t. 2. p. 325.

p. 154. l. 10. *huius doctoris* add. Z. quod probo: intelligendum enim *huius*, de quo loquimur, quem volumus.

p. 155. l. 5 *P litterae* add. Z. *Rho litterae — Labda.* Sed legendum ex T. et L. *Quippe et P* (*et* respondet sequenti *et.*)

p. 155. l. 7. *C — G in T ac D* Eleganter G. Baiterus coniecit traiiciendum *et cum C ac similiter T non valuerunt, in G ac D emolliuntur*, quod a veritate abesse non potest.

p. 156. l. 1. *cantus* add. Z. dat *sonus* ex A.

p. 156. l. 11. *distendat* Z. *discindat* ex A.

p. 157. l. 2 not. *cum alterum — tenderet A.* quod vehementer probo. In dissidentibus enim superciliis alterum in verticem tendit, alterum oculum ipsum premit.

p. 157. l. ult. *palaestricis.* Spalding maluit *palaestritis*, quod in Opere Inscriptt. a Richtero et Val. Franckio edito p. 203. eo refellitur, quod in nullo auctorum loco *palaestrita* palaestrae magistrum significat, sed ubique iuvenes, qui in palaestra exercentur, vel servos, qui eidem rei operam dederunt: die Lehrlinge der Palaestra.

p. 158. l. 10 not. *manum lex* 2 m. leg. *manuum lex* 2 m T.

p. 160. l. 11. not. add. Codex Ulmensis non codicis instar haberi potest, sed ex Campana editione descriptus videtur.

p. 163. l. 13. *consumi* Excidit adnotatio haec: *comminuit* T 1 m. *comminui* T 2 m. Obr. fort. Amb. 1. idque edidit Z.

p. 163. l. 4 not. *fatigatio* Huetius aliter haec verba explicat: *Minus afficiuntur, quum fatigantur, quam quum cogitant se fatigari.*

p. 164. l. 10. *ad vilem usum* Z. *ad venalem usum* ex A.

p. 165. l. 2. *geometriae potius ac musicae* leg. ex A. *geometrae p. ac musico.*

p. 166. l. 4 not. *et suasorias ac suasorias* Z. de coniectura.

p. 166. l. 9 not. *deservescat* leg. *defervescat.* Eodem loco addas: Wagnerus ad Virg. Ecl. 7, 1. defendit *subsideat.*

p. 166. l. 21. *poetarum historicorumque.* Habet aliquid offensionis haec lectio, quia non facile intelligitur, quid sibi velit *vires poetarum*, nisi eas operibus poetarum explicare potueris. Ideoque melior videtur A. lectio *historicorum criticorumque viribus* (a Z. quoque probata) i. e. grammatici arrogant sibi praeterea vires historicorum criticorumque, vel funguntur etiam illorum muneribus.

p. 167. l. 8 not. *ex his aliquem Sp.* leg. *ex iis aliquem Sp.*

p. 168. l. 4 a fine *forenes* leg. *forenses.*

p. 169. l. 3. *utaris.* Addatur adnotatio haec: Legendum ex A. *utare*, sicut Z. fecit. In T. a 1 m. est *utares*, a 2 m. *utaris*, quod Sp. quoque habet.

p. 171. l. 3 not. *referunt* 2 m T. leg. *referunt* 1 m T.

p. 172. l. 2 not. *si stilo* add. Auditores, cum praeceptoris vultum intuentur, bene sentient, quid in dictione laudandum vituperandumve sit et ipse dicens, itidem vultum praeceptoris dictionem suam audientis intuitus, iudicare poterit, qui loci bene vel male sint dicti.

p. 173. l. 3 not. *hetori* leg. *rhetori*.

p. 174. l. 5. *et ipsa* Z. *est ipsa* ex A.

p. 174. l. 14. Z. A. lectionem recepit *alter ille etiam frequentior*. Quid? si legamus *alter illo etiam frequentior?* Id enim suasit G. Baiterus.

p. 174. l. ult. *Illud probat etiam Zumpt.:* scribere debebam *idem probat etiam Zumpt*, nempe *planissima* i. e. maxime aperta, lucida; eaque verior est lectio quam ea, quam ex T. edidi, quamque interpretabar welche der gelehrteste am vollständigsten inne hat.

p. 175. l. 7 not. *exaltiren* leg. *excelliren*.

p. 175. l. 8. *ego vero confiteor: sed hunc — oportebit* Z. dat *Ego vero confiteor, disertum praeceptorem prudentem quoque et non ignarum docendi esse oportere* etc. ex T.

p. 178. l. 6 not. *quod copia* add. T. L.

p. 178. l. 4 a fine *an* leg. *ait*.

p. 178. l. 17. *maciem n. et inf.* adde adnotationem hanc: A. *macies n. inf.*

p. 179. l. 3 a fine *nondum cicatricem T. L.* add. *A.*

p. 180. l. 7 a fine *tractatam* A. quod probo, sicuti Z. fecit.

p. 182. l. 14. *ut de serpente* in A. legitur *aut de serpente*, quod verum est, ut ex sententiarum nexu apparet. *Id non tantum in fabulosis et carmine traditis fieri potest, verum etiam in ipsis Annalium monumentis, ut sit in utramque partem ingens ad dicendum materia, si quaeratur an sit credibile etc. aut de serpente.*

p. 184. l. 2 not. *alii ad iudiciorum* delendum *ad*.

p. 185. l. 10. *Necesse est, his, cum* etc. Sp. add. Z. quoque, qui adnotat: „Codd fere *nec vero*, fort. *necesse vero*. Ceterum *his* accipe ablativo casu hiedurch, so.“ —

p. 186. l. 2. *innasci*. Similiter 3, 6, 6. *Inde vero ingens male interpretantibus innatus est error.*

p. 187. l. 7 not. *sunt eae* Z. *sunt hae*.

p. 187. l. 13 not. *ferri* Amb. 1. a 1 m. add. Sp.

p. 187. l. 3 a fine *quia* dat Z. quoque hoc, opinor, sensu: homines summi infimique ordinis damnantur.

p. 189. l. 5 a fine *exemplum i. e. discipuli mei erant* add. vel potius orationes meas audire imitarique maluere. — Huetius explicat *pristinum nostrum morem et institutum*.

p. 192. l. 8 not. *quae docentur* add. T.

p. 193. l. 13. *quisque reprendi* adde adnotationem hanc: legendum ex A. *reprendi quisque*, ut Z. edidit.

p. 194. l. 5. *et hic sic codd.* add. v. Hand Tursell. t. 2. p. 496. „Spaldingius male coniecit *etsi*, docte defendit antiqua verba Zumptius.“ —

p. 194. l. 20 not. *in Gracchorum Catonisque* utriusque eorum orationum reliquias collegi in *Oratorum Romanorum Fragmentis*. quae nuper edidi.

p. 197. l. 2 not. *satis prudenter*] *satis d. viderunt* L. leg. *prud' satis d. viderunt* L.

p. 197. l. 4 a fine not. *diligentia constet* multum refert, utrum hoc ex mente patrum an ex sententia Quintiliani ipsius dictum putes; si patribus ea verba tribues, sensus erit: quia illi omnia in diligentia posita esse putant.

p. 199. l. ult. *ita praeceptor* Temere A. sum secutus: praestat vetus lectio *ita praeceptorem eloquentiae, cum sagaciter fuerit intuitus, — ita se commodaturum singulis.* infinitivus autem *commodaturum* pendet ab *utile plerisque visum est*, quod praecedit.

p. 199. l. 7 a fine *iis* T. Sp. *hi* L. A. leg. *his.*

p. 200. l. 4. *et si in diversa ducatur* leg. ex A. *et qui in div. ducatur.*

p. 202. l. 7. *cui minus* adde notam hanc: A. *in aliud, ad quod minus.*

p. 202. l. 3 not. *incumbet componet* A. nec displicet A. lectio hoc sensu: magister discipulum in id certe, quod poterit, maxime instruet; der Lehrer wird ihn vorzugsweise zu dem bilden, wozu er Geschick hat. Tota enunciatio sic interpungi debet: *Erit, qui ex his aliqua non possit, in id maxime, quod poterit, incumbet.*

p. 202. l. 2 a fine textus *de officiis* adde adnotationem: legendum ex A. *de officio*, ut Z. edidit.

p. 205. l. 6 a fine Explica *haerebit* add. vel potius *apparebit, quam sit inanis.*

p. 206. l. 13. *iocos* adde adnotationem: *iocis* A.

p. 207. l. 7 a fine *videntur* Z. edidit *videtur* ex A.

p. 208. l. 4 a fine textus. *exclamaverunt* Huetius coniecit *declamaverunt.*

p. 209. l. ult. not. *ex dissoluta* L. add. T 1 m.

p. 210. l. 2 not. *similisque commentariis puerorum sit* Sp. add. Z. ex T. novam lectionem affert *sit puer. comment.*, quae in codice non legitur, nec in L. — Edidit autem Z. *similisque puerorum commentariis sit.*

p. 211. l. 7 not. *ut Zumpt refert* add. e Tur.

p. 213. l. 3. *variare, disponere* adde adnotationem: haec omitt. A. a 1 m.

p. 214. l. 6 not. *iussi sic sequuntur* T. L. A. add. probo, Zumptium *sic* recepisse.

p. 215. l. 6 not. *iterum iterumque* T 2 m. L., quod Bondamo verum videbatur. Is enim in Variis lectionibus p. 222. observat, plurimos Virgilii codices *iterum iterumque* praebere et plerosque scriptores, qui hunc versum laudant, non aliter eum referre, Bedam denique in libro, quem *de metris* scripsit, in hoc ipso versu *iterum iterumque monebo* synaloephen non observasse Virgilium dicere.

p. 216. l. 7 not. *nempe enim adversa fit facies* add. in T. L. A. legitur *sit.*

p. 216. l. 15 not. Gernh. coniecit *actum quendam affectum* leg. *effectum.*

p. 217. l. 8 not. *Sicychius* leg. *Sicyonius.* Ceterum de Iphigenia Timanthis scripsit A. G. Lange in Iahn Ihb. 1828. p. 316 sqq.

p 220. l. 7 not. a fine *certe et philosophos* A. add. Z. edidit *certe philosophos.*

p. 222. l. 4 a fine textus *temere* Huetius explicat nulla adhibita distinctione, bonusne an malus esse debeat orator.

p. 226. l. 4 a fine textus *et eloquendi* adde adnotationem: A. dat *loquendi*.

p. 227. l. 4 a fine not. *secundum mensionem eius* sic T. L. add. in A. legitur *mentionem*.

p. 228. l. 4 not. *quocunque* L add. T.

p. 235. l. 5 not. *aliquando et nocere* T. L. A. add. idque edidit Z.

p. 236. l. 7 not. *mutandi erunt*. Idem plane sentit Handius in Tursellino T. 2. p. 727.

p. 236. l. 14 not. *princeps* om. Amb. 1. add. eumque secutus est Z., quod probo.

p. 238. l. 9. *parte in hac* malo cum A. *in parte hac*, ut Z. edidit.

p. 238. l. 15. *Cicero vero etiam* adde adnotationem hanc: A. *Cicero vero ea*.

p. 239. l. 17 not. *in libris in libro* Amb. 1. Fortasse scripsit Quintilianus *in II libro*, numerus autem post *in* excidit.

p. 244. l. 5 a fine textus *aegri petit* malo ex A. *aegro promittit*, ut Z. edidit.

p. 246. l. 13 not. *praecepierit* 1 m. *praeceperit* 2 m T. delenda sunt.

p. 250. l. 2. *eius aliter* Addatur adnotatio haec: legendum ex A. *aliter eius*, ut Z. fecit.

p. 252. l. 3. *quam esse in hoc loco quaestionem velimus*. Huetius explicat: quid sibi velit haec quaestio.

p. 253. l. 6 a fine not. *fuit illius* add. T. L.

p. 253. l. 4 a fine not. *continuo* T. L. Sp. add. Hand in Tursell. T. 2. p. 106. explicat *continuo* uno iactu, non cessante effectu.

p. 254. l. 4 a fine textus. *his natura artibus est* malo simpliciorem collocationem A. *non eadem autem natura est his artibus*.

p. 254. l. 17. *cuius rusticis* Huetius corrigit *cuius in rusticis*.

p. 254. l. 19. *orare pro bonis* malo cum A. *pro nobis*, ut Z. edidit.

p. 255. l. ult. not. *appellet* T. L. add. A.

p. 257. l. 12 not. *vero enim oratori* Huetius corrigit *Verumenimvero*.

p. 258. l. 5 not. *in aedificio F* leg. T.

p. 258. l. 14. *efficit* addatur adnotatio: in T. est *efficit* unco supra posito.

p. 259. l. 15. *posi* malo *opponi* ex A.

p. 260. l. 6 not. *sit*: *sed* add. T.

p. 261. l. 8. *qua quisque* add. T 1 m dat *quas qu*.

p. 261. l. 2 a fine text. *materia in id* Z. edidit *sine quo formari materia, et id, quod velimus, effici opus non possit*.

p. 266. l. 12 not. *ex iis* add. *ex his* A. Zumpt.

p. 268. l. 14. *Hermanno iudice ad Diogen. Laert. V.* 1. *ed. Huebneri* add. p. 313.

p. 268. l. 2 a fine textus *videtur* addatur adnotatio: in T. est *videretur*.

p. 269. l. 11. *C. Valgius* De C. Valgio Saturnino Rufo scripsere Bondam in Var. lectt. p. 13., Falsterus in Memoriis Obscuris p. 117, Weichertius in Poet. lat. Reliquiis p. 233 et 263 sq.

p. 269. l. 13. *ad Domitium* vid. Weichertium in Poet. lat. Reliqu. p. 263.

p. 270. l. 9. *Stertinius* vid. Falster in Memoriis Obscuris p. 110.

p. 277. l. 4. *concionalem* addatur adnotatio: T 1 m. *continualem* 2 m *contionalem.*

p. 277. l. 14 not. *Conf. Rhet. l. l. quater* leg. *conf. Rhet. l.* 1. *c.* 1. *quater.*

p. 281. l. 3 a fine textus *laudare aut vituperare* leg. ex A. *laudare ac vituperare.*

p. 281. l. ult. not. *ac dissuadere T. Amb.* 1. delendum *Amb.* 1

p. 284. l. 2 a fine not. *tyrannus* T. L. A. idque recipiendum est, ut praecedentia docent verba: „*subest velut latens persona*" haec persona autem est *tyrannus*, qui intelligitur. Z. quoque id edidit.

p. 286. l. 3. *ut illis utilis* L delenda sunt.

p. 286. l. 11. *confirment* add. A. *confirmant.*

p. 289. l. 10 not. *ut Gernh. quoque concedit* add. Z. *κεφάλαιον* et *γενικώτατον* non coniungit, ut ex interpunctione sensus cernere licet: *Theodorus caput, id est κεφάλαιον, γενικώτατον, ad quod referantur omnia.*

p. 290. l. 3. *quod si enim dicat* Hand ad Tursellin. t. 2. p. 395. legit *Quid? si enim dicat quis, sonus* etc.

p. 290. l. 1. not. *institerit* omisso sequenti *erit* Amb. 1. add. Amb. 1. a 2 m.

p. 290. l. 5 not. *sed* T. L. *at* Sp. leg. *et* Sp.

p. 292. l. 8 a fin. in supplementum mitterentur. T. Baden emendat *quaestiones, quae sunt ante pro prooemio positae.*

p. 293. l. 16. *non habet legem* addatur adnotatio: A. dat *non habes legem*, quod verum est.

p. 295. l. 1 not. codd. lect. restitnit I. G. Baiterus: *Nostra opinio semper haec fuit, cum essent frequenter in causa diversi quaestionum status, in eo credere statum causae*, etc.

p. 296. l. 15. Amb. 1. dat *catere, stare, irasci* eumque secutus est Z.

p. 297. l. 8 not. *et extra positis* T 2 m. Handius quoque in Tursellino t. 2. p. 470. deleri iussit copulam *et.*

p. 300. l. 7. *non sit. Si non est* legendum *non sit; si non est certum, coniectura sit, si certum est, reliqui status.* nam *coniectura sit* item a praecedenti *ut* pendet; ad *reliqui status* repetatur sit.

p. 302. l. 7. *ex templo* adde varietatem T. in illo enim a 1 m. *exemplo* legitur, deinde pro *quid sit quid si* a 1 m, pro *quaestiones quaestionem* a 1 m., pro *translationis translationem* a 1 m.

p. 321. l. ult. text. *et iam* Z. edidit *etiam.*

p. 322. l. 13. *immortales; in quibusdam* add. omitt. *in* A.

p. 325. l. 8 not. Spald. dabat *ut Thersitae atque Iro.* Z. dat *sicut Thersitae atque Iro.*

p. 331. l. 4. *a iudiciali genere* add. A. *ab iudic. g.*

p. 331. l. ult. not. *Catilinae* T. L. A. idque recepit Z.

p. 334. l. 17. *citra hanc* add. A. *extra hanc.*

p. 334. l. ult. not. *posset possit* A. idque merito recepit Z.

p. 335. l. 3 a fin. text. *quid fieri non posse* Z. ex A. edidit *quid fieri non possit.*

p. 339. l. 11 not. *aliquando* 2 m T. add. Amb. 1.

p. 342. l. 7. *cum scriberet Cn. Pompeio.* Hoc neminem offendere debet, Ciceronem orationes interdum composuisse, quibus fue-

rit unus Pompeius: non enim Ciceroni tantum, sed Sestio quoque tales scribendas dedit, ut Cicero in literis ad Atticum 7, 17 narrat. Reliquisse orationes Pompeium, in Fragmentis Oratorum Romanorum p. 189 monui.

p. 344. l. 13 not. *causa eius* Amb. 1. et sic recte edidit Z. In vulgata lect. *consultatio de poena Theodoti* intelligebatur ad verbum *constat.*

p. 347. l. 6. *constant* add. *constat* fort. Amb. 1. Zumpt.

p. 364. l. 1. *quod apud iudicem dici — possit.* Z. edidit *quod apud iudicem dici — prosit.*

p. 366. l. 8 not. *econtra* L. quam formam Handius quoque in Tursell. t. 2. p. 125. repudiat.

p. 366. l. 3 a fine text. *Asinius pro Urbiniae heredibus* Conf. Fragm. Oratt. Rom. p. 213 sq.

p. 367. l. 5. *etiam facilius* alii scripsere *facilius etiam*, qua de re scripsit Handius in Tursell. t. 2. p. 564.

p. 369. l. 10 not. *apud ipsam causam dixi.* Z. edidit *apud ipsam eam causam dixi*

p. 369. l. ult. not. *praeter* A. leg. *praetor.*

p. 370. l. 4 not. om. *haec* T. leg. om. haec omnia T.

p. 370. l. 10 not. *Demus, aliquas.* Handius in Tursell. t. 2. p. 579. aliter interpungit. *Demus aliquas. Nam id exigit ratio nonnumquam. Etiamne potentissimas omnes, id est totam causam?*

p. 378. l. 4 a fin. not. *faciat — induat* v. Hand ad Tursell. t. 2. p. 319.

p. 383. l. 6 not. *Illud ex veteribus* om. *illud* T. A. quare Z. recte edidit *Ex praeceptis veteribus manet* etc.

p. 385. l. 11 not. *est et prooemio* Spald. edidit *Interim tamen et est hoc prooemio necessarius sensus aliquis.* Z. vero *Interim tamen et est prooemio necessarius sensus aliquis.*

p. 388. l. 13 not. *praecepta praeterea* 1 m T. etc. ab his nova linea inchoanda erat.

p. 389. l. 6 not. *non exordio* T. 1 m. L. add. Spald.

p. 389. l. 9 text. *quo Prodicus* add. Prodici dictum extat in Aristot. Rhet. III. 9. Quod igitur Prodicus ad auditores orationis suae demonstrativae, quae ἡ πεντακοντάδραχμος appellabatur, quia singuli, qui eam audire volebant, quinquaginta drachmas persolverunt, dixit, id ita refert Quintilianus, tanquam *iudices* admonuisset. Hunc errorem, qui levis quidem mihi esse videtur, Quintiliani deprehendere Victorius ac nuper Welckerus in Museo Rhenano 1 T. 1 F. 1832. p. 25.

p. 389. l. 9 not. *prodigus* T. L. 1 m. add. A.

p. 391. l. 7 not. *M. Lollius Palicanus* Z. a Spaldingiana scriptura non decessit. Vide nunc Baiteri mei editionem Asconii inter Scholiastas Ciceronis ab Orellio editos p. 193., quem mecum consentire lector. Conf. Orellius ad edit. maiorem Bruti Ciceroniani p. 302. atque Burmannus ad Anthol. lat. t. I. p. 254.

p. 393. l. ult. not. A. siletur. add. Abest a Sp. et Z. editione.

p. 394. l. 5 not. *ap aliis* leg. *ab aliis.*

p. 394. l. 7 text. *qui non existimant esse narrationem.* Bondam in Var. Lectt. p. 366. coniecit *qui non existimant prodesse narrationem.*

p. 401. l. 1 not. *quoties non repellendum* Z. edidit *quoties non*

repellendum tantum erit crimen, sed etiam transferendum erit, ut prius his defensis etc. Alterum *erit* a codd. repudiatur: librarius enim ms. Turicensis ab illo *repellendum* aberravit ad *ut post transferendum*: terminationum utriusque vocabuli similitudo erroris origo erat.

p. 401. l. 2. text. *his prius* Z. *prius his* adiiciendo *omnes edd. ordine verso, neque codd. variant in ordine.* In his errorem quendam deprehendere mihi videor: T. enim ac L. a recepto ordine, ni me omnia fallunt, non discedunt. Sed falli in hisce rebus nulli vitandum.

p. 401. l. ult. not. *deinde tum* T. L. Sp. add. Conf. Hand. Tursell. t. 2. p. 242.

p. 408. l. 5 a fin. not. *ex coniectura Turnebi hoc vocabulum illic positum.* Conf. tamen Orellii adnot. ad Cic. Or. p. Sestio, seorsum editam Turici ann. 1832. p. 164.

p. 410. l. 8 not. *etiam tamen* T. L. Sp. Conf. Hand. Tursell. t. 2. p. 553 sq.

p. 410. l. 3 a fin. not. *sonum litterae u nostrae* leg. *sonum litterae v nostrae.*

p. 412. l. 8. *ut vel proximo exemplo Miloniano patet.* Z. edidit *ut etiam, velut proximo, exemplo Miloniano patet.* In A. vero *ut* deesse videtur, si collationem Zumptii recte intelligam.

p. 416. l. 6 not. *ministrari* add. T.

p 423. l. 1 not. *ter innocentem abdicatum* L. add. A. atque Z.

p. 427. l. 3 not. *Q. Ligarius legatus cum Considio profectus.* Z. edidit *Q. Ligarius legatus C. Considio profectus est.*

p. 433. l. 13 not. *neque illud* T. L. A. add. Z., quod verum esse non negaverim. Illius *nec — quidem* praeter alios recens est vindex Wagnerus ad Virg. Georg. I, 126.

p. 434. l. 3 not. *nisi apparet* T. A. add. *nisi appareat* Sp.

p. 435. l. 2 text. *Ac. Cluentius* leg. *A. Cluentius.*

p. 436. l. 2 not. mox om. *se* T. et haec — *indicandum* 1 m T. leg. mox om. *se* T., tum a 1 m T. legitur pro *hac de sponsione* v. *iudicandum — haec de spons. v. indicandum.*

p. 437. l. 20 not. *ille egressio quasi initium* Amb. 1. quae lectio interpolata videtur. Z. edidit *nisi excursus ille vel egressio* (sic A. excidit enim *vel* in adnotatione mea) *quasi initium probationis est.* Hanc enim lectionem pro vera habuit. Fallitur vir acutissimus, quod ex Iulio Victore manifesto apparet.

p. 440. l. 15 not. *fabolosarum* leg. *fabulosarum.*

p. 440. l. 4 not. a fin. *actutum* Z. edidit *sermone devertit. Ac totum παρέκβασις est* etc. idque probo.

p. 441. l. 8 not. a fine Zumpt probat omissionem vocab. *minutio* add. is enim edidit *omnis amplificatio, omne affectus genus.*

p. 442. l. 8 not. *diceret diceret* L. leg. *dicere* L.

p. 443. l. 3 not. *σχιστρεμματα* A. leg. *σχιστρεμματα.*

p. 444. l. 4 not. *et de fine* Amb. 1. om. *et* T. L. add. Sp.

p. 444. l. 5 not. *die Definitive* leg. *die Definition.*

p. 446. l. 3 not. a fine *Collocata* habet etiam Amb. 1. et sic recte edidit Z.

p. 446. l. 5 not. a fine mox *partio* T 1 m. leg. modo *partio* T 1 m.

p. 448. l. 12 not. *quam quod* A. T. et sic recte fortasse edidit Z. *quod iudex se providit, non aliter praeformidet.*

p. 449. l. 5 not. a fine *si ulla* A. leg. *si illa* A.

p. 449. l. 2 not. a fine *potentissime sine est* A. add *potentissime enim contractum est ex potentissimum est.*

p. 451. l. 4. *et illo sequenti, si modo indubitabile est, solo utendum.* Z. edidit *cum illo sequenti, si modo indubitabile est, sit solo utendum*, sicuti Sp. fecit, sed in adnot. coniicit *ut illo sequenti etc.*

p. 452. l. 3 not. *ex abundanti* Sp. add. Hand ad Tursell. t. 2. p. 655.

p. 455. l. 4 not. *incidunt in eandem* Sic ex ms. T. legendum conieceram, sed in textu lectio Spaldingiana relicta est.

p. 456. l. 5 not. pessimum A. et sic recte edidit Z.

p. 456. l. 6 not. *manifestabit* leg. *manifestatur.*